**6150.** *(8) (Cr. II p. 6).* Florianus heres de Sweborouicze decem marcas grossorum pragensium et septem marcas grossorum monete Regni Polonie racione dotalicii Jachne filie Stanislai de Wilczcouicze heredis uxoris sue legitime in medio manso et area dictis Boguschowskÿ ibidem in Sweborouicz indicauit, ita si quid in vita Stanislai filii ipsius Jachne humanitus contingerit, tunc predictas pecunias successores ipsius Jachne proximi debent conspicere in eodem manso. =Datum est memoriale.=

**6151.** *(9)* Stanislaus heres de Wilczcouicze personaliter constitutus confessus est se adhuc teneri XII marcas grossorum monete currentis racione dotis filie sue Jachne olim uxoris Floriani heredis de Sweborouicze, quas se Stanislao filio dicte Jachne tempore venturo [soluere] obligauit, videlicet post decursum XV annorum dicti filii etatis.

**6152.** *(10)* Nota — Lucarta heres et vidua de Carnow(cze) unum kmetonem censualem cum omni iure et fructibus in Wroninecz in viginti marcis grossorum pragensium Staschconi Weworca heredi de Wroninecz ibidem obligauit promittens unacum Nynota et Paschcone filiis suis eidem Staschconi dampnum, si quod perceperit, super uno verbo et sine iuramento refundere.

*Datum terminorum feria tercia in festo beate Barbare virginis (d. 4 Decembris 1397). Alii termini assignati sunt per duas septimanas. (Cr. IIa).*

**6153.** *(11) (Cr. IIa p. 113).* Stanislaus de Wilczcouicz cum Andrea et Clemente de ibidem [terminum habent] pro parte hereditatis, quam emit a Imramo filiastro de ibidem, et pratis, quas *zayanl.*

**6154.** *(18) (Cr. IIa p. 114).* Testes — Bogun de Parcz cum testibus contra Albertum de Parcz terminum habent ad terminos, et quinque [testes] iam iurauerunt. (z. p.).

**6155.** *(19)* Franczco de Owczari cum uxore Jasconis de ibidem terminum habent ad terminos peremptorium, et censum non habent recipere, nec alicui vendere.

**6156.** *(37) (Cr. IIa p. 116).* Penam — Jasco scultetus de Cluczicze contumax contra Josmanum iudeum in termino concitato pro debitis. =Domus Litwos procurator per litteram delere mandauit.= (z. p.).

**6157.** *(43)* Nota — Jacussius de Janouicz emisit Troyanum de Janouicz de regimine sicut se obligauerat se regere.

**6158.** *(44)* Nota — Stanislaus de Wilczcouicz fideiussor pro Floriano de Sweborouicz pro XII marcis emisit liberos Potrasium et Nicolaum de Sweborouicz.

**CCXXXVI. Uwaga.** *(1)* Dobco de Witcouicz cum capell. capell. contra Petr. de Bolesczicz, term. (z. p.). — *(2)* Potras de Sandzissouicz cum Dobc. de Witcouicz term. peremp. — *(3)* Janus. Werzing cum Margar. Wernconis de Rosznow term. peremp. pro debit. in iudeis. — *(4)* Josman cum Nicol. notario gener. term. post Circumcis. Dom. — *(5)* Drobni iud. cum Wirzbantha de Branicz term. peremp. post Circumc. — *(6)* Andr. de Czaslaw cum Joh. de Sarbe term. post Circumc. peremp. secund. pro XX silig., XII ordei capeciis et CL quercub. (z. p.). —

*(7)* Sandco de Gorki cum Krzistc. de Tomascouicz term. peremp. — *(8)* Jasco Brun de Prossouicz cum Rafalca uxore Tomasy Werzing de Lansani term. ad coll. pro iniuriis. — *(9)* Kather. uxor Alberti de Rudno capell. contra Alenam uxor. Sigism. Michalouicz. (z. p.). — *(10)* Jasco Brun de Prossouicz cum Sigism. de Czichaua term. peremp. — *(12)* Symon de Pazek cum Jasc. de Srzanczicz term. peremp. — *(13)* Franek de Ochonino cum Stanc. de Popouicz term. secund. pro VI scot. debiti et VI scot. racione expensarum. — *(14)* Bogutha pleb. de Mninoga cum Kather. uxore Alberti de Rudno, idem capell. ponere; similiter Joh. piscator eund. capell. — *(15)* Msczug. de Koslow contumax contra Bernard. de Kouale, quia cum capell. non conparuit, pro quibus citatus fuit, pro 3 iument. receptis viol., sicut in libro continetur. (z. p.). — *(17)* Doroth. de Parcz cum capell. capell. contra Albert. et Swanchon. de Parcz; term. — *(20)* Egid. kmetho de Geboltow capell. contra Michael. ibid, term. pro omnib. causis. — *(21)* Nicol. de Marsouicz cum Nawoyo de Lancawa term. post Circumc. excepta propr. infirmit., quam affirmabit propr. iuramento. — *(22)* Math. de Poramba cum Jarosl. de Sborow term. post Circumc. — *(23)* Andr. de Pazek capell. contra Dzedrzichon. de Pazek. (z. p.). — *(24)* Mart. de Zarogow cum Sulc. de Methnow termp. peremp. curie pro II mar. et damp. — *(25)* Msczug. de Koslow cum Wirzchosl. de Cotouicz term. secund. pro XVIII mar. gross. et damp. — *(26)* Sulco de Grabouicz cum Potrasio de Luczianouicz term. ad idem faciend. — *(27)* Christ. de Zagorzicze cum Barthol. et Vito patre de Vilczcouicz term. secund. pro 3 mar. et damp. fideiuss., item pro VI gros. alie fideiuss. — *(28)* Morzca condam subiudicis de Wanczcouicz cum Budc. ibid. term. concit. post Circumc. — *(29)* Kather. uxor Ade de Baruald cum Prand. de Stogneyouicz term. — *(30)* Paul. de Popouicz cum Petro et Symone de Popouicz term. peremp. — *(31)* Dzedrzich de Pazek cum wlodar. ibid. term. peremp. excepta propr. infirmit., quam affirmabit propr. iuramento. — *(32)* Wencesl. de Taszicz cum Nicol. de Coszmicz term. post Circumc. — *(33)* Dom. Jacubowska capell. contra Kather. institricem de Crac., term. post Circumc. — *(34)* Jacus. de Kawki cum Nicol. de Coszmicz term. secund. pro uituperio milicie. — *(35)* Jasco Mleczco cum Nicol. de Sarbe term. peremp. post Circumc. — *(36)* Przechna de Dalouicz cum Gnewosio ibid. term. post Purif. peremp. — *(38)* Stanecz kmeto de Bibicz contumax contra Swanchnam de Lusczow in term. secundo pro 2 capeciis, pro balista, pro X ulnis panni, pro peplo, pro lentiamine. Tomco officialis. — *(39)* Laur. de Krzistoporzicz cum Nicol. de Koszmicz term. peremp. — *(40)* Stanisl. de Grabouich iurare super damp. contra Clem. ibid., term. post Circumc., similiter cum Ozanca term. — *(41)* Rochna de Ochonino euasit iure Symconem cecum pro quassacione pomerii et hereditate. — *(42)* Nicol. Vchacz cum Nicol. Omelti term. post Purif. =Wszystkich zapisek z 4 Grudnia w księdze Cr. IIa. 44.=

*In Proschouicze feria quinta ipso die sancti Nicolai termini continuantur (d. 6 Decembris 1397). Et alii termini sut positi ad XIIIIcr dies.*

**6159.** *(Cr. II p. 6).* Nota — Jacussius heres de Czussow et Beata exor eius legitima venientes duos kmetones cum omni iure et pertinenciis in Dalouicze in viginti marcis grossorum latorum Pragensium Meczslao heredi de Dalouicze ibidem tenendum et habendum a Natiuitate Christi usque ad diem siue festum aliud Natiuitatis Christi et tamdiu, quousque dicta pecunia persoluetur, obligarunt, qui kmetones dictam Beatam ex successione materna concernunt.

**6160.** *(Cr. II p 7)* Martinus de Zarogow pro Elizabeth uxore sua et Paschco de ibidem manu coniuncta fideiusserunt Nicolao de Krampa; si idem Nicolaus ipsum Martinum et predictam uxorem eius pro exsuper XIIII marcis et VIII scotis racione hereditatis Chobandza seu eius parte iure evaserit, ipsum tunc ipsa Elizabeth pro eisdem pecuniis amplius non habebit impedire.

**6161.** Nota — Proponente Alberto Jarota de Policarczicze procuratore Smÿlcze de Dobranouicze contra Jasconem de Gluchow, quod ipse Jaschco ipsam Smylcam nullo iure aquisito in duobus bobus in hereditate Dobranouicze inpignorauit et pepulit per quatuor granicies, — Jaschco dixit, se de iure impignorasse; procurator predictus recepit per corrigellum ad libros, quod nullo iure in ipsa Smylca acquisiuit; — qui Jascheo primo etc. et quinto ultra ius requisitus noluit ad libros ire; — ad dandum voluntatem et ad interrogandum, quid sit super eo faciendum, ad Cracouiam terminus datur ad primos terminos.

**6162.** Climco et Petrus kmetones de Topola solutis prius 2 penis XV Zauissio de Crzczonow heredi et iudicio totidem pro eo, quod non in tempore ab eodem Zauissio fugierunt, ad eundem Zauissium redeant, et unam marcam de censu soluant. — (l. s.).

**6163.** Nota — Andreas Nemsta de Czussow Jaschconem de ibidem heredem de et super quatuor cum media marcis iudicialiter euasit.

**6164.** *(Cr. II p. 8).* Wyrona uxor Stanislai heredis de Janouicze et Jachna soror eius, filie (Jasch) Nicolai olim heredis de Wirzbno, venientes eandem villam seu totam partem earum cum omnibus iuribus et obligacionibus eiusdem ville Wirzbno pro media scoltecia in Seclukÿ et eiusdem scoltecie iuribus et uniuersis pertinenciis et L^ta marcis commutacionem fecerunt cum Jaschcone herede ibidem de Wirzbno, ita quod idem Jaschco L^ta marcas predictas debet ad eximendum obligacionem predicte ville siue hereditatis Wirzbno filiarum predictarum conuertere et dicte filie predictam scolteciam cum omni iure a festo sancti Nicolai proximo usque ad aliud festum sancti Nicolai proxime affuturum debet possidere, (veniente) cum autem tunc dictum festum sancti Nicolai affuturum aduenerit, si ipsius filiabus ipsa scoltecia placuerit ipsam perpetuo possidebunt, si vero non placuerit, tunc ipsam scolteciam habent restituere et predictus Jaschco XXX marcas grossorum ipsis filiabus debet assignare, si eciam easdem XXX marcas non assignauerit, tunc ipsis XL^ta marcas tenebitur ad soluendum, et iidem omnes ipsis hincinde predictas hereditatem et scolteciam resignarunt perpetuo tenendum nichil ipsis hincinde iuris reseruantes.

**6165.** Nota — Sbischco heres de Stadniky veniens unum tritici et unum silliginis acervos pro XIII marcis monete currentis Jaschconi heredi de Gluchow vendidit, quas pecunias idem Jaschco predicto Sbischconi cavens de rato Katherine uxoris sue ad festum sancti Michaelis bona fide proxime nunc venturum promisit integre soluere, si vero easdem pecunias ad festum prefixum non solverit, tunc alias XIII marcas eidem Sbischconi tenebitur ad solvendum.

**6166.** *(Cr. II p. 9).* Contumax — Petrassius heres de Rzandouicz pronunciatur contumax et penam XV remansit, quia contra Swantoslaum ciuem de Proschouicze in termino concitato non conparuit.

*In Xansz feria secunda post diem Concepcionis sancte Marie. (d. 10 Decembris 1397).*

**6167.** *(Cr. II p. 9).* Drogomirus heres de Kalyna cavens de rato Margarete uxoris sue partem hereditatis omnimodam suam cum omni iure et dominio in Janouicze pro centum marcis grossorum Pragensium, Stanislao heredi de Polaninouicze vendidit et eandem hereditatem cum omni iure et pertinenciis eidem Stanislao et suis posteris in perpetuum tenendam, habendam, utifruendam etc. resignauit presentibus, Wenceslao de Marcinouicz, Msczugio de Coslow, Petro de Marczinouicz, Bernardo de Cowalow, Andrea de Zacrzow, Jasczoldo de Zacrzow heredibus.

**6168.** Nicolaus heres de Zarzecze veniens personaliter totam partem hereditatis in Pstroschicze Wlodconis olim fratris sui ipsum ex successione fraterna concernentem cum omni iure et dominio pure propter Deum, pro salute dicti fratris et sua animarum preposito et conuentui monasterii de Mechouia iure hereditario in perpetuum resignauit presentibus, ut supra.

**6169.** Msczugius de Coslow heres veniens confessus est publice, quod sibi dominus Nemerza canonicus Cracoutensis XXXI marcas grossorum pragensium, in quibus sibi fuit villa

Sceczcow obligata et quas sibi ipse dominus Nemerza ad diem sancti Nicolai anni presentis debuit exsolvere, iam persolvit in totum. — (l. s.).

**6170.** *Cr. II p. 10).* Dorotea heres de Brzuchana veniens confessa est se recepisse X marcas grossorum Pragensium a Przeczslao herede de Zarogow, quas pecunias Margarete filie proprie pro dote assignavit, in quibus quidem pecuniis hereditatem suam omnimodam ibidem in Brzuchan obligavit tenendam a nativitate Christi usque ad nativitatem Christi pecunias easdem ibidem indicando.

**6171.** Clemens castellanus de Czechow heres in domina Elizabeth de Chrzelow iure acquisiuit, quod sibi idem domina possessionem et intromissionem (medie) tocius partis sue hereditatis in villa Jagustinowa Vola, quam habet ibidem, cum omni iure et dominio debet hodie ad VIII dies in Cracouia resignare et dominus Clemens cum XXX marcis eximere.

**6172.** Stanislaus dictus Kuczek de Brzostek kmeto in domino Wiczga de Prelank X marcas iure acquisivit medio iuramento, et idem kmeto dictas X marcas in personam Prandote heredis de Prelank transtullit repetendum et resignauit.

**6173.** Paulus et alius Paulus fratres germani heredes de Slupow quinque kmetones in Czechy et duo prata ibidem in XXX et V marcis grossorum pragensium cum omnibus iuribus et pertinenciis Stanislao heredi de Raczslauicz tenendum a nativitate Christi usque ad integram exempcionem obligaverunt presentibus ut supra; et Nicolaus Godula de Peczenegy, Paulus Slupowsky fideiussores ipsorum extant pro impedimento et super eo, quod dicti heredes dictos kmetones et prata cum non alia pecunia quam cum latis grossis debent eximere.

**6174.** Bogussius heres de Stanpoczicze Predwogio de ibidem XL marcas Pragensium grossorum racione dotis Vichne sororis sue in medio gayo in quatuor kmetonibus et in duobus pratis ac in parte sua taberne assignavit, que premissa dictus Predwogius cum omni iure tenebit tamdiu, quousque sibi dicte pecunie persolventur; et ipsum Bogussium aliqua prescripcione non debet evadere, presentibus ut supra.

**6175.** *(Cr. II p. 11).* Bogussius de Stampoczicze Lucassio heredi de Stradow XL marcas grossorum pragensium in agris suis et pertinenciis ibidem, quos solus colluit et habuit, racione dotis Boguchne sororis sue assignavit, quos agros dictus Lucassius tenebit tamdiu, quousque dicte pecunie sibi persolventur; — et idem Lucassius racione dotalicii dicte sue uxoris Boguchne XXX marcas grossorum in obligacione, quam habebit ubicunque, et in medio bonorum suorum assignavit et indicavit. — (l. s.; — soluit sex grossos).

**6176.** Prandotha heres de Prelank Výdzgam de ibidem pro omnibus causis, que sunt inter ipsos mote, et pro orto molendini iure euasit videlicet pro inproperacione, pro velle interfeccione, pro wlneracione serui, pro expulsione molendinatoris, pro teste quod sibi posuisset digitos ad crucem, pro priuilegio, pro depascacione feni et auene XXX curruum; et idem Widzga dicto Prandote ad terminos proximos IIII^or marcas assignare et sex marcas fideiubere debet sub pena iudicii.

**6177.** Clara Johannis filia de Dobeslauicze cum Laurencio fratre suo hereditatem predictam iure proximitatis in Imramo herede de Nakel iudicialiter acquisivit, pro qua hereditate ad eximendum C et V marcas grossorum pragensium eidem Imramo debent ad diem sancti Thome proximum assignare, si autem non assignaverit, tunc Wirzchoslaus villam Chotouicze cum omnibus seminacionibus tenebitur in eisdem pecuniis obligare et ipse Imramus Dobeslauicze resignare. Item si Wirzchoslaus dictas pecunias ipsi Imramo ad futurum festum nativitatis Christi integre non solverit, extunc iterum medietatem ville Tangoborza sibi debebit obligare. Item si aliquis dictum Imramum pro dicta villa Dobeslauicze impedierit, Wirzchoslaus predictus pro impedimento huiusmodi debet intercedere et cum effectu stare. — Item Laurencius heres de Czulicze dicto Wirzchoslao pro omni dampno et impedimento extat fideiussor.

**6178.** *(Cr. II p. 12)* Prandota de Prelank herede contra Maczconem de Jurzicouicze proponente, quod sibi alias dans per ministerialem huius rei, quam ministerialis conspexit, pos-

sessionem, hucusque intrauit metquartus [cum] similibus sui et cum tribus complicibus, ibidem violenter sedet et remanet; Maczco dixit se super eo III$^{bis}$ vicibus nolle respondere et Lamberth ministerialis recognouit, quod Maczco intromissionem partis hereditatis in Jurzicouicze hanc, quam conspexit, non dedit Prandote memorato; — terminus continuatur ad Cracouiam ad primos terminos paruos.

**6179.** Procurator — Elizabeth uxor Maczconis heredis de Jurzicouicze ipsum Maczconem procuratorem suum in causa quam habet cum (Prelank) Prandotha de Prelank constituit dans etc.

**6180.** [Penam] — Wydzga heres de Prelank contra Prandotam de ibidem XVIII [penas] XV iudicio remansit et tenetur pro eo, quod hominem ipsius Prandote capiens ligatum per XVIII granicies violenter, prout ipse kmeto iurauit, ducebat. =domini iudex et subiudex indulserunt; — satisfactum pro penis.= (z. p.).

**6181.** *(Cr. II p. 13).* Swantochna uxor Wenceslai de Dzewanczicze omni iuri, quodcunque post primum maritum suum Albertum [habebat] in hereditate ibidem in Dzewanczicze videlicet [in] parte Falislai, in totum renuncciavit; et Falislaus predictus eidem Swantochne duas cum media marcas ad festum nativitatis Christi proxime affuturum et alias duas cum media marcas ad tercium festum Natiuitatis Christi proxime sequens eidem Swantochne debet soluere cum effectu, quod tamen si primas pecunias predictum ad festum sibi non solverit, tunc sibi possessionem, quam tenet post primum maritum predictum dicte hereditatis in Dzewanczicze debet assignare et obligare et alias sub inpingnoracione debet solvere, presentibus ut supra. Iste pecunie que solvuntur, nunquam mencio reduci de ipsis debet et rememorari.

**6182.** Widzga de Prelank Prandote heredi ibidem soluat XIII marcas ad primos terminos post Purificacionem sancte Marie proximam sub pena iudicii. =solutum est per totum.= (z. p.).

*In Cracouia feria tercia proxima post diem sancte Lucie termini continuantur, alii positi sunt in uigilia Circumcisionis domini (d. 18 Decembris 1397). (Cr. II).*

**6183.** *(1) (Cr. II p. 13).* Elizabeth heres de Glubczow filia Swentoslai de ibidem ipsam villam Glubczow cum omni iure et dominio pro quinque C marcarum grossorum pragensium Stanislao de Macow confessa est vendidisse, quam in perpetuum eidem Stanislao [et] posteris suis cum omnibus pertinenciis nichil pro se reservando resignavit, presentibus Nicolao de Crampa, Czaslao de Mocrsco, Stanislao de Coryto, Stephano de Przeczslaw, Clemente de Pasek et Jaschcone de Sarbe. — (l. s.).

**6184.** *(3) (Cr. II p. 14).* Pelka heres de Lappanow veniens confessus est se fideiussoriam pro C marcis grossorum Pragensium una cum domino Clemente fratre suo manu coniuncta domino Zegote vexillifero Cracouiensi pro Sbischcone filio Nemerze fecisse, ita si aliqua dampna racione impedimenti a dicto filiastro dictus dominus Zegota perceperit, in Pelca redundabunt, videlicet pro hiis C marcis, quas alias dictus Zegota eidem Sbischconi pro domino Drogomiro iudice olim Cracouiensi fideiusserat, et dictus Pelca ipsum dominum Zegotam aliqua prescripcione super premissis non habebit euadere; et Clemens ita similiter premissa se confessus est fecisse, velud Pelka frater eius memoratus.

**6185.** *(4)* Bogun heres de Parcze contra Albertum filium Pauli de ibidem testem sextum induxit, qui iuravit super proximitate hereditatis dicta Hancowska, quod ad eundem Bogun proximius pertinet et quam emit a duabus sororibus suis.

**6186.** *(5)* Stachna et Hanca heredes de Zydow filie Jacussii Rzessothco totam partem suarum hereditatum ibidem in Zydow ipsas ex successione paterna concernentes pro C marcis et sex marcis grossorum Pragensium et pro stamine panni brusliensis Andree de Czaslaw heredi cum omni iure et dominio vendiderunt, quam partem eidem Andree et suis posteris in perpetuum resignaverunt, presentibus ut supra.

**6187.** *(8) (Cr. II p. 15).* Jaschco, Stanislaus et Hanca uxor eiusdem Stanislai manu coniuncta de Marschouicze frumentum siliginis pro XIIII marcis et uno fertone monete currentis apud Spithconem heredem de Wanczslauicze emerunt, de quibus pecuniis soluat unam marcam ad festum Natiuitatis Christi et aliam marcam in vigilia Circumcisionis domini et XI marcas ad festum sancti Stanislai tempore autumpni proxime nunc venturum, si non soluerint, dampna tunc eidem Spithconi tenebuntur refundere, si que perceperit.

**6188.** *(9)* Msczugius heres de Coslow in Wirzchoslao de Sedlisca XVII marcas grossorum pragensium iure acquisivit, quas Wirzchoslaus predictus solvat eidem Msczugio ad diem sancti Stanislai tempore mensis Maÿ proxime nunc venturi, quas si non solverit, extunc XX et quatuor boves debet dare, (si au)tem boves non dederit tunc penam Regalem et XV iudicio tenebitur solvere.

**6189.** *(12) (Cr. II p. 16).* Pena — Groth de Wadow contumax contra Canaan indeum de Cracouia et Israelem pro CCCC marcis pecunie capitalis et usure.

a. *(38) (Cr. IIa p. 120).* Penam — Grot de Wadow seu de Slupow contumax contra Kanan et Israhel iudeos de Cracouia pro CCCC marcis capitalis et usure.

**6190.** *(13)* Penam — Egidius de Geboltow contumax contra Michaelem ibidem, quia cum capellano non conparuit.

a. *(39)* Penam — Egidius de Geboltow contumax contra Michaelem de Geboltow, quia cum capellano non conparuit.

**6191.** *(14)* Elizabeth relicta Nicolai olim de Chrzelow Clementi Czechowsky partem suam totam in Jagustinowa Wola in totum resignavit, et eandem ipse Clemens propriis pecuniis sibimet de obligacione in XXX marcis habet liberare et in perpetuum possidere.

**6192.** *(16)* Dominus Jacussius de Coneczpole palatinus Siradiensis et Predborius heres de Zydsno fideiussores pro domino Sbigneo de Wlodzislaw maniu coniuncta Johanni de Rascouicz heredi centum et XXX marcas grossorum pragensium fideiusserunt, in quibus pecuniis villam Crassoczin ipse dominus Sbigneus eidem Johanni in forma solita tenendum a Natiuitate Christi usque ad integram solucionem pecuniarum obligauit promittens pro omni impedimento de premissis et ipsum aliqua prescripcione uel alia pecunia non euadere, presentibus ut supra.

**6193.** *(17) (Cr. II p. 17).* Marcissius Pesczicha de Brzesina heres miliciam seu nobilitatem suam cum sex testibus bonis nobilibus contra Czczyborium heredem de Wyssoka conpurgauit, qui fratres siue testes videlicet: Petrassius de Swossow, Teodricus de Passcow, Lexÿk de Woyacow, Smislaus de Druschcow, Miroslaus de Druschcow et Clemens de Czechoslaw heredes iurauerunt pro ipso Marcissio, quod sit frater de clenodio ipsorum de linea patris, proclamacio *lubowla,* clenodium ignile et crux, et ex linea matris proclamacio *Domaslauicz:* presentibus Ade de Berwald, Jaschcone de Polanynouicze, Jaschcone de Raschcow, Sbischcone de Stadnyky, Petrassio de Sweborouicze et Jacussio de Gdow heredibus, testibus.

**6194.** *(18)* Zuszka de Offczary quam primum debita sua aliqua sibi persoluta fuerint, tam cito de ipsis octo marcas grossorum pragensium Katerine relicte Hanconis de Chelm debet solvere, si non solverit, extunc sibi unum kmetonem ibidem in Offczary, qui de censu unam marcam solverit, debet obligare tenendum in forma iuris consueta..

**6195.** *(19)* Penam — Gregorius de Banthcouicze contumax contra Petrum de Sweborouicze pro VIII scotis capitalis et VIII scotis dampni et pro coro melanarum.

a. *(45) (Cr. IIa p. 120).* Penam — Gregorius Nicolai de Bandcouicz contumax contra Petrum de Sweborouicz pro VIII scotis capitalis pecunie et dampno et pro choro nucum melanarum.

**6196.** *(20)* Penam — Andreas de Methnow contumax contra Albertum plebanum de Sczepanow pro non restitucione bouis et pro mactacione scropharum.

a. *(46)* Penam — Andreas de Methnow contumax contra Albertum plebanum de Sczepanow pro boue et scropha receptis, sed scropham mactauit. = Ad mandatum viceprocuratoris Cracouiensis. = (z. p.).

**6197.** *(21)* Penam — Gregorius de Banthcouicze heres contumax contra Andream de ibidem pro *przegrodi* et dampno vnius marce.

**a.** *(47)* Penam — Gregorius Nicolai de Bandcouicz contumax contra Andream de ibidem pro *przegrodi*, exinde dampni marca, et quercu violenter recepta.

**CCXXXVII. Uwaga.** *(2)* Meczslaus de Sczodrcouicze confessus est partem heredit. ibid. cum omni iure Sandconi ibid. pro XX mar. gross. prag. vendidisse in perpet. — *(6)* Andr. heres de Czaslaw 3 kmeth. in Zydow cum prouentu 6 marc. in 30 mar. gros. prag. Abrahe heredi de Cunicze obligauit tenend. a Natiu. Christi; easdem XXX mar. Andreas Abrahe ad d. s. Nicolai debet soluere, si non soluerit, dampnum tenebitur refundere, et non aliis pecun. euadere nisi cum latis gross. — *(7)* Stachna, Hanca et Femca heredes de Gay filie Jacus. Rzessotko partem heredit. in Gay pro LXX mar. groș. prag. et parte hered. in Cossoczicze vendiderunt Jasconi de Polaninouicze in perpet. — *(10)* Albert. Rector Eccl. de Sczepanow in causa cum Andr. de Methnow procurat. suum Czasl. de Sczepanow constituit. — *(11)* Thomecz et Petr. heredes... (zap. niedokończ.). — *(15)* Zegota de Potrcouicz 3 *nywij* in 4 mar. et 1 fert. curren. monete Lamberto de Lascowa ministeriali tenend. obligauit a f. Natiu. Christi ad aliud fest. — *(22)* (Greg.) Mart. de Modlnycza Gregorio ibid. XVIII mar. gros. prag. confessus est teneri, habet soluere ad d. s. Nicol., si non soluerit, aream circa se ibid., in qua nunc sedet Ogorzalka, cum prouentu obligare tenebitur. =Wszystkich zapisek z 18 Grudnia w księdze Cr. II. 22.=

*Datum terminorum feria secunda (s) post festum sancte Lucie virginis in Cracouia (d. 17 [18 ?] Decembris 1397). Alii termini assignati sunt feria secunda in vigilia Circumcisionis domini anno M⁰CCCXC septimo. (Cr. IIa).*

**6198.** *(5) (Cr. IIa p. 117).* Jasco de Dobranouicz cum Marco de Chorzansicz terminum habent ad terminos secundum pro eo, quod intromisisti se super tenutam ipsius, — et dampno exinde.

**6199.** *(6)* Jasco de Dobranouicz cum Zaklica et uxore ipsius Anna de Korzkew pro non adimplecione, sicut est scriptum in libro, pro Rudno et dampno terminum habent ad terminos secundum.

**6200.** *(14) (Cr. IIa p. 118).* Penam — Dorothea Swansconis uxor de Parcz penam XV contra Albertum de ibidem pro eo, quod non dedit intromissionem in hereditatem, et capellanus Franciscus de Ilcus noluit iurare. =ad mandatum domini subiudicis.= (z. p.).

**6201.** *(27) (Cr. IIa p. 119).* Nota — Relicta Jasconis dicti Oweczca tenetur proximo in festo Natiuitatis Christi vaccam uel XIIII scotos Kaslem iudeo, si non soluerit, tunc tenetur dare pro usura a marca septimanatim grossum.

**6202.** *(31)* Andreas de Methnow ducit testes contra Msczugiwoyum et uxorem ipsius Claram pro parte hereditatis videlicet area et domo cum orto, quam tenet violenter ex diuisione: Martinus de Chronow, qui fuit presens, Stanislaus de Chronow in testimonium, Swantoslaus de Sucharaba, Potrassius de Swozouicz, Marco de Pawlicouicz, Albertus de Coszmicz; — Rota: *yaco praue wemy i szwaczimi, csz Msczíwoyow* cum uxore Clara *dzerszi silanmocza to, czo se dzalem ij lozem sze dostala Swantochne zene* Andree *naymem dom, szedlisco y ogrod.*

**6203.** *(40) (Cr. IIa p. 120).* Penam — Wilczco de Zakrzow contumax contra Michaelem de Geboltow pro eo, quod dixit, quod sagitasset hominem violenter in hereditate. =pro rege soluit III grossos.= (z. p.).

**CCXXXVIII. Uwaga.** *(1)* Petr. wlodar. de Wangerzcze cum Petro molendinat. de infer. Wangrzecz term. secund. pro 3 mar. furtiue et rebus pro mar. receptis. — *(2)* Stanisl. de Wilczcouicz cum Andr. et Clem. de Wilczcouicz term. peremp. — *(3)* Sandco de Gorka cum Christ. de Tomascouicz term. peremp. post. Epiph. (z. p.). — *(4)* Andr. de Chronow cum Joh. et Stanisl. et Halsca ibid. term. secund. pro 4 wlnerib. liuidis et I aperto et II plagis in

faciem. — *(7)* Greg. de Grzegorzouicz cum Greg. kmet. de Stradlicz term. peremp. — *(8)* Sulco de Methnow capell. contra Mart. de Zarogow term. (z. p.). — *(9)* Christ. de Zagorzicze cum Barthol. de Wilczcouicz term. peremp. — *(10)* Uxor Wernc. de Rosznow capell. contra Janus. Werzing de Garlicza. (z. p.). — *(11)* Jasco de Prossouicz cum Sigism. de Czichawa, idem capell. — *(12)* Petr. de Bolescicz cum Dobc. de Witcouicz term. post Purif. — *(13)* Andr. de Janouicz cum Prand. de Nepresna term. post Epiph. peremp. — *(15)* Kather. uxor Alberti de Rudno capell. contra Sigism. et Alenam uxorem de Michalouicz, term. — *(16)* Msczug. de Koslow, pro quibus citauerat Bernardus de Kouale, euasit et satisfecit eidem pro pecuniis. — *(17)* Dzetrzich de Pazek cum Andr. et wlodar. ibid. term. peremp. — *(18)* Josman cum Helwig. de Pribislauicz term. peremp. — *(19)* Jacus. de Wilczcouicz cum Stanisl. ibid. et Nawogio de Damicz, Nicol. ibid. pro XX mar. gross. fideiuss. pro Msczisc de Gora et damp. X mar. term. secund. — *(20)* Clem. de Grayow cum Jasc. de Falcow term. post Epiph. — *(21)* Josman cum relic. Jasc. de Owczari term. post Epiph. — *(22)* Dom. Prepositus Jasco de Scarbimiria cum Jasc. de Polaninouicz term. post Purif. peremp. — *(23)* (Paulus de W.) Bodzantha de Wdorz cum Swantosl. de Modlnicza term. peremp. post Epiph. — *(24)* Spitco de Wola cum Potrusca de Budziuoyouicz term. secund. pro mar. 6 scot. fideiuss. et damp. — *(25)* Smilca condam *Lowczina* de Dobranouicz cum Jasc. condam de Glow term. ad idem faciend. — *(26)* Clem. de Kurow cum Chebda de Trope term. peremp. pro XXX mar. fideiuss. pro abbatissa de Stanantki *powesczoni*, et alter term. pro X mar. fideiuss. — *(28)* (Kather. uxor Alberti de Rudno capell. contra Bogutham pleb. de Mninoga); similiter Joh. piscator eundem capell., term. — *(29)* Clem. de Pascouicz iurare contra Prand. de Nepresna term. post Purif. pro XXX mar. damp. — *(30)* Joh. de Chodow capell. contra relic. Hanc. de Chelm, term. — *(32)* Jacus. de Cawki cum Nicol. de Coszmicz term. pro uituperio. — *(33)* Prand. de Prelank cum Math. et uxore de Jurzicouicz term. peremp. pro omnib. rebus. — *(34)* Math. de Jurzicouicz et uxor cum Wanchnic. de Dzecanouicz term. — *(35)* Math. de Jurzicouicz cum Wirzchosl. de Cotouicz term. pro causis inter ipsos. — *(36)* Kather. uxor Ade de Baruald cum Prand. de Stogneyouicz term ad coll. pro heredit. in Stogneyouicz. — *(37)* Nicol. Cowanczski cum 2 capell. capell. contra Laur. de Krzistoporzicz, term. — *(41)* Jacus. de Modlnicza cum Stanisl. ibid. term. post Purif. — *(42)* Czasl. de Mokrzesco cum Tomc. de Krzistoporzicz term. post Purif. — *(43)* Josman cum Goworc. de Yedlcza term. post Purif. pro fideiuss., sicut continetur in litteris. — *(44)* Sbisco de Stadniki confessus est, quod Jasco de Jawczicz 4 mar. soluit, quas tenebat soluere proxime preterito f. b. Nicol. — *(48)* Andr. de Bandcouicz cum Jasc. et Petro ibid. term. secund. pro $^1/_2$ marca fideiuss. racione decime. =Wszystkich zapisek w księdze Cr. IIa. 48.=

*In Prosouicze termini continuantur feria quinta in vigilia sancti Thome Apostoli (d. 20 Decembris 1397). Alii termini sunt positi ad XIIII dies.*

**6204.** *(Cr. II p. 18).* Spithco et Nicolaus fratres germani heredes de Gorky omnimodam partem hereditatis eorum ibidem in Gorkÿ tam emptam quam paternam pro LXXX marcis grossorum pragensium Sandconi heredi ibidem in Gorky vendiderunt, quam partem eidem Sandconi cum omnibus pertinenciis iure et dominio resignarunt; et Femca mater ipsorum vendencium et Hedwigis uxor dicti Spithconis ab omni iure dotis et dotalicii, si quod in dicta parte hereditatis habuerunt, omnino recesserunt; presentibus Stanislao de Corito, Zawissio de Crzczonow, Andrea Nemsta et Stanislao Nemsta de Czussow, Miroslao de Sedlisca, Nicolao de Crampa.

**6205.** Andreas de Banssow heres partem suam omnimodam in XL et III$^{bus}$ marcis grossorum pragensium Thomassio de Medzwedz tenendum a Natiuitate Christi obligauit videlicet ibidem in Banssow, non habet eximere cum alia pecunia quam cum propria et si vendere voluerit eandem partem hereditatis, non alteri quam ipsi domino Tomassio, et siluam *lansecz* dictam obligauit. =Non valet nota, quia alia melior infra scripta est.= (z. p.).

**6206.** *(Cr. II p. 19).* Stephanus filius Pauli heres de Slawicze pro Martino herede de Zarogow tres marcas pro pena Symconi heredi de Polayouicz fideiussit soluendum ad tres septimanas proximas sub pena sex bouum.

**6207.** Pena — Martinus heres de Zarogow contra Symconem heredem de Polayouicz penam trium marcarum iudicio remansit.

**6208.** Pena — Jaschco de Janouicze penam unius fertonis iudicio remansit.

**6209.** Pena — Marcus heres de Polanynouicz contumax contra Miczconem de Monacowecz, in primo citatus termino non conparuit pro una marca capitalis pecunie et pro alia marca dampni. =satisfecit pro pena.= (z. p.).

*In Cracouia feria secunda in vigilia Circumcisionis Domini termini continuantur (d. 31 Decembris 1397). Alii positi sunt cras ad XIIII^or dies. (Cr. II.)*

**6210.** *(1) (Cr. II p. 19).* Jaschco heres de Cossoczicze omnimodam partem hereditatis in Cossoczicze ibidem cum omni iure et dominio Petrassio de ibidem pro (X) C et viginti marcis grossorum pragensium vendidit, quam in forma eidem resignauit, et Jachna uxor ipsius Jaschconis omni iuri dotis et dotalicii, quod ibidem habuit, omnino renunciauit. — (l. s ).

**6211.** *(2)* Nota — Israhel et Canaan iudei de Cracouia litteram recongnicionis contra Johannem de Gardlicza super XL minus una marcis capitalis pecunie et usure XX annorum exhibuerunt, et predictas pecunias cum usura in eodem Johanne iure obtinuerunt, pro quibus pecuniis idem Johannes ipsis iudeis fideiussorem ad diem sancti Stanislai tempore May debet statuere, si non posuerit, extunc omnium bonorum suorum ipsis possessionem debet assignare videlicet in primis terminis post diem predictam sancti Stanislai. — (l. s.).

**6212.** *(3) (Cr. II p. 20).* Margareta uxor Wernconis de Rosnow Johannem de Gardlicza pro XL minus una marcis debiti filiorum Lewconis iure euasit.

**6213.** *(4)* Andreas de Czaslaw IIII^or kmetones suos in Marczincouicze cum omni iure in L^ta et duabus marcis grossorum Nicolao heredi de Syrowkÿ in forma iuris obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi etc. — Et predictus Nicolaus confessus est dictas pecunias esse dotis Margarethe uxoris sue.

**6214.** *(5)* Mathias de Jurzicouicze penam XV iudicio remansit et tenetur, quia vituperauit Wenceslaum camerarium iudicii, et idem ipsum camerarius de vituperio dimisit liberum. =satisfactum est in totum.= (z. p.).

**6215.** *(6)* Jaschco de Czirnechow heres fideiubendo pro Boxa filio suo omnimodam partem hereditatis sue in maiori Strelcze pro C marcis grossorum pragensium cum omni iure et dominio Petrassio de Zagorzicze et Andree fratri eiusdem Petrassii in forma vendidit, quam in iudicio resignavit promittens pro omni impedimento.

**6216.** *(7)* Petrassius et Andreas fratres germani heredes de Zagorzicze Jaschconi de Czirnechow XX marcas grossorum pragensium confessi sunt teneri, quas solvant ad diem Purificacionis sancte Marie, si non solverint, tunc ad diem sancti Stanislai tempore Maÿ proxime nunc venturi ab eisdem pecuniis de proventu tres marcas communis monete debent eidem Jaschconi solvere una cum ipsis pecuniis; si premissa non adimpleverint, tunc in XL marcis partem hereditatis in Strzelcze disto Jaschconi tenebuntur obligare. =Quia aliter in forma est scriptum pro Boxa filio, ideo cancellatum.= (z. p.).

**6217.** *(8)* Mathias de Jurzicouicz penam XV contra Prandotam de Prelank pro eo, quod non dedit intromissionem in partem hereditatis in Jurzicouicz. Lambertus officialis recognouit.

**a.** *(35) (Cr. IIa p. 123).* Penam — Mathias de Jurzicouicz penam XV contra Prandotham de Prelank pro eo, quod non dedit intromissionem in partem hereditatis in Jurzicouicz. Lampertus officialis confessus est, quod non dedit. =Wilhelmo procuratori satisfecit.= (z. p.).

**6218.** *(9) (Cr. II p. 21).* Ad colloquium — Prandota de Prelank et Mathias de Jurzicouicze heredes terminum habent ad colloquium proximum super eo, si Mathias aliquas pecunias debet soluere siue incurrit, quod intromissionem in partem hereditatis in Jurzicouicze eidem Prandote non dedit, et in iudicio noluit eidem respondere.

**6219.** *(10)* Pena-Contumax — Johannes de Chodow pronunciatur contumax contra relictam Hanconis olim de Chelm pro XXX marcis in littera, quam relicta exhibitat contentis et pro aliis in eadem littera scriptis.

**a.** *(46) (Cr. IIa p. 124).* Johannes de Chodow contumax contra relictam Hanconis de Chelm pro XXX marcis grossorum et XXX dampni. =Dominus Johannes castellanus Cracouiensis penam indulsit.= (z. p.).

**6220.** *(11)* Pena — Nicolaus et Stanislaus heredes de Chotlicz pronunciantur contumaces contra Chaskel iudeum de Cracouia pro hiis, que continentur in litteris ipsius in primo termino.

**a.** *(48)* Penam — Nicolaus et Stanislaus de Chotlicz contumaces contra Kaschel iudeum pro debitis, sicut continentur in litteris ipsius, in primo termino.

**6221.** *(12)* Pena-Contumax — Clemens de Lappanow heres actor pronunciatur contumax contra Johannem de Polanynouicz pro decem marcis fideiussorie.

**a.** *(49) (Cr. IIa p. 125).* Penam — Clemens de Lapanow actor contumax contra Johannem de Polaninouicz pro X marcis fideiussorie.

**6222.** *(13)* Pena-Contumax — Jasco cum Ossanca uxore de Lubochow heredes actores pronunciantur contumaces contra Stanislaum dictum Sczeczina de Grabowe pro parte hereditatis Garbonowska et Bartossowska. — (l. s. — soluta.)

**a.** *(50)* Penam — Jasco de Lubochow cum uxore actores contumaces contra Stanislaum dictum Sczeczinam de Grabouich pro parte hereditatis Gardonowska et Bartossowska.

**6223.** *(14)* Pena-Contumax — Jasco et Petrus ac Nicolaus de Banthcouicz pronunciantur contumaces contra Andream de ibidem.

**a.** *(52)* Penam — Nicolaus et Petrus de Bandcouicz contumaces contra Andream de ibidem.

**6224.** *(15)* Pena-Contumax — Nicolaus et Preczslaus de Slauicz pronunciantur contumaces in termino peremptorio contra Martinum et Paulum de Zarogow pro vituperio et pro via quadam, pro violenta expulsione de agro facta cum tribus balistariis. (z. p.).

**6225.** *(16)* Pena-Contumax — Andrea vidua de Waszlyn actrix pronunciatur contumax contra Juthcam de Sbilutouicz pro IIII^or marcis in termino primo.

**6226.** *(17) (Cr. II p. 22).* Clemens heres de Waszÿno pronunciatur contumax in termino peremptorio contra Juthcam de ibidem pro parte hereditatis ibidem, quia noluit pecunias [recipere].

**6227.** *(18)* Pecz de Prelubsco et Phillipus de Mislouicz heredes pronunciantur contumaces contra viduam de Bala pro duobus kmethonibus et uno molendinatore in termino primo et pro fideiussoria. =Dominus iudex penam indulsit suam.=

**a.** *(56) (Cr. IIa p. 125).* Penam — Pecz de Prelubsco contumax contra relictam Mikulonis de Bala pro II kmethonibus et molendinatore et fideiussoria in primo termino. =Procurator et iudicium indulserunt.= (z. p.).

**6228.** *(19)* Marcissius heres de Wanczslauicze fideiubens pro Andrea fratre germano in etate puerili constituto et de rato ipsius cavens XXX marcas grossorum pragensium racione dotis Offcze sororis sue Jacussio heredi in Boleszczicze bona fide se astrinxit infra unam septimanam ante nativitatem Christi proxime tunc venturam soluturum cum non aliis pecuniis, quam cum grossis latis evadendo. Si vero ad terminum prefixum non solverit [pecunias] predictas, tunc sibi terciam partem hereditatis ibidem in Wanczslauicze cum omni iure tenebitur obligare, tenendum ad integram exempcionem.

**6229.** *(20)* Pena — Nicolaus de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczina de ibidem pro silua, exinde dampni X marcis.

a. *(59) (Cr. IIa p. 126).* Penam — Nicolaus de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczinam pro silua, exinde dampni X marcis. (z. p.).

**6230.** *(21)* Pena — Stanislaus Jancouicz de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczina de ibidem pro silua exinde dampni X marcis.

a. *(60)* Penam — Stanislaus Jancouicz de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczinam pro silua, exinde dampni X marcis. =Dominus Litwas procurator has penas per litteram delere mandauit.= (z. p.).

**6231.** *(22)* Pena — Polan de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczina pro *Charczicza* recepta et equo violenter.

a. *(58) (Cr. IIa p. 125).* Penam — Polan de Grabouich contumax contra Stanislaum Czeczinam pro *Charczicza* recepta et equo. =Dominus Litwas procurator per litteram delere penam mandauit.= (z. p.).

**6232.** *(23)* Pena — Arnoldus de Grabouich contumax contra Stanislaum Sczeczina de ibidem pro silua, exinde dampni X marcis in primo termino.

a. *(57)* Penam — Arnoldus de Grabouich contumax contra Czeczinam de ibidem pro silua, exinde dampni X marcis, in primo termino.

**6233.** *(24)* Pena — Nicolaus de Cosmicz contumax contra Laurencium de Cristoporzecz pro IIII$^{or}$ marcis simul et dampni, quia cum capellanis non conparuit.

a. *(55)* Penam — Nicolaus de Cosmicz contumax contra Laurencium de Krzistoporzicz pro quatuor marcis simul capitalis et dampni, quia cum capellanis non conparuit.

**6234.** *(25)* Pena — Kmetones de Stradlicze in parte Clementis contumaces contra Gregorium de Gregorzouicz pro CXL capeciis siliginis violenter receptis, sed C tritici et XL siliginis.

a. *(53)* Penam — (Clemens de Grussow et kmethones) Kmethones de Stradlicz in parte Clementis contumaces contra Gregorium de Grzegorzouicz pro CXL$^{ta}$ capeciis siliginis violenter receptis, sed C tritici et XL siliginis.

**6235.** *(26) (Cr. II p. 23).* Pena-Contumax — Nicolaus de Coszmicz contumax contra Jacussium de Kawkÿ pro eo, quod dixit ipsum non habere ius militare.

a. *(51)* Penam — Nicolaus de Cosmicz contumax contra Jacussium de Kawki pro eo, quod dixit ipsum non habere ius milicie.

*Datum terminorum feria secunda in vigilia Circumcisionis domini [anno] M$^{mo}$ CCC$^{0}$XC septimo. (d. 31 Decembris 1397). Alii termini assignati sunt feria tercia post octauas Epiphanie Domini [anno] M$^{0}$CCC$^{0}$XCVIII$^{0}$. (Cr. IIa.).*

**6236.** *(12) (Cr. IIa p. 121).* (Clara) Christina de Kazimiria cum Meczslao de Dalouicz terminum habent ad terminos secundum pro XXX marcis (fideiussorie) datis pro sex vaccis, pro palo, sex marcis, pro II puluinaribus et puluinarica et lenciaminibus.

**6237.** *(13)* Dorothea (et Stachna) de Zedrman capellanum Petrum plebanum de Raczslauicz et Stachna Ade de Mechow habent statuere contra Potruscam de Budziuoyouicz, confesse sunt die terminorum, — et contra Stanislaum fratrem Petri.

**6238.** *(17) (Cr. IIa p. 122).* Ca$^{m}$ — Johannes plebanus de Czulicz capellano Wenceslao vicario de ibidem confessus est die terminorum, quem habuit statuere uxor Alberti de Rudno contra uxorem Sigismundi, terminum habent ad terminos; et eciam similiter contra Sigismundum. (z. p.).

**6239.** *(20)* Litteram — (Hanca) Marco de Pawlicouicz cum Nicolao Cassuba de Sarbe existens procurator Msczugivoÿ et uxoris ipsius de Mokrzesco terminum habent ad terminos secundum pro vituperio milicie; idem Marco litteram super miliciam habet ponere.

**6240.** *(27) (Cr. IIa p. 123).* Bogutha plebanus de Mninoga cum uxore Alberti de Rudno et piscatore terminum habent ad terminos peremptorium cum capellano, idem capellanus capellano Wenceslao vicario suo confessus est, quem habuit statuere. (z. p.).

**6241.** *(30)* Penam — Mathias de Jurzicouicz tenetur II marcas infra duas septimanas et marcam terciam infra octo dies in Xansz post octauam Epiphanie ad terminos Prandothe de Prelank suppena XV. =exsoluit.= (z. p.).

**6242.** *(31)* Mathias de Jurzicouicz penam XV contra Wanchniconem de Dzecanouicz pro uituperio in iudicio. =Wilhelmo procuratori satisfecit.= (z. p.).

**6243.** *(37) (Cr. II p. 124).* Nota — Mathias de Jurzicouicz infra tres septimanas tenetur tres marcas soluere racione pene Prandothe de Przelank, ad terminos II marcas suppena XV et terciam marcam ad terminos in Xansz suppena XV. =soluit totum.= (z. p.).

**6244.** *(42)* Alberti uxor Katherina de Rudno cum Sigismundo de Michalouicz terminum habent ad terminos pro eo, quod citauit ipsum stans in termino, — ad interrogandum pro pena.

**CCXXXIX. Uwaga.** *(1)* Sandco de Czordcouicz cum Preczsl. de Pribislauicz term. secund. pro 3 mar. et damp. racione fideiuss. — *(2)* Petr. wlodar. de Wangercze cum Petro molendinat. ibid. term. peremp. — *(3)* Sandco de Czordcouicz cum Petro de Przibislauicz term. secund. pro II½ mar. et damp. racione fideiuss. et damp. — *(4)* Sandco de Czordcouicz cum Petro de Przibislauicz term. secund. pro II½ mar. fideiuss. et damp. — *(5)* Joh. de Racziborsco cum Andr. et Stanisl. ibid. term. peremp. — *(6)* Slasz de Racziborsco cum Sandca et Joh. ibid. term. peremp. — *(7)* Sulco de Methnow cum Filipo de Brzesiny term. post Stanisl. pro 20 mar. concit. — *(8)* Nicol. Rpisca de Luczicze cum Wencesl. et uxore de Marczinouicz term. secund. pro XL fideiuss. et XL damp. [marcis]. — *(9)* Sulco de Methnow cum Mart. de Zarogow term. post Stanisl. peremp. — *(10)* Slasz de Racziborsco cum Jasc. de Solecz term. peremp. — *(11)* Jasco de Dobranouicz cum Marc. de Choranzicz term. peremp. — *(14)* Spitco de Wola cum Potrusca de Budziuoyouicz term. post Ciner. — *(15)* Drogos. de Kalina cum relic. Tassonis de Kuroswank term. secund. pro 6 mar. gross. et 4 mensur. silig. — *(16)* Drogos. de Kalina cum Nicol. de Raczslauicz term. secund. pro C mar. fideiuss. et vadii. — *(18)* Jacus. de Wilczcouicz cum Stanisl. et Nawogio de Wilczcouicz term. peremp. — *(19)* Andr. de Chronow cum Stanisl. et Joh. et Halsca matre term. peremp. (z. p.). — *(21)* Jasco de Dobranouicz cum Zaklica et uxore de Korzkew term. peremp. — *(22)* Stanisl., Nicol., Navog. de Wilczcouicz cum Msczisc. de Gory et Margar. uxore term. secund. pro XX mar. capit. pecunie et damp. — *(23)* Andr. de Crzewlin cum Sbisc. de Dimlin pro C mar. gross. et damp. et quod non dedit intromiss. in hered. in Brzostek et Szicorzicz term. secund. — *(24)* Dzethrzich de Pazek cum Wlodc. et Andr. ibid. term. peremp. (z. p). — *(25)* Chebda de Trope capell. contra abbatis. de Stanantki pro iniusta condempnac. XXX mar. et damp. XXX. (z. p.). — *(26)* Jasco de Prossouicz cum Sigism. de Czichaua term. ad term. secund. peremp. (z. p.). — *(28)* Imram de Czulicz cum Potras. de Cocziniez term. secund. pro CCLX mar. gross. et damp., sicut emerat heredit. a Imramo. (z. p.). — *(29)* Josman cum relic. Dziuisii de Preczslauicz term. peremp. — *(32)* Mart. de Coprziwnica cum Marc. de Ochonino term. secund. pro X mar. fideiuss. — *(33)* Math. de Jurzicouicz cum Wirzchosl. de Cotouicz term. ad coll. pro *wstecz*. — *(34)* Jasco de Solecz capell. contra Nicol. Brigant de Racziborzco, term. pro II wlnerib. apert. (z. p.). — *(36)* Adam de Baruald capell. contra Dersc. de Belsow, term. — *(38)* Prand. de Przelank cum Math. de Jurzicouicz term. peremp. pro sepib. et stabulis *chlewi*. — *(39)* Jasco de Cosmicz cum relic. Falislai de Cosmicz term. peremp. (z. p.). — *(40)* Nicol. Rpisca de Luczicze cum Gregor. de Grzegorzouicz term. peremp. pro XII mar. gross. et XII damp. — *(41)* Smilca de Dobranouicz cum Jasc. de Glow term. ad coll. ad diffiniendum cause. — *(43)* Drogos. de Kalina cum Nicol. Rpisca de Luczicze term. peremp. pro X mar. fideiuss. et damp. — *(44)* Stanisl. de Wilczcouicz cum Andr. et Clem. ibid. term. vis. pro hered. Imramowska. — *(45)* Nicol. de Wyasd litt. de iudicio palat. de Potrcouicz contra Andr. de Wyasd, term. (z. p.). — *(47)* Prand. de Nepresna cum Alber. et uxore de Kawki term. post Purif. — *(54)* Petr. de Bancouicz contumax contra Boguchnam de Pirchouicz pro agris seminat. et domus destruccione. =Wszystkich zapisek z 31 Grudnia w księdze 60.=

*Anno domini Millesimo etc. nonagesimo octauo feria quinta post Circumcisionem domini in Proschouicze termini continuati fuerunt. (d. 3 Januarii 1398). Et alii positi sunt ad duas septimanas.*

**6245.** *(Cr. II p. 23).* Pena — Stanislaus heres de Bolen penam sex scotorum remansit, quia Jacussium heredem de Suchdol contra Hancam de Proschouicze informauit.

**6246.** Nota — Jacussius heres de Suchdol Johannem heredem de Neswoyow contra Hancam de Proschouicze pro et super hereditate uxoris sue in Jelouicze consistenti intercessit, et terminum habent ad colloquium generale proximum Jacussius cum Hanca predicti.

**6247.** Nota — Potrassius heres de Jelowicze tamquam fideiussor pro domina Nedomÿna de paruo Xansch X marcas monete currentis in Regno Polonie domino Nemerze custodi sancti Floriani ad diem sancti Stanislai tempore Maÿ proxime nunc venturum obligavit se soluturum, quas si non solverit in die predicto, tunc in crastino diei eiusdem XX marcas debet solvere, si in eodem crastino non solverit, tunc ad quoslibet terminos iudiciales XV tenebitur sibi solvere tamdiu, donec predictas pecunias integre solverit, et domina Nedomÿna premissa eidem fideiussori adimplere se astrinxit ipsumque reddere indempnem; si non adimpleverit, tunc eidem fideiussori partem suam omnimodam in Przegrzebe in viginti marcis tenebitur obligare.

**6248.** Intercessio-Nota — Wilczco et Msczischco heres de Welkanocz Nicolaum heredem in Crampa contra Elizabeth uxorem Martini de Zarogow pro XIIII marcis et VIII° scotis intercesserunt et terminum habent cum eadem velud Nicolaus de Krampe habuit, et dicti intercessores pro matre eorum eidem Nicolao de omni impedimento super predictis pecuniis fideiuberunt. Item in facto huiusmodi dicti intercessores unus alterum procuratorem suum hincinde constituit in forma solita.

**6249.** *(Cr. II p. 24).* Pena-Contumax — Hanconis relicta de Chelm contumax contra Hancam Matissowa de Scarbimiria in primo termino pro hereditate obligata in Swossow, pro qua noluit recipere pecunias ab ipsa Hanca Matissowa.

*In Xansch feria secunda in crastino Epiphanie domini termini continuantur (d. 7 Januarii 1398). Alii positi ad duas septimanas.*

**6250.** *(Cr. II p. 24).* Nota — Johannes heres de Chodow omnimodam partem hereditatis in Jasdonis Poramba videlicet septem kmethones censuales et unam tabernam in medio laneo cum omni iure, dominio et pertinenciis pro LX marcis grossorum pragensium Pacossio de Zarnownycza heredi vendidit et aliud donavit pro servicio, quam in forma eidem et heredibus suis resignavit.

**6251.** Nota — Fal, Johannes, Venceslaus et Benek kmethones de Slawossow de consenssu domini Borconis domini ipsorum duos aceruos: unum silliginis et alium auene pro XVI marcis monete currentis apud Stanislaum Polanynowsky in Ilicouicze emerunt, quas pecunias integre eidem Stanislao ad diem sancti Martini proxime nunc venturum debent soluere, si vero in termino prefixo non soluerint, extunc per ipsum Stanislaum nullo iure contradicente uel obiciente impignorabuntur.

**6252.** Zauissa heres de Wirzchouiscze fideiussor pro Spithcone herede de Sedlecz XL marcas grossorum Pragensium Marco heredi de Campe ad diem sancti Nicolai proxime venturum obligauit se bona fide soluturum, si vero ad terminum prefixum non soluerit, tunc eidem Marco totam partem suam hereditatis in Polucarczicze cum omni iure, frumentis, suppellectilibus, pecudibus et pecudibus (s) tenebitur obligare tenendum usque ad plenam solucionem pecuniarum earundem.

**6253.** *(Cr. II. p 25).* Nota — Cesslaus de Scronow in Boguslao de Lubochow III^es^ marcas racione pene XV pro vituperio iure acquisivit et ita solutis prius dictis III^bus^ marcis idem Boguslaus partem hereditatis ibidem in Lubochow debet obtinere, prout in littera sua continetur.

**6254.** Concordia — Jaschco heres Brzostek de Brzuchan, Dorotea de Psczrzeschicze et Janussius filius de ibidem concordiam perpetuam inter se fecerunt pro dotalicio Machne uxoris Jaschconis, ita quod Machna in X marcis obligacionem partis in Brzuchan ad tempora vite matris sue Dorotee debet tenere et post mortem matris debet dividere cum fratribus suis, mater vero predicta suam partem hereditatis in Brzuchan nullomodo habet a pueris suis predictis alienare. — (l. s. — soluit III grossos).

**6255.** Stephanus heres de Tsczicza duos kmetones ibidem et unum pratum pod *wirzbe* in XX et una marcis grossorum Clementi Conopca de Wolwrami ciuitate obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi iuxta consuetudinem terre promittens pro omni impedimento et dampno. — (l. s.).

**6256.** Nota — Symco heres de Polayouicze fideiussor pro Beata relicta Potrassy de Slauicze VII$^1/_2$ marcas grossorum pragensium Czcziconi de Brzuchan ad festum Natiuitatis Christi obligauit soluturum, quas si non soluerit ad terminum prefixum, tunc sibi (duos) kmetonem unum ibidem in Polayouicze, qui I$^1/_2$ marcas soluerit de censu, debet obligare. — (l. s.).

**6257.** Pena — Kmyta heres de Lowyna penam XV Przedborio de ibidem ad IIII$^{or}$ septimanas obligavit se soluturum, si non solverit, tunc debet dare sex boves. (z. p.).

**6258.** Pena — Albertus Odrancz kmeto de Wolicza unam marcam de censu minus uno scoto et penam (eidem XV ac iudicio XV remansit pro eo) XV Friczoni procuratori in Xansch ac iudicio XV similiter pro eo, quia Fricz iurauit, quod idem kmeto prius apud ipsum, quam apud Wlodconem de Pleszowca mansionem in festo Natiuitatis Christ suscepit.

**6259.** *(Cr. II p. 26).* Nota — Nicolaus heres de Zarogow super inhibicione resignacionis hereditatis Katerine in ibidem Symonem de ibidem iure euasit, ita quod quam primum dictus Symon eidem Nicolao XV marcas pro quibus hereditatem a Katerina predictam emit, dederit, tunc eandem hereditatem sibi tenebitur resignare et eidem condescendere.

**6260.** Wanchnikoni de Dzecanouicz Margareta Pabiani de Slupow XV penam et totidem iudicio remansit pro eo, quod violenter hominem Wanchniconis recipiebat et per ministerialem circa [hoc] arestata existit et idem, quod ibidem recepit, ad restitucionem est condempnata. =satisfecit.= (z. p.).

**6261.** Petrus de Slupow contra Wanchniconem predictum Mathiam de Dzecanouicze intercessorem pro quodam feno ad terminos debet statuere proximos. =satisfecit.= (z. p.).

**6262.** Cristina filia Troyani heres de Parcossouicze omnimodam partem suam ibidem cum omni iure et dominio ipsam ex successione materna concernentem pro CCC marcis grossorum pragensium domino Borconi de Tsczenecz in perpetuum vendidit, quam in forma eidem resignavit nichil pro se ibidem reservando; et predictus dominus Borco eidem Cristine villam Zacrzow cum omni iure et dominio tenendum in C marcis grossorum pragensium obligavit habendum usque ad integram exempcionem eiusdem.

**6263.** Jacussius heres de Lowyna Predborium de ibidem contra Kmytam de ibidem et Wenceslaum de Lubochow procuratorem suum constituit.

**6264.** *(Cr. II p. 27).* Michael cum Hanca uxore de Stanpoczicze Lucassio de ibidem XVI marcas grossorum pragensium ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturum se obligarunt soluturos, si non soluerint ad terminum prefixum, tunc partem hereditatis ibidem in Stanpoczicze eidem tenebuntur obligare et de hiis pecuniis duas marcas monete currentis ad festum Paschatum proximum debent eidem soluere, si istos duas marcas simul cum pecuniis predictis non dederint, tunc dictam partem in XX marcis tenebuntur obligare.

**6265.** Nota — Borco de Tsczenecz XXX marcas... (zap. niedokończona).

**6266.** Pena-Contumax — Jarosch, Andreas kmetones de Boczcouicz contumaces contra Petrassium de Sandzignew pro eo, quod ab ipso sine tempore recesserunt, et eciam pro eo, prout stat in libro.

6267. Pena-Contumax — Miroslaus drop de Dessno contumax contra Reczslaum de Włodzislaw pro IIII^or wlneribus apertis et duobus digitis mutilatis; condempnatur exinde ad sex marcas.

6268. Pena-Contumax — Martinus et Petrus kmetones de Wola Caweczyn contumaces contra Stanislaum Jelithco et Jacobum de Gosdna pro difugio nocturnali in termino primo.

6269. Nota — Wenceslaus heres de Lubochow fideiussor pro Boguslao de ibidem tres marcas Czeslao de Scronow infra IIII^or septimanas sub pena XV obligauit [se] soluturum.

*In Cracouia feria tercia proxima post octauam Epiphanie Domini termini continuantur, (d. 15 Januarii 1398). Alii positi sunt ad XIIII^or dies. (Cr. II).*

6270. *(1) (Cr. II p. 28).* Intercessio — Jacobus abbas de Andrzeyow septem kmetones et octauum procuratorem suum, de Chorzow quinque et de Czuczow duos, contra dominum Borconem de Tsczenecz pro XL graniciebus factis inter Tynecz villam et inter Czirnem ac in Czuczow intercessit; terminum habent ad colloquium proximum.

6271. *(2)* Nota — Boguta et Stanislaus heredes de Wirzbno duos kmetones ibidem cum omni iure et dominio in XX marcis grossorum Andree heredi in Czaslaw obligarunt tenendum ad festum sancti Nicolai proxime nunc venturum, ita quod dictas pecunias in grossis et non aliter sibi ad pretactum festum debent soluere, si non soluerint, tunc XXX marcas in quartensibus tenebuntur ad soluendum. — (l. s.).

6272. *(3)* Nota — Nicolaus Tur de Lyssecane heres et Margareta uxor eius omnimodam partem hereditatis ibidem in Lissecane pro LXXX marcis grossorum pragensium, que pecunie sunt dotis Anne, filie Rzessothconis, Sandconi de Czeczicouicze heredi vendiderunt, quam cum omni iure et dominio resignaverunt; Margareta uxor predicta omni iuri, quod ibidem habuit, renuncciavit et a littera iudicis Drogomiri recessit. — (l. s.).

6273. *(4)* Nota — Petrus de Coczyna heres villam suam dictam Bunczarca cum omni iure et dominio in LXXX marcis grossorum pragensium Clementi de Passcouicze obligavit tenendum a festo ad aliud festum Nativitatis Christi proximum, ita quod ibidem XII marcas de redditu in omnibus laboribus et proventibus debet Clemens percipere, si fuerint, si vero non, tunc residuitatem Petrus predictus solvere tenebitur. Item si Clemens predictus pecunias suas habere voluerit, Petrus predictus easdem sibi ad secundum festum proximum Nativitatis Christi debet assignare, et super eo ac pro omnibus supradictis sunt fideiussores videlicet Sbysschco de Stadnyký et Milota de Chodynicze ac pro omnibus dampnis et impedimento; — si vero dictam residuitatem predictus Petrus ad diem sancti Martini, ut est moris, non solverit, tunc sibi ad solvendum X marcas tenebitur, et dominus Petrus predictus fideiussores suos predictos in premissis omnibus debet et se obligat bona fide reddere indempnes, presentibus Chebda de Trope, Clemente de Czayanczicze, Clemente Brun de Granow, domino Borcone de Tsczenecz et Paulo de Sosnow. — (l. s.).

6274. *(5) (Cr. II p. 29)* Petrus heres de Sczodrcouicze fideiubendo pro fratribus suis germanis omnimodam partem suam et fratrum suorum predictorum hereditatis, que dicitur Sczepanowska, ibidem cum omni iure et dominio pro XXIIII^or marcis grossorum Dominico heredi ibidem in totum vendidit, quam sibi in forma resignauit promittens pro omni impedimento de premissis, et Dominicus predictus confessus est, quod pecunie predicte essent Sdzichne uxoris sue legitime, pro quibus dictam partem hereditatis emit.

6275. *(6)* Clemens de Czayanczicze heres XX marcas monete currentis ad festum Natiuitatis Christi proxime nunc venturum Margarete uxori Brunonis de Sobolow obligauit se bona fide soluturum, si non soluerit ad terminum prefixum, tunc sibi partem hereditatis in Czayanczicze, quam apud eam in dote exemit, tenebitur obligare et indempnem reddere.

6276. *(10) (Cr. II p. 30).* Wanchnÿk de Dzecanouicze heres decem marcas grossorum pragensium racione mutui pro Wirzchoslao de Sedliscza Bernardo de Cowalow fideiussit solvendas ad diem sancti Martini proxime nunc venturum, si vero solute non fuerint ad terminum prefixum, tunc dampnum tenebuntur sibi refundere. =De scitu Bernardi cancellatum, quia est solutum.= (z. p.).

6277. *(12)* Canaan Judeus Cracoviensis IIII$^{or}$ marcas et unum fertonem in Nicolao Briganth de Racziborsco iure obtinuit et Nicolaus predictus dictas pecunias eidem iudeo se ad terminos proximos fideiubere astrinxit et usuram similiter sub pena regali. =satisfecit iam.= (z. p.).

6278. *(13)* Prandota de Przelank heres confessus est intromissionem partis hereditatis in Jurzicouicze, quam officialis conspexit, videlicet a via, que progreditur et dicitur Meschna, cum omni iure usque ad granicies Buczcowsca et pro granicie Oppathcowca domino Michaeli iudici Cracouiensis terre generali dedisse — excepto prato, quod in obligacione Wlosth de Knyssyn in tribus marcis tenuit, et per officialem assignatam sibi fuisse.

6279. *(15)* A d p r e s e n c i a m d o m i n i r e g i s — Jaschco de Dobranouicz cum Zaclica et Nina uxore eius de Corzekwa terminum ad presenciam domini regis in Cracouia tercia die post ingressum eiusdem domini regis habent assignatum.

a. *(62) (Cr. IIa p. 131).* A d p r e s e n c i a m d o m i n i r e g i s — Jasco de Dobranouicz cum Żaklica et Hanna uxore ipsius de Korzkew terminum habent coram domino rege Cracouia tercia die post ingressum ipsius.

6280. *(16)* Chebda de Trope XL marcas grossorum pragensium apud Sbischconem de Maczeycouicz mutuo concessit, quas eidem Sbischconi tercia die ante Nativitatem Christi proxime nunc venturam obligauit se bona fide soluturum, si non solverit, extunc ad dampnum omne tenebitur; super eo Milota de Chodinicze, Wlodco de Jacubouicze et Jaschco de Clanczani fideiussores exstant manu coniuncta. Item decimam in Zacrzow magno eidem Sbischconi decimare debet permittere, alias tunc ad diem sancti Martini proximam XIIII marcas idem Chebda tenebitur solvere, et similiter fideiussores se astrinxerunt; si autem dicta decima per grandinem vel expedicionem consumpta sive destructa fuerit, tunc ipse Chebda VIII marcas pro ipsa eidem Sbischconi ad diem sancti Martini predictam debet solvere.

6281. *(17) (Cr. II p. 31).* C o n t u m a x - P e n a — Stasch de Wilfyno (et Andreas) de Wilczyno kmetones contumaces in primo termino contra dominum Petrum de Sczecocziny pro XX capeciis tritici furati.

a. *(70) (Cr. IIa p. 132).* P e n a m — Stasz de Wilfin kmetho contumax contra Potrassium de Sczecoczini pro eo, quod ab eo sine tempore recessit, pro XX capeciis tritici subtracti, in primo termino.

6282. *(18)* P e n a - C o n t u m a x — Andreas kmeto de Wilczyno in primo termino contumax contra Petrum de Sczecoczyn pro recessione non in tempore et pro wlneracione duorum kmethonum violenter in villam irruens.

a. *(71)* P e n a m — Andreas kmetho de Slotha contumax contra Potrassium de Sczecoczini pro eo, quod ab ipso sine tempore, nocturno tempore recessit, et pro wlneracione duorum kmethonum irruens super villam violenter.

6283. *(19)* P e n a - C o n t u m a x — Johannes de Chodow contumax contra relictam Hanconis de Chelm pro XXX marcis grossorum in termino concitato et eciam pro XL marcis concessis, circa hoc citatus, et dampno.

a. *(72)* P e n a m — Johannes de Chodow contumax contra relictam Hanconis de Chelm in termino concitato pro XXX marcis grossorum et dampno, et eciam pro XL marcis concessis, circa hoc citatus est, et dampno. =Penam dominus Johannes castellanus Cracouiensis indulsit.= (z. p.).

6284. *(20)* C o n t u m a x - P e n a — Clemens Czechouiensis in termino primo contumax

a. *(73)* P e n a m — Clemens Czechouiensis contumax contra Jacussium de Gdow

contra ad instanciam Jacussy de Gdow pro $L^{ta}$ marcis grossorum capitalis pecunie et exinde dampno. =satisfecit pro pena.= (z. p.).

in termino primo pro $L^{ta}$ marcis et dampno.

**6285.** *(21)* Contumax · Pena — Nicolaus Falislaouicz de Cosmicz contumax contra Nicolaum Briganth pro debito IIII^or marcarum et unius fertonis debiti iudeorum filiorum Lewconis et usure in termino *Nadworny*.

a. *(74)* Penam — Nicolaus Falislaouicz de Cosmicz contumax contra Nicolaum Brigant de Racziborzsco pro quatuor marcis capitalis pecunie debiti in iudeos et dampno in termino curie; Petrus officialis confessus est.

**6286.** *(22)* Nicolaus notarius terre Cracoviensis generalis unum cum medio C marcas grossorum pragensium ad villam Uneyow preposito et conventui monasterii Mechoviensis confessus est concessisse. Ita tamen si in vita ipsius Nicolai infra spacium sex annorum a data presentis note [quid humanitus] contigerit, extunc dicta villa cum eisdem duobus C marcis et omnibus frumentis et pecudibus ac pecoribus ad dictum monasterium post mortem ipsius Nicolai devolventur, alias autem si post lapsum dictorum sex annorum supervixerit, tunc dicta peccora et pecudes ac frumenta tam seminata quam collecta pro se debet recipere, ac ipsi prepositus et conventus sibi dictas pecunias integre restituere tenebuntur et villam eorum predictam rehabere; si eisdem placuerit, tunc frumenta eadem seminata cum dicta villa pro se obtinebunt. Item Nicolaus dictam villam et decimam omnem in eo modo ut supra habet tenere, et prepositus aliquas exacciones non habet de ea recipere pro stacione regali. — (l. s.; — soluta, et V [grossos] camerario). (z. p.).

**6287.** *(23) (Cr. II p. 32).* (Petrus heres de Coczyna Imramo de Czulicze LX marcas grossorum pragensium pro villa Czarncow empta teneri confessus est, quas in grossis latis et non aliter ad diem sancti Thome proxime nunc venturam in castro Cracoviensi astrinxit se eidem Imramo bona fide soluturum sub satisfaccione dampni); et idem Imramus dictam villam coram domino Rege in tricentis marcis et XIIII^or iumentis *swerzepe* eidem Petro debet resignare ad spacium die Pasche proxime nunc ventura, si non resignaverit, tunc dampnum et impedimenta tenebitur sibi refundere et pro impedimentis iuxta ius terre stare. =solutum est.=

**6288.** *(25)* Nota — Chebda de Trope viginti marcas grossorum pragensium apud Stanislaum de Lednicza confessus est mutuo concessisse, quas soluat ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturum in latis grossis non aliter; si non soluerit, tunc dampna tenetur soluere et refundere, et super eo Jacussius de Modlnycza et Jaschco de Clanczany manu coniuncta fideiussores extant, quos idem Chebda similiter promisit indempnes reddere.

**6289.** *(26) (Cr. II p. 33).* Petrus de Wanczslauicze cum Meczslao canonico Cracouiensi pro *fstecz* terminum habent ad terminos pro eo, quod Petrum Meczslaus quibusdam verbis et minando coram iudicio dehonestauit videlicet dicendo: uteris eo male. (z. p.).

**6290.** *(27)* Pena — Nicolaus molendinator de Lapschicza contumax contra dominum Clementem de Curow in termino concitato pro eo, quod se intromisit in molendinum Labeczsky, quod alias iure in Michaele ipse dominus Clemens acquisiuit.

a. *(77)* Penam — Nicolaus molendinator de Labsczicza contumax contra Clementem de Kurow pro eo, quod intromisit se in molendinum in Labczicza, quem aquisiuit super Michaelem molendinatorem.

**6291.** *(28)* Pena — Barthco kmeto de Czczicouicz contumax contra Clementem de Curow in termino primo pro vacca una et pro duobus reciis castorum et piscium per ministerialem arestata apud eundem kmetonem.

a. *(78) (Cr. IIa p. 133).* Penam — Bartco de Sczicouicz contumax contra (Michaelem) Clementem de Kurow pro vacca arestata et rethe; Stanecz filius Boguthe officialis, — in primo termino.

**6292.** *(29)* Nicolaus heres de Medzwedz omnimodam partem hereditatis sue in Waganouicze cum omni iure, dominio et pertinenciis in XXX grossorum et decem quartensium marcis Swentoslao Bobrek de Janycouicz realiter obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi promittens pro omni impedimento atque dampno. — Item ligna in Medzwedz

eidem Swantoslao cidere debet permittere in gagys suis tamdiu, donec dictam partem hereditatis exemerit.

**6293.** *(30) (Cr. II p. 65).* [1]) Nicolaus de Vyasd Petrus et Andreas de Zagorzicze heredes terminum primum habent ad proximos terminos pro XXX marcis grossorum fideiussorie et exinde dampni.

**6294.** *(31)* Sandco heres de Sczodrcouicze et Petrassius de Przibislauicze terminum secundum habent ad terminos proximos pro hiis, que continentur in libro.

**6295.** *(32)* Borco de Tsczenecz cum abbate monasterii de Andrzeow terminum primum ad secundum terminum (s) pro XL graniciebus et mille arboribus — visionis per officialem ad colloquium proximum, similiter cum conuentu monasterii eiusdem. Vitus officialis visionem recognouit.

**CCXL. Uwaga.** *(7)* Swantochna abbatis. de Stanantky Sbischconem de Stadnyky hered. procurat. suum contra Chebdam de Trope constituit. — *(8)* Relic. subiudicis Morzca de Wanczcouicze litt. iudicial. contra Budc. ibid. reponat ad term. prox. — *(9)* Nicol. Briganth de Racziborsco pro 2 wlnerib. Jaschconem de Methnow actor. iure euasit et causam obtinuit, quia Jaschco actor in term. cum capell. non conparuit. — *(11)* Briganth de Racziborsco pen 1 ferton. iudicio contra Canaan iud. pro debitis, quia est confessus, remansit. — *(14)* Woytek Oczaslo de Rudno Liczconi de Szlomnyky VII mar. gross. ad Dom. Letare obligauit se soluturum, si non soluerit, decem mar. in f. paschato tenebitur soluere eidem. — *(24)* Chebda de Trope XL mar. gross. prag. fideiuss. sue Milote de Chodinicze, Wlodc. de Jacubcouicz, Jasc. de Clanczani confessus est teneri, quas si ad Natiu. Christi non soluerit, C mar. tenebitur eisdem ad soluendum et indempnes reddere. = Wszystkich zapisek z 15 Stycznia w księdze Cr. II. 32. =

*Datum terminorum in Cracouia feria tercia post octauam Epiphanie domini M⁰CCCXCVIII⁰ (d. 15 Januarii 1398). Alii termini assignati sunt per duas septimanas. (Cr. IIa).*

**6296.** *(6) (Cr. IIa p. 126).* Potrassius de Szeczechouicz cum Pascone de ibidem terminum habent ad terminos secundum pro parte hereditatis, quam habes in obligacione, — et ad recipiendum pecunias.

**6297.** *(9)* Stanislaus de Chronow cum Nicolao, Mathia, Johanne de ibidem terminum habent ad terminos secundum pro parte hereditatis obligate et X marcis dampni et pro eo, quod non wis pecunias recipere.

**6298.** *(18) (Cr. IIa p 127).* Marco de Pawlicouicz cum Nicolao Ressotka de Sarbe terminum habent ad terminos secundum, — et litteram milicie habet ponere ad terminos.

**6299.** *(22) (Cr. IIa p. 128).* Nicolaus Marssowski cum Nawogio de Lancaua terminum habent ad terminos post festum Purificacionis peremptorium, sicut est prius scriptum.

**6300.** *(47) (Cr. IIa p. 129).* Ad colloquium — Prandotha de Prelank cum Mathia de Jurzicouicz terminum habent ad colloquium pro L^ta marcis dampni exinde, quod non dedit intromissionem iure aquisitam, pro sepibus et stabulis destructis, crematis et destructis.

**6301.** *(52) (Cr. IIa p. 130).* Petrus de Sczecoczini cum Paulo kmethone condam [de] Suchczin et nunc de Woynicz terminum habent ad terminos secundum pro eo, quod ab ipso sine tempore, nocturno tempore recessit et pro LX marcis grossorum furtiue receptis de hereditate, pro XXX apibus [truncis?] destructis apum et pro sepibus destructis.

---

[1]) Zapiski Nr. 6293—6295 znajdują się w księdze Cr. II na stronie 65 między zapiskami z roków nadwornych krakowskich z 21 Lutego. Ponieważ jednak pisarz sądowy zakreślił je i nad pierwszą z nich umieścił datę: „feria tercia post octauam Epiphanie Domini", więc w wydaniu obchodzimy się z niemi tak, jak gdyby znajdowały się na stronie 33 w bezpośredniem następstwie po wciągniętych tam zapiskach z 15 Stycznia 1398 roku.

**6302.** *(64) (Cr. IIa p. 131).* Litteram — Marco de Choransicze litteram de iudicio Lublinensi habet ponere contra Jasconem de Dobranouicz, quod habet pro maiori causa, C marcis; terminum habent ad terminos.

**6303.** *(75) (Cr. IIa p. 132).* Ad colloquium — Abbatissa et conuentus de Stanantky cum Chebda de Trope pro eo, quod ad librum receperunt pro iusta obtencione termini, terminum habent ad colloquium proximum, si non erit colloquium, tunc ad terminos proximos [1]).

**6304.** *(76)* Potrassius de Sedlecz cum Czadrone de Zagorze terminum habent ad terminos post conductum Pasche, terminus concitatus ad idem faciendum et concordandum sub vadio X marcarum, qui non poneret suos arbitros in conducto Pasche feria tercia, similiter pro omnibus causis, pro dampno — et in castro ad prefixum tempus.

**6305.** *(79) (Cr. IIa p. 133).* Clemens de Kurow cum Chebda de Trope terminum habent ad terminos post festum Purificacionis ad idem faciendum, et habet tunicam exliberare a iudeis filiis Lewconis, si non exliberabit in festo Purificacionis, tunc tenebitur XIIII marcas.

**CCXLI. Uwaga.** *(1)* Christina de Kazimiria cum Meczsl. de Dalouicz term. peremp. — *(2)* Stanisl. de Lancaua cum Scarbc. de Srzanczicz pro XX mar. fideiuss. et damp. [term.]. — *(3)* Slasz de Racziborzsco cum Jasc. de Solecz term. peremp. — *(4)* Princeps a s. Andr. de Crac. cum testib. contra Milot. et uxor. ipsius de Dobrouicza term. post Cyneres et cum dom. Mart. pro aliis causis. — *(5)* Sandco de Sczicouicz et Jasco cum Milota de Chodinicz cum Wirzbantha de Racziborzani term. post Stanisl. — *(7)* Sandco de Sczodrcouicz cum Jarzono de Pribislauicz term. peremp. pro III mar. fideiuss. — *(8)* Wisl. de Mislouicz cum Pacos. de Zastampow term. post Cyner. pro CC mar. dotis post filiam suam, excepta propr. infirmit., quam affirmabit iuramento. — *(10)* Adam de Baruadl cum Dersc. de Lagewniky term. peremp. pro II wlnerib. apert. et uno liuido. — *(11)* Petr. wlodar. cum Petro de Wangrzecz term. peremp. — *(12)* Jacus. de Wilczcouicz cum Stanisl., Nawog., Nicol. de Damicz term. peremp. post Purif. excepta propr. infirmit., quam affirmabit iuramento, pro XX mar. gross. fideiuss. et damp. — *(13)* Clem. de Grayow cum Jasc. de Falcow term. post Ciner. peremp. pro X mar. fideiuss. et X capec. tritici et X silig. — *(14)* Sandco de Sczodrcouicz cum Preczsl. de Pribislauicz term. peremp. pro 3 mar. fideiuss. et damp. — *(15)* Relic. de Jacubouicz capell. contra Kather. de Crac., term. — *(16)* Stanisl. de Wilczcouicz, Nicol. et Nawog. de Damicz cum Msczisc. et uxore ipsius de Gora term. post Purif. — *(17)* Andr. de Janouicz cum Prand. de Nepresna term. post Purif. — *(19)* Milotha de Chodinicz cum Potras., Pasc., Nicol. de Slupow term. post Ciner. — *(20)* Petr. de Budziuoyouicz capell contra Jasc. de Polaninouicz actorem pro V mar. gross. et damp. V mar. (z. p.). — *(21)* Petr. de Sczecoczini cum Msczugio de Kazimir. term. post Purif. — *(23)* Nicol. de Przibislauicz cum relic. Franczc. de Owczari term. secund. pro 4 mar. in quartalib. et II mar. gross. et VI damp. — *(24)* Jacus. de Gdow cum Joh. de Mislimicze pro XL mar. gross. aquisit. et damp. — *(25)* Drogos. de Kalina cum Nicol. de Raczslauicz term. peremp. — *(26)* Drogos. de Kalina cum Hanca Tassonis de Kuroswank term. peremp. — *(27)* Slasz de Racziborsko cum Joh. ibid. et uxore term. post Ciner. — *(28)* Joh. idem cum kmet. Andrea et Stanisl. de Racziborzco term. post Ciner. — *(29)* Pasco Wangrzin cum Sulc. de Strzewla term. secund. pro hered. in Strzewl et quod pecunias non wlt recipere, pro caldere, pecuniis de scrophis receptis, term. post Purif. — *(30)* Byczco de Jascouicz cum Adam do Strzewl pro uiolencia et recepc. calderis et pecuniis de scrophis recept. [term.] — *(31)* Stanisl. de Wilczcouicz cum Clem. et Andr. ibid. term. vis. pro hered. et pratis. — *(32)* Doroth. et Stachna de Sczedrman cum Petro et Stanisl. de Budziwoyouicz term. uis. — *(33)* Jacussz de Modlnicza Dorothee et Stachne procurator [est] in causis contra Petr. et Stanisl. de Budziuoyouicz. — *(34)* Joh. pleb. de Czulicz confessus capellano, quem habuit statuere uxor Alberti de Rudno contra Sigism. et uxorem de Michalouicz, term. —

---

[1]) Zapiska ta wciągnięta jest do księgi Cr. IIa ręką pisarza księgi Cr. II.

*(35)* Nicol. Rpisca de Luczicze cum Wencesl. et uxore de Marczinouicz term. peremp. — *(36)* Drogos. de Kalina cum Nicol. de Luczicze term. peremp. — *(37)* Wencesl. de Marczinouicz capell. contra relic. Hanconis de Chelm, term. — *(38)* Josman cum relicta Dziuisy de Preczslauicz term. post Purif. — *(39)* Wirzbantha de Branicz capell. contra Drobni iud., term. — *(40)* Andr. de Crewlin cum Sbisc. de Dimlin term. peremp. — *(41)* Paul. de Popouicz cum Simone et Petro ibid. term. post Cineres. — *(42)* Clem. de Kurow cum Boxa de Janouicz term secund. pro tunica sex mar. et hered., quam tenes contra ius violent. — *(43)* Joh. pleb. de Czulicz capellano confessus est, quem habuit statuere contra Bogut. pleb. de Mninoga, term. (z. p.). — *(44)* Andr. de Wyasd cum Nicol. ibid. term. post Purif. — *(45)* Nicol. Brigant pen. VI mar. contra Kanan iud. pro debit., quia confessus est. — *(46)* Nicol. Rpisca de Luczicze cum Gregor. de Grzegorzouicz term. peremp. — *(48)* Greg. de Grzegorzouicz cum Symone de Gory term. peremp. pro XII mar. fideiuss. et damp. — *(49)* Andr. de Czaslaw cum Szeczesl. de Czirnechow term. secund. pro 42 mar. capital. pecunie fideiuss. et 30 mar. damp. — *(50)* Nicol. Brigant cum Alberto de Coszmicz term. secund. pro 4 mar. fideiuss. in iudeos et dampno. — *(51)* Drobni iud. cum Wirzchosl. de Cotouicz term. post Purif. — *(53)* Mart. de Zarogow cum Preczsl. de Slauicz term. post Purif. (z. p.). — *(54)* Paul. de Slauicz cum Nicol. ibid. term. post Purif. (z. p.). — *(55)* Jascowa de Owczari capell. contra Josman de Crac., term. — *(56)* Andr. de Wroblouicz cum Kiliano, Pasco, Smichna et Pechna ibid. term. ad coll., si non celebrabit., ad paruos term. post Purif. – *(57)* Joseph. iud. cum relic. Ilic. et pueris de Nescoua term. peremp. — *(58)* Josman cum Nicol. notario gen. Crac. term. peremp. — *(59)* Sandco de Sczordcouicz cum Alberto de Pancouicz term. peremp. pro ($II^1/_2$) mar. fideiuss. II mar. XXI scot. et mar. VI scot. — *(60)* Jasco Mleczco de Zarnownicza cum Mart. de Zarogow term. post conduct. Pasche. — *(61)* Mart. de Zircouicz cum Marc. de Ochonino term. peremp. — *(63)* Nicol. Brigant cum Dzetrzich. de Cosmicz term. secund. pro 4 mar. debiti in iudeis et damp. — *(65)* Nicol. Osowski cum Christ. de Cozeglowi term. post Purif. — *(66)* Wirzchosl. de Cotouicz cum Andr. de Czaslaw, idem statuere Zeczeslaum de Czirnechow ad term. pro laneo Mrozowski in Wroninecz, term post Ciner. peremp. — *(67)* Jasco de Lowina cum Borc. de Tczencza term. post Purif. pro hered., quam tenes in obligac. ibid. in Lowina — *(68)* Pelgrzim de Cossicze cum Nicol. de Knissin term. secund. pro XL mar. gross. debiti et fideiuss. condam Michael. patrui sui. — *(69)* Pelgrzim de Cossicze cum Flor. de Zarzesin term. pro XL mar. gross. debiti patrui sui Michael. et fideiuss. =Wszystkich zapisek z 15 Stycznia w księdze Cr. IIa 79.=

*Data terminorum in Proschouicze feria quinta proxima post octauam Epiphanie domini. (d. 17 Januarii 1398).*

**6306.** *(Cr. II p. 33).* Andreas heres de Banssow et Stanislaus filiaster eius omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem cum gagyo dicto *lansecz* siue silua, excepta una area ibidem, cum omni iure, dominio et pertinenciis in L[ta] marcis grossorum pragensium nobili Tomassio heredi de Medzwedz in totum obligarunt nichil pro se ibidem reseruando tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi et usque ad integram exempcionem (tenendum); ita tamen si dictam aream et partem obligare uel vendere voluerint, nulli preter dictum Thomassium habebunt, et Zemca mater ac Heduigis [uxor] dicti Andree omni iuri dotis et dotalicii, si quod ibidem habuerint, omnimodo recesserunt pendente dicta obligacione.

**6307.** *(Cr. II p. 34).* Hanca uxor Zadonis heres de Ilicouicze recedens ab omni iure hereditatis partis sue ibidem in Ilicouicze ipsum Zadonem maritum suum ad resignandum ipsam partem hereditatis Stanislao heredi de ibidem procuratorem suum constituit

**6308.** Ad colloquium-Procurator — Hanca de Scarbimiria cum Katerina relicta Hanconis de Chelm terminum ad colloquium pro parte hereditatis in Swoschouicze maternalis, et idem Hanca

in causa eadem Cristino de Crzczonouicze causam in omnem euentum comisit et ipsum procuratorem constituit.

**6309.** Nota — Budcone de Wanczcouicze proponente contra Thomconem kmetonem procuratorem domine Morzce Spithconis de ibidem, quod sibi violenciam in spoliando de ceruisia et uno capucio famulum intulisset, procurator predictus per suum nuncium simplici infirmitate terminum continuauit alias se astringens litteram ponere; terminum habent ad terminos super eo, si causam perdere debet, quia litteram non posuit.

**6310.** Nota — Paschco heres de Zydow unum kmetonem suum in Wirzbno cum omni iure in septem marcis grossorum pragensium Swantochne Zayanczowey in totum obligauit tenendum iuxta consuetudinem terre promittens pro omni impedimento atque dampno. - (l. s.).

**6311.** Visio — Greta de Moycouicze tres marcas monete currentis pro Petrassio de Czayanczicze Wanchniconi de Dzecanouicz ad terminos proximos obligavit se soluturum, si non solverit ad terminum prefixum, tunc tenebitur sibi pariter sex marcas et impignorabitur in eisdem sex marcis iuxta ius terre, et quod impignoratum fuerit, perderetur. (z. p.).

**6312.** *(Cr. II p. 95).* Nota — Nicolaus heres de Czirnechow XXX marcas grossorum pragensium apud Jaschconem heredem in ibidem mutuo concessisse confessus est, quas habet soluere integre ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturum, si non soluerit, tunc sibi tres kmetones in Czirnecow ibidem tenebitur cum omni iure obligare promisitque pro omni dampno et impedimento.

**6313.** Michael heres de Strzelcze Sulconi de Crolouicze confessus est fideiussoriam pro ipso fecisse pro LX marcis grossorum Petrassio de Czayanczicze et in eisdem LX marcis eidem Petrassio obligacionem tocius sue partis hereditatis ibidem in Strzelcze dedisse iuxta tenorem fideiussorie alias facte per Sulconem, et Sulco predictus in facto huiusmodi est liber [a] fideiussoria. — (l. s.; — grossum dedit).

*In Xansch feria secunda ipso die Sancte Angnetis termini continuantur (d. 21 Januarii 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas.*

**6314.** *(Cr. II p. 35).* Andreas filius Jacussii Kostka heres de Deschno unum agrum *nywa* dictum Zacowske situm in hereditate Deschno sub Woczechouicze, qui currit ad viam Crzczanczsca cum omnibus rubetis et metis, prout late longeque est distinctus, pro X marcis grossorum pragensium Timcze heredi de ibidem vendidit, quem in forma eidem resignavit, pro Janussÿ *nowÿnÿ* usque ad granicies Boczcowsca promittens pro omni impedimento atque dampno. — (l. s.; — grossum dedit).

**6315.** Zauissius heres de Borissouicze fideiussor pro domino Nicolao de Michalow L'[a] marcas grossorum pragensium Stanislao heredi in Raczslauicze fideiussit, quas soluere habent ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturum, si non soluerit, tunc sibi villam Poborouicze cum omni iure tenebitur obligare et non cum aliis pecuniis quam cum latis grossis euadere, si autem sibi possessionem obligacionis in Carnouicze dederit, tunc eidem dimitti debentur Poborouicz et debet stare pro omni impedimento atque dampno occasione eiusdem ville Carnouicze tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi.

**6316.** *(Cr. II p. 36).* Pena — Stanislaus filius Pabyanowey iudicio XV et Wanchnykoni de Dzecanouicz XV remansit, quia noluit dare signare equos violenter receptos et repercussos, prout ministerialis Nedzalek confessus est, et idem Stanislaus condempnatus est ad restitucionem duorum equorum uel ad soluendum II marcas eidem Wanchnyconi. (z. p.).

**6317.** Kmyta de Lowÿna Przedborio de ibidem soluat tres marcas ad terminos proximos sub assignacione pene iudicii et prout in alia suprascripta nota est notatum. (z. p.).

**6318.** Nota-Pena — Petrus heres de Sanczignew in Msczugio de Coslow causam super eo obtinuit, quod kmetonem ipsius non in tempore recedentem de Bodzcouicze in Trzonow apud se cum decem marcis penarum violenter tenuit, et iudicium eidem Petro in ipso

Msczugio easdem decem marcas adiudicauit; et exinde XV eidem Petro et XV iudicio ipse Msczugius remansit. =satisfactum est pro toto.= (z. p.).

**6319.** Michalek heres de Stanpoczicze Stanislao de Knyssyn pro VI grossorum, duabus quartensium marcis fideiussorem statuat ad terminos proximos sub pena regali.

**6320.** Msczugius predictus predictas decem marcas penarum kmetonis et tres marcas racione pene XV eidem Petro ad diem sancti Alberti proxime nunc venturum obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc debet recipere in bobus tantum (et bouem) et duos boues pro una marca conputando. (z. p.).

**6321.** *(Cr. IIa p. 37).* Nicolaus de Zarogow iuramento proprio docuit, quod sibi Miczco heres de ibidem tenetur duas marcas et fertonem grossorum fideiussorie cuiusdam, et non dedit duos boues pingnoris, exinde in eodem Miczcone iudicium penam XV eidem Nicolao adiudicauit. (z. p.).

**6322.** Pena — Idem Miczco penam iudicio XV remansit, quia Nicolaum ad iuramentum misit et fideiussoriam non adimpleuit eidem. (z. p.).

**6323.** Item idem Miczco soluat predictas pecunias tercia die post presens iudicium predicto Nicolao. (z. p.).

**6324.** (Pena) — Kresz de Slupow contra Wanchnyconem de Dzecanouicze camerarium iudicii trinam XV eidem Wanchnyconi (et trinam XV iudicio) remansit pro eo, quod dixit in iudicio eidem Wanchnyconi: facis scribere, quod vis; — item dixit: capis me in verbis; — et tercio dixit: iniuriam michi facis; et idem statuat fideiussorem in termino proximo ad soluendum sub pena regali. =soluit iudicio.=

**6325.** Nota — Pechnyk de Michow pro Weliczone de Potok $^1/_2$ marcam iudicio ad terminos proximos debet soluere.

**6326.** Contumax-Pena — Paschco de Sandzissow contumax contra Marcissium de Olpicz pro $II^1/_2$ marcis et exinde dampni in termino peremptorio.

**6327.** Contumax-Pena — Petrus Pabyanouicz de Slupow contumax contra Wanchnyconem de Dzecanouicz pro una marca feni, qui intercessorem non posuit. =satisfactum iudicio.= (z. p.).

*In Cracouia feria tercia proxima post diem Conuersionis sancti Pauli termini continuantur in absencia camerariorum propter aquas inundantes. (d. 29 Januarii 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas. (Cr. II)* [1]).

*Datum terminorum feria tercia post diem Conuersionis beati Pauli. (d. 29 Januarii 1398). Alii termini assignati sunt per duas septimanas. (Cr. IIa).*

**6328.** *(Cr. IIa p. 133).* Bogutha de Wirzbno cum Zira de Drosicouicz terminum habent ad terminos secundum pro subleuacione aque super piscinam, pro marca XVI scotis grossorum, pro locacione duarum thabernarum contra ius et aliis iniuriis.

**6329.** Adam de Baruald cum Katherina uxore Getcze de Bobowa terminum habent ad terminos secundum pro filiastris suis.

**6330.** Nicolaus de Wyasd cum Potrassio de Zagorzicz terminum habent ad terminos peremptorium.

**6331.** Potrassius de Sczecoczini cum Paulo dicto Lasca de Woynicz nunc terminum habent ad terminos peremptorium.

**6332.** Krzistca de Boturzin cum Nicolao et Martino de Popouicz terminum habent ad terminos secundum pro VII marcis ex foro et dampno.

---

1) Pod tą datą żadnych niema zapisek w księdze Cr. II.

**6333.** Nicolaus Cassuba cum Jascone de Sarbe terminum habent ad terminos post festum sancti Stanislai in Mayo pro XII quercubus et piscina.

*In Proschouicze feria quinta proxima post Conuersionem [sancti Pauli] termini continuantur (d. 31 Januarii 1398). Et alii positi sunt ad duas septimanas.*

**6334.** *(Cr. II p. 38).* Sandco de Gorký Stanislao heredi in Raczslauicze IIII^or^ marcas minute pecunie soluat ad IIII^or^ septimanas sub pena XV pro quadam fideiussoria, et eciam iudicio et parti [sub] alia XV [pena].

**6335.** Nicolaus heres de Sladow fideiubendo pro Margareta matre sua duos kmetones in Rosseow et omnimodam partem hereditatis sue in Lyssobarg in LXX marcis grossorum pragensium Nicolao et Katerine sue uxori, videlicet sorori [ipsius Nicolai de Sladow], racione dotis de Raczslauicze assignauit obligando tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi et usque ad plenam exempcionem promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.).

**6336.** Idem Nicolaus heres de Raczslauicze in omni parte ibidem sua in Raczslauicze eidem Katherine uxori sue C et LX marcas grossorum pragensium racione dotis et dotalicii assignauit. — (l. s.).

**6337.** Pena — Sdzech kmeto de Przeswod (II fertones) penam binam sex marcarum contra Lambertum de Bobyn remansit, quia noluit bis respondere in iudicio.

**6338.** Procurator — Groth de Scorczow causam contra Margaretam relictam de Marschouicze Przeczslao in Slup comisit, et eundem procuratorem constituit.

**6339.** Nicolao herede de Czirnechow contra Albertum.. (zapiska niedokończona).

**6340.** Pena — Albertus heres de Boturzin unam marcam Wanchconi camerario soluat infra duas septimanas racione pene XV sub pena XV, et mediam marcam iudicio similiter soluat.

**6341.** Fabianus et Albertus heredes de Boturzin de viginti marcis fideiussorie eiusdem Nicolai heredis de Czirnechow se obligarunt liberare sub pena XV una eiusdem Nicolai et sub alia pena XV iudicio, si non liberauerit, tunc omne dampnum occasione eiusdem fideiussorie habendum eidem Nicolao debet refundere, et hoc faciant ad terminos proximos. (z. p.).

**6342.** *(Cr. II p. 39).* Pena — Paulus tabernator de Setuyow contumax contra dominam de Scorczow et Stachnam ac Johannem filium eiusdem de ibidem pro capite Johannis wlodarii predicte domine et XIIII^or^ wlneribus ac sex marcis pro non facta racione per ipsum wlodarium. — (l. s.).

**6343.** Johannes heres de Gorky XX marcas grossorum pragensium pro dote Pechne sororis sue Wischconi de Jelouicze generi suo obligauit se soluturum (si non soluerit ad terminum prefixum, tunc sibi duas) ad festum Natiuitatis Christi proximum, si vero non soluerit, tunc sibi duas marcas de redditu dare ab eisdem pecuniis tenebitur in festo sequenti alio Natiuitatis Christi, si non dederit duas, tunc ad tercium festum Natiuitatis Christi IIII^or^ marcas soluere se astrinxit. — (l. s.; — soluta).

**6344.** Dorotea filia Laurency Gosdz heredis de Sarbe omnimodam partem sue hereditatis ibidem cum omni iure, dominio et pertinenciis pro L^ta^ marcis grossorum Jaschconi heredi ibidem vendidit, quam in forma resignauit. — Idem Jaschco (decem) nouem marcas grossorum pragensium eidem Dorotee ad diem sancti Michaelis tenetur soluere, si non soluerit ad terminum prefixum, tunc duos kmetones fideiubendo pro fratre sibi ibidem in Sarbe in decem marcis in die Natiuitatis Christi proxima sibi tenebitur obligare.

**6345.** Budco de Sarbe obligacionem hereditatis in ibidem, quam ab uxore Kassube ibidem habuit, in IIII^or^ marcis Jaschconi heredi ibidem obligauit.

*Colloquium generale feria secunda in crastino Purificacionis sancte Marie in Cracouia celebratum. Anno domini M⁰ etc. nonagesimo VIII⁰ (d. 4 Februarii 1398). (Cr. II).*

6346. *(1) (Cr. II p. 40).* Pasco Trestca cum Clemente castellano Radomiensi terminum habent ad colloqium proximum.

a. *(2) (Cr. II p. 135).* Pasco de Trestczin cum Clemente Radomiensi terminum habent ad colloquium.

6347. *(2)* Pasco Trestca cum Stanislao de Bobow terminum habent ad colloquium proximum.

a. *(3)* Pasco de Trestczin cum Stanislao de Bobowa terminum habent ad colloquium.

6348. *(3)* Nota — Kmyta heres de Lowyna CC^tas^ marcas grossorum pragensium dotis et dotalicii in omni parte hereditatis sue ibidem in Lowyna Msczichne uxori sue assignauit indicando. — (l. s.).

6349. *(4)* Intercessio — Jacobus heres de Iwanouicz et domina Mszischcowa de Gorÿ dominam Stolnÿcza [intercesserunt].

6350. *(5)* Nota — Jacussius heres de Suchdol Hancze de Proschouicz pro Hanca uxore sua fideiussit, ita si ipsum Hanca de Proschouicz predicta pro hereditate partis in Jelouicz triumphauerit, perdere habet et sua uxor predicta et nunquam ipsum aliquando monere.

6351. *(6)* Nota — Posnan de Zamboczÿn (C)LXX dotis et C dotalicy marcas grossorum pragensium in medietate omnium bonorum suorum ubi ea habet, uel habere poterit, Katerine uxori sue legitime assignauit indicando. — (l. s.; — soluta).

*Colloquium generale celebratum feria secunda in Cracouia post festum Purificacionis sancte Marie virginis sub anno domini M⁰CCC⁰XCVIII⁰ (d. 4 Februarii 1398). (Cr. IIa).*

6352. *(4) (Cr. IIa p. 135).* Jaroslaus de Lossosina cum Pelka de Gorca terminum habent ad colloquium pro intromissione in pratis, gays, agris in Golisin et Wissoczicze superiori obtentam violenter, exinde dampni XX marcis, pro priuilegio iuris tewtunici. = concordauerunt, dederunt memoriale = (z. p.).

6353. *(5)* Ca^m^ — Sandco de Gorki (et [cum] capellano capellanum Mathiam vicarium de Gorzcow) habet statuere contra Christinum de Tomascouicz actorem, terminum habent ad colloquium, confessi sunt die colloquii pro duobus laneis in Gorki: Smilowski, Gisbrachtow, pro II equis et III pecoribus pro X scrophis et II aceruis frumenti, terminus ad colloquium proximum post diem Purificacionis.

6354. *(6)* Nicolaus notarius generalis Cracouiensis cum Jascone capitaneo Russie de Tarnow terminum habent ad colloquium pro centum marcis alias fideiussorie Andree de Sczepanouicz.

6355. *(11) (Cr. IIa p. 136).* Capellanum tercium — Halsca relicta relicta Smilonis de Zeleznicowa capellanum Swantoslaum plebanum de ibidem habet statuere contra Scarbconem de Srzanczicz, terminum habent ad colloquium.

6356. *(31) (Cr. IIa p. 137).* Nota — Stanislaus kmetho de Rudno tenetur soluere tres marcas in festo beati Stanislai in Mayo et tres marcas in festo beati Michaelis Nicolao Marssowski, idem kmetho subdidit se, si predictam pecuniam non exsoluerit, ad recepcionem tocius ipsius substancie ipsius et in captiuacionem in via, foro, — et nullo iure non habet euadere nisi wlgariter *Jantczem* et *Osseneÿ*.

6357. *(41) (Cr. IIa p. 138).* Capellanum tercium — Jacussius Gutouicz de Dobecosz capellanum Johannem plebanum de Gawlussouicz habet statuere contra Strassonem de Cosczelnik, terminum habent ad colloquium.

**6358.** *(43)* C a m — Michael actor kmeto de Zancy capellanum. .(?) plebanum de Sobolow habet statuere contra Pasconem de Doluszicz, terminum habent ad colloquium pro eo, quod iudicauit ipsum iure polonico, et habet ius tewtunicum, — et pro boue.

**6359.** *(46)* C a m — Gnewomir et Dobco de Pawlouicz (capellanum Jacobum prebendarium de Sandzissow) habent statuere contra Andream de Sczerzesz, terminum habent ad colloquium, — et visio fuit.

**6360.** *(67) (Cr. IIa p. 140).* C a m — Kachna Jacussy de Pribcouicz capellanum Nicolaum plebanum de ibidem habet statuere contra Janussium de Macoczicz, terminum habent ad colloquium pro eo, quod sedet in hereditate aquisita et non habuit sedere, exinde dampni X marcis.

**6361.** *(75) (Cr. IIa p. 141).* N o t a — Czader de Zagorze optinuit terciam partem hereditatis in Rawlouicz paterne sue super Kachnam de Rawlouicze seu uxori (s) Andree de Zaloze, quia capellanus, quem habuit statuere noluit iurare; Bogutha officialis. — (l. s.).

**6362.** *(81)* Dominus Nemerza canonicus Cracouiensis de Tarnawa cum Potrassio de Marczinouicz terminum habent ad colloquium pro columpna infixa in piscina media, ut non noceret molendino in Swarzissow.

**6363.** *(89) (Cr. IIa p. 142).* Potrassius et Falisz de Pawlouicz cum domina condam Sandomiriensis de Michalow terminum habent ad colloquium pro sexcentis quercubus et CCC, que glandines crescebant, et XL quercubus, — que [domina] intercessit kmethones de Jasdonin, et quatuor *dzeuey* et VII pinus. (z. p.).

**6364.** *(90)* Jacobus de Iwanouicz, qui intercessit dominam de Sancza pro Cosmirzow contra Abraham de Woycowcosczol terminum habent ad colloquium, — et visio habet fieri pro hereditate Cosmirzow.

**6365.** *(94)* C a m — Relicta Jasconis et Zegotha et [cum] aliis pueris de Morzsco (capellanum Nicolaum vicarium de Xangnicz) habet statuere contra Potrassium et aliis heredibus (s) de Strzelcze, terminum habent ad colloquium, confessus est in vigilia colloquii.

**6366.** *(96)* Domina Petrlini de Sczitniki cum Wrochone de Woyslauicz terminum habent ad colloquium ad mandatum domine regine pro causis.

**6367.** *(99) (Cr. IIa p. 143).* Abram de Woÿcowcosczol cum Margaretha uxore Msczisconis de Gori, et intercessit dominam de Coszmirzow, terminum habent ad colloquium; visio habet fieri.

**6368.** *(105)* C a m — Kmethones, qui sunt citati, de Marczinouicz capellanum Mathiam vicarium de Wneyow habent statuere contra Wenceslaum de Marczinouicz, terminum habent ad colloquium, confessi sunt in crastino Purificacionis.

**6369.** *(115) (Cr. IIa p. 144).* A d m a n d a t u m d o m i n i r e g i s. — Relicta Nicolai Strale de Zauada cum Zaklica de Corzkew terminum habent tercia die in Cracouia post ingressum domini regis.

**CCXLII. Uwaga.** *(1)* Dobesl. subiudex Crac. cum abbate et conuentu de Ondrzeyow term. ad coll. pro *niwa* penes prata ante Conari. — *(7)* Stanisl. de Mlodzawi cum Zauissa de Borzissouicze term. ad coll. (z. p.). — *(8)* Potras. de Marczinouicz cum Iwano de Jedlcza term. ad coll. (z. p.). — *(9)* Pelka de Bidlin (capell.) contra Clem. Czechouiens., term. ad coll. — *(10)* Potras. de Newatrouicz cum Jacus. de Belsco term. ad coll. — *(12)* Andr. de Janouicz cum Hanca uxore Nicol. de Czarni Potok term. ad coll. pro 46 mar. gross., 30 scrophis, 30 pecorib., 5 equis. — *(13)* Olant de Boczow cum Scarbc. de Srzanczicz term. ad coll. pro *niwa*. — *(14)* Halsca condam Smilonis de Zelesnicowa capell. contra Sczibor. de Campanow, term. ad coll., idem domina Pechnam statuere ad coll. (z. p.). — *(15)* Dziuis. de Marzanczicz litt. regis. contra Machnam Jasc. de Swola, term. ad coll. — *(16)* Stanisl. de Boloua (capell.) contra Nicol. de Iwanouicz, term. ad coll. — *(17)* Stephanus Plaza de Zarnowecz capell. contra abbat. de Tynecz, term. ad coll. — *(18)* Adam et Joh. de Mokrsco cum Potras. ibid. term. ad coll. — *(19)* Potras. de Brzescze cum Sbig. de Mirouicze term. ad coll. — *(20)* Pasco Zlodzey cum Nicol. Wantrobca de Strzelcze term. ad coll. — *(21)* Egid. de Grussow cum domina

**6586.** *(4)* N o t a — Wirzbantha de Branicze decem marcas grossorum pragensium et usuram iuxta tenorem littere Drobnemu iudeo de Cracouia confessus est teneri, quas soluat ad terminos proximos primos post diem sancti Stanislai proximam tempore mensis May, si non soluerit, tunc usuram dabit iuxta litteram. =Solutum, propterea cancellatum.= (z. p.) — (l. s.).

**6587.** *(5)* N o t a — Derslaus Conopka heres de Coszuchow XVIII marcas monete currentis domino Clementi de Curow et Jaschconi de Mnycow ad diem sancti Jacobi proxime nunc venturam obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc inpingnorabitur iuxta ius terre et dampnum super eo conputabitur, videlicet si dictam pecuniam apud aliquem alium super dampno receperint.

**6588.** *(6) (Cr. II p. 72).* N o t a — Potrunulla uxor Imrami de Rawuluicze Czadronem de Zagorze pro tercia parte hereditatis in Rawulouicze ibidem actorem iure euasit, ita quia nunccius pro parte ipsius Czadronis terminum incipiens per negocium regale continuare de iudicio discessit, ad finem non continuans. — (l. s.; — soluta).

**6589.** *(7)* N o t a — Bernardus de Cowalouicze fideiussor pro Newstampio, pro Johanne, Imramo et Jacussio de Wanczslauicze XV marcas grossorum pragensium et XVIII quartensium ad terciam diem proximam post Natiuitatem Christi proximam Paulo et Derslao de Chranstow et de Kydow heredibus obligauit se pro quadam *pusczyna* soluturum, si non soluerit, tunc sibi omne dampnum tenebitur refundere, et predicte pecunie debent dari in Wanczslauicze. — (l. s.; — soluta).

**6590.** *(8)* N o t a — Petrassius heres de Charwynow fideiussor pro Paulo Sczucowsky et Przeczslao (et Jacobo) de Kobylany LX marcas grossorum pragensium ad diem sancti Martini proxime nunc venturam Nicolao de Stroszisca heredi obligauit se soluturum, si non soluerit ad terminum prefixum, tunc sibi omne dampnum ob non solucionem huiusmodi quomodolibet habendum nulla cautela obstante tenebitur super uno verbo eius et absque iuramento refundere. Item predicti Paschco Sczucowsky, Przeczslaus et Jacobus frater eius taliter modo simili eidem Petro bona fide premissa soluere et adimplere se astrinxerunt nulloque iure euadere.

**6591.** *(9)* N o t a — Petrassius de Zagorzicze cum Petrassio filio Wenczeslai de Sweborouicze commutacionem pro hereditate in Sweborouicze et in Budzislauicze fecit, ita quod dictus Petrassius de Zagorzicze quosdam rubetos Dobcowske et Jawrochowske sitos in hereditate Zagorska (pro) et XL marcas eidem Petro de Sweborouicze dedit et assignauit pro taberna, pro agris et gagys ac rubetis in Budzislauicze partis hereditatis predicti Petri sic ita, quod quilibet unus alteri resignauit. — (l. s.).

**6592.** *(10) (Cr. II p. 73).* P e n a — Czader de Zagorze Nicolao notario generali Cracouiensi penam XV et totidem iudicio remansit, quia sibi dixit: mandasti scribere id quod non est. =satisfactum pro penis per totum.= (z. p.).

a. *(62) (Cr. IIa p. 178).* P e n a m — Czader de Zagorze penam XV contra dominum Nicolaum notarium generalem Cracouiensem, quia dixit sibi: quod scripsisti, quod non est et fuit. =Iudicio satifecit Nicolaus de Zagorze.= (z. p.).

**6593.** *(11)* Item Adam de Strewla penam predictam eidem notario pro dicto Czadrone ad tres septimanas sub pena iudicii soluere fideiussit.

**6594.** *(12)* Nota — Zaclica de Korzekwa duos kmetones, tabernam in magna via et terciam partem molendini soluentem unam marcam in Geboltow in XL marcis grossorum pragensium Wirzchoslao de Czyanouicze cum omni iure, dominio et pertinenciis nichil pro se reseruando obligauit promittens pro dampno de omni incendio pro sua culpa, si quis impedierit, pro omni impedimento intercedere. — Item dictas pecunias dictus Zaclica tercia die post Natiuitatem Christi debet ipsis restituere, si non restituerit, tunc residuitatem ibidem ipsis tenebitur obligare. — (l. s.; — soluta).

**6595.** *(13)* Nota — Nicolaus, Michael, Stanislaus fratres, Kachna soror eorum, heredes de Racziborsko omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem cum omni iure, dominio et pertinenciis nichil pro se ibidem reseruando pro C et X marcis grossorum pragensium et pro comutacione unius lanei in Schyk Jacussio de Gdow in totum vendiderunt, quam sibi in forma resignarunt, et mater eorum Pachna, relicta Janconis ibidem de Racziborsco, omni iuri dotis et dotalicii, si quod ibidem habuit, omnino in perpetuum renuncciauit et ab eisdem recessit. — (l. s.).

**6596.** *(14)* Nota — Paschco Wangrzyn obligacionem hereditatis in Trzebol in Sulcone de ibidem acquisiuit iure ita, quod datis pecuniis prius, de quibus Sulco per litteram docuerit, dictam hereditatem debet habere.

**6597.** *(15) (Cr. II p. 74).* Nota — Andreas de Czaslaw habens intercessorem statuere contra Wirzchoslaum de Sedlisca pro kmetone de Wronynecz paruo non statuit et ex eo causam amisit.

**6598.** *(17)* Nota — Prandota de Neprzesna X marcas dampni in Zaclica de Corzekwa iure acquisiuit, quia ipsum Prandotam idem Zaclica de iuramento dimisit. =satisfactum est infra.= (z. p.).

**6599.** *(18)* Nota — Nicolaus Brzanczek de Czudzinouicze pro Swentoslao sororino suo domino Petro de Sczecocziny fideiussit, quod idem Swantoslaus eidem Petro partes duas hereditatis ibidem in Czudzynouicze, prout vendidit, ad terminos proximos debet resignare; si vero non resignauerit ipse Nicolaus, partem hereditatis ibidem emptam tantum excepto patrimonio eidem Prandote in perpetuum dare et assignare [tenebitur] sub vadio XX marcarum. =Swentoslaus adimpleuit.= (z. p.).

**6600.** *(20)* Pena — Jacusch de Modlnycza contumax contra Stanislaum de ibidem pro capite kmethonis et pro eius pena in termino curie et pro repercussione domus, dampni exinde III^es^ marce.

**6601.** *(22)* Pena — Groth de Wadow contumax contra Franconem de Beglow pro villa Mancow in termino concitato, que villa est in LX marcis obligata. — (l. s.; — soluta).

**6602.** *(23) (Cr. II p. 75).* Nota — Venientes Jaschco et Stanislaus de Polanynouicze, Bernardus de Cowalouicze et Andreas de Lipsca Wola heredes fideiussores certi manu coniuncta XX et duas marcas grossorum pragensium ad diem sancti Thome proxime nunc venturam pro Johanne ciue de Schlomnyky racione certi debiti mutui Wischconi heredi de Polanynouicze obligarunt se bona fide eorum soluturos; si non soluerint ad terminum prefixum, tunc eidem Wischconi omne dampnum habendum ob non solucionem pecuniarum earundem super uno eius verbo et absque iuramento tenebuntur refundere, ita tamen quod circa solucionem huiusmodi pecuniarum unus per alterum se non debet excusare.

**6603.** *(24)* Nota — Pacossius heres de Zastanpow centum marcas grossorum pragensium ad diem sancti Martini proximam Petro de Sedlecz et Wischconi de Mislouicze obligauit se soluturum; si in termino eodem non soluerit, tunc ipsis medietatem ville Dambany in eisdem C marcis tenebitur obligare; si non obligauerit, tunc iterum totam villam eandem Dambany in ducentis marcis grossorum (sibi) ipsis tenebitur obligare; si autem premissa omnia non adimpleuerit, tunc omne dampnum ipsis et per ipsos quomodolibet habendum super uno verbo eorum et sine iuramento et quod tam equitando, quam expediendo fecerint, habebunt refundere. — (l. s).

**6604.** *(25)* Nota — Pechna relicta Franczconis de Offczary Jacussio heredi ibidem XII marcas grossorum pragensium tercia die proxime nunc ventura post Natiuitatem Christi tamquam fideiussori suo obligauit se soluturum; si non soluerit ad diem prefixam, tunc sibi omnia bona sua tenebitur obligare, alias dampnum refundere.

**6605.** *(26)* Nota — Paschco de Doluschicze tres marcas et IIII^or scotos ad festum Pasche proximum domino Abbati de Tynecz sub pena XV sibi et totidem iudicio obligauit se soluturum. (z. p.).

**6606.** *(27) (Cr. II p. 76).* Idem Paschco eidem domino Abbati piscinam in Pogwisdow ad diem Assumpcionis sancte Marie proximam pro rippa in Coyanow dicta Potok facere se astrinxit, ita quod eadem piscina per tres annos debet firma et dura stare, si autem aliqualiter infra eosdem annos corrupta fuerit violenter per aquas, tunc ipsam cum iuuamine domini Abbatis debent emandare; si autem premissa omnia non adimpleuerint, tunc a piscina sua in Doluschicze in perpetuum domino abbati debet recedere. — (l. s.).

**6607.** *(28)* Nota — Maczco de Jurzicouicze tres marcas Wirzchoslao de Sedlisca (ad dominicam proximam Quasimodogeniti) soluat sub pena XV et iudicii ad terminos proximos post dominicam Quasimodogeniti proximam. (z. p.).

**6608.** *(29)* Pena — Jacusch de Modlnycza contumax contra Stanislaum ibidem pro conbustione kmetonis, exinde dampno IIII^or marcarum — in termino curie.

a.. *(76) (Cr. IIa p. 179).* Penam — Jacussius Probolo de Modlnicza contumax contra Stanislaum de ibidem pro pena racione kmethonis, quem interfecit, — in termino curie; Bogutha officialis. =Iwan procurator indulsit.= (z. p.).

**6609.** *(30)* Pena — Wlodco de Wroczimirowa contumax contra Mathiam de Jurzicouicz pro XXX marcis fideiussorie et dampno pro eo, quod habuit pecuniam sibi solutam delere de libro castri, — in termino curie.

a. *(78)* Penam — Wlodco de Wroczimirowa contumax contra Mathiam de Jurzicouicz pro XXX marcis fideiussorie et dampno et pro eo, quod habuit describere, delere pecuniam sibi solutam de libro castri, – in termino curie; Bogutha officialis.

**6610.** *(31)* Pena — Relicta de Jacubow contumax contra Katerinam institricem de Cracouia pro XVI marcis antiquorum debitorum et pro III$^1/_2$ marcis ac pro IV$^1/_2$ marcis nouorum pro panno in termino peremptorio.

a. *(77)* Penam — Relicta de Jacubow contumax contra Katherinam institorem de Cracouia in termino peremptorio pro debitis XVI marcis antiquorum et pro IIII$^1/_2$ marcis et III$^1/_2$ pro panno. =Indulserunt, iudicium indulsit.= (z. p.).

**6611.** *(32)* Pena — Relicta Hanconis de Chelm Wenceslao de Marczinouicze penam XV et totidem iudicio pro eo, quod dixit sibi: comitto te dyabolo cum eis, — in iudicio.

a. *(88) (Cr. IIa p. 180).* Penam — Relicta Hanconis de Chelm penam XV contra Wenceslaum de Marczinouicz pro eo, quod dixit: comitto te diabolo cum ipsis. =Ad mandatum domini Johannis castellani Cracouiensis.= (z. p.).

**6612.** *(33)* Nota — Czader de Zagorze X marcas Petro de Sedlecz et unum fertonem videlicet in terminis quibuslibet per unam marcam soluat sub pena iudicii et XV eiusdem Petri, quas idem Petrus in ipso racione vadii iure acquisiuit.

**6613.** *(35) (Cr. II p. 77).* Pena — Zaclica de Corzekwa penam XV Prandote de Neprzesna et XV iudicio ac LXXX (s) Regalem mansit pro eo, quod eidem Prandote X marcas non fideiubens de iudicio discessit.

a. *(90)* Penam — Zaclica de Korzkew penam LXX et XV contra Prandotam de Nepresna pro eo, quod recessit de iudicio non fideiubens pecunias. =Domina regina indulsit per relacionem procuratoris Iwan.= (z. p.).

**6614.** *(36)* Pena — Clemens de Lappanow penas domino Episcopo Cracouiensi XV et totidem iudicio ac LXXX (s) Regalem pro eo, quod pecunias in termino, prout se obligabat

soluturum [non exsoluit], et trinam [penam] XV similiter [pro eo, quod] non fideiubens de iudicio discessit.

**6615.** *(38)* Nota — Franco heres de Ochonyn fideiubendo pro Machna uxore sua omnimodam partem hereditatis ibidem pro XXX marcis grossorum Martino de Passek in totum vendidit, quam sibi ita, velud solus tenuit, in perpetuum resignauit et pro domo in Kazimiria prope waluam Weliciensem sita. — Idem Martinus decem marcas eidem Franconi tenetur soluere videlicet VIII ad diem sancti Michaelis et duas ad diem sancti Martini proxime nunc venturam marcas grossorum pragensium; si non soluerit, tunc hereditatem restituet predictam et id quod dedit, habet perdere. — (l. s.; — soluta).

**CCXLVII. Uwaga.** *(2)* Paschco de Doluschicze 4 mar. monete curren. Johanni fratri monast. de Tynecz ad term. sub pena XV obligauit se solutur. — *(3)* Nicol. de Cunczicze I tritici et I silig. aceruos pro XI mar. mon. curren. Wirzchoslao de Tranthnouicze vendidit, quas pecun. Wirzchoslaus Nicolao infra 2 septim. post Michael. prox. obligauit se solutur. sub caucione damp. — *(16)* Nicol. heres de Stroszisca 14 mar. monete curren. ad d. s. Stanisl. in Mayo Anne relic. Nicolai Bethnar ciuis Crac. obligauit se bona [fide] solutur., si non soluerit, sibi pen. XV et totid. iudicio ac regal. LXXX (s) tenebitur. — *(19)* Chebda de Trope contumax contra Wilczc. de Zakrzow pro C mar. fideiuss. — *(21)* Peregrin. subcamer. Sandomir. contumax contra Flor. de Knyschyna et Nicol. fratr. eius pro XV mar. debiti et damp. — *(34)* Jaschco de Polanynouicze X mar. infra 2 septim. et X mar. infra 10 septim. per 1 mar. septimanat. im Drogomiro de Kalina sub pena XV soluat et pena iudicii. — *(37)* Wencesl. de Marczinouicz X mar. 3ia die prox. et X mar. infra 10 septim. sub pena XV partis et iudicii et LXX regali Nicolao de Luczicze soluat. =Wszystkich zapisek z 26 Lutego w księdze Cr. II. 38.=

*Datum terminorum feria tercia in Cracouia post dominicam Inuocauit (d. 26 Februarii 1398). Alii termini assignati sunt per duas septimanas. Sub anno domini M⁰CCC⁰XCVIII⁰. (Cr. IIa).*

**6616.** *(18) (Cr. IIa p. 174).* Jacussius de Owczari cum Franczcone de Szanspow terminum habent ad terminos peremptorium. =concordauerunt.= (z. p.).

**6617.** *(23)* Cam — Relicta Tassonis de Kampe cum relicta Jasconis de Owczari, idem (capellanum Johannem de Korzkew plebanum habet statuere ad terminos, terminum habent) pro IIII$^1/_2$ marcis grossorum et marca in quartensibus et dampno. =statuit [capellanum].=

**6618.** *(33) (Cr. IIa p. 175).* Cam — Petrus de Bolesczicz cum Dobcone de Vitcouicz, eiusdem capellanus Jacobus confessus est Dersconi plebano de Sandzissouicz, terminum habent ad terminos. (z. p.).

**6619.** *(52) (Cr. IIa p. 177).* Cam — Sigismundus cum Alena uxore de Michalouicz cum Katherina uxore Alberti de Rudno, eiusdem capellanus Johannes plebanus de Czulicz confessus est Wenceslao vicario suo et habet statuere ad terminos.

**6620.** *(53)* Nawogius, Nicolaus et Stanislaus de Wilczcouicz cum Mscziscone de Gora, et litteram habet ponere de iudicio Wisliciensi, quia habet pro maiori, terminum habent ad terminos.

**6621.** *(54)* Testes — Peter Burk ducit testes contra Albertum de Parcz pro campo: Budco de Jaworzsniki, Petrus de Dessno, Johannes de Wlina *Poryco* dictus, Stanislaus de Modlnicza, Jasco Mleczco de Zarnownicza, Potrassius de Swozouicz; — Rota: *taco gim bog pomozi iszwanczan, iaco wemy iszwaczimi, iaco Potr Hanzelbork cupil tan czacz w Parcz, czo widzal sluzebnik niwa tey niwe* Albertus *nebil nigdiy gospodarz powcupenu asz do tich mayst.*

**6622.** *(65) (Cr. IIa p. 178).* Adam de Baruadl cum Monaldo de Cracouia fisicus (s) terminum habent ad terminos peremptorium.

**6623.** *(79) (Cr. IIa p. 179).* Penam — Chebda de Trope contumax contra Clementem de Kurow pro XXX marcis dampni, quas non fideiussit, sicut scriptum est in libro.

**6624.** *(80)* Nota — Pacossius de Zastampow tenetur soluere VII marcas racione penarum ad terminos soluere suppena, Grot pro eo fideiussor de Scorczow sub pignoracione XX[ti] boum.

**6625.** *(82) (Cr. IIa p. 180).* Nota — Jasco de Solecz tenetur soluere quatuor marcas cum media proximo in festo Penthecostes Johanni de Dup soluere, alias si neglexerit soluere in predicto termino, tunc tenebitur pro censu unam marcam de eisdem pecuniis, et alias in festo beati Martini proximo totum soluere.

**6626.** *(84)* Ad colloquium-Jurare — Dominus Petrus Episcopus Cracouiensis periurabit centum marcas racione census contra Clementem de Grussow, et pro aliis dampnis pariter terminum habent ad colloquium.

**6627.** *(86)* Ca[m] — Duo capellani confessi sunt capellano Mathie vicario de Wneyow, quos habuit statuere Wenceslaus de Marczinouicz contra relictam Hanconis de Chelm, terminum habent ad terminos, et eosdem statuere capellanos ad terminos eciam.

**6628.** *(89)* Penam — Johannes cum uxore de Chodow contumax contra relictam Hanconis de Chelm, quia litteram domini regis non posuit super Johannem pro XL marcis et dampno et super uxorem pro prohibicione intromissionis =Ad mandatum domini Johannis castellani Cracouiensis.= (z. p.).

**6629.** *(91) (Cr. IIa p. 181).* Penam — Clemens de Grussow penam LXX et XV contra dominum Episcopum Cracouiensem pro eo, quod recessit de iudicio non fideiubens penas predicto domino Episcopo.

**6630.** *(92)* Penam — Andreas de Michalczowa contumax contra dominum Clementem de Kurow in termino concitato pro incaptiuacione hominis et eciam, quod non dedit ad fideiussoriam peccora, et officialis Bogutha arrestauit.

**CCXLVIII. Uwaga.** *(1)* Slasz de Racziborzco cum Joh., Sandca uxore ibid. term. post Conduct. Pasche. — *(2)* Joh. de Racziborzco cum Andr., Stanisl. ibid. kmet. Slassonis term. post Conduct. Pasche peremp. — *(3)* Nicol. Zelaszni de Szeczechouicze capell. contra Drobni iud. de Crac. actorem pro debitis, sicut continetur in litt. (z. p.). — *(4)* Josman cum Helwig. de Pribislauicz term. post Letare peremp. pro fideiuss. — *(5)* Josman cum Jasc. de Buczina term. peremp. curie pro debitis, sicut continentur in litt. — *(6)* Josman cum Nicol. Droboth de Jodlowniki term. peremp. curie pro debitis, sicut continetur in litt. — *(7)* Marco de Pawlicouicz cum testib. contra Nicol. de Sarbe, term. secund. — *(8)* Math. de Chechlo et Petr. de Paczoltouicz cum Marcis., Tomc., Mart., Andr. de Raduanouicz term. secund. pro V wlnerib. apert. et violencia irruendo super domum. — *(9)* Spitco de Sedlecz cum Marcis., Tomc., Mart., Andr. de Raduanouicz term. secund. pro violencia super heredit. irruentes et wlneracione kmetonum. — *(10)* Seczesl. de Czirnechow capell. contra Andr. de Czaslaw, term. — *(11)* Nicol. de Kampa cum Szeczesl. de Krczanczino pleb. term. peremp.; visio habet fieri pro heredit. in Kuroswank. — *(12)* Zaklica de Korzkew cum Marc. Turzsco de Choransicz term. secund. pro 70 mar. capit. pec. et 30 mar. damp. — *(13)* Albert. de Lusczouicz cum Wirzbanta de Malossow term. peremp. — *(14)* Jacus. Snopco de Mosgaua cum Marcis. de Olpicz term. post Letare. — *(15)* Joh. filiaster Marcisii de Olpicz cum Jacus. Snopek de Mosgawa term. post Letare peremp. — *(16)* Jacus. de Mosgaua cum Nemsta de Slauozouicz term. post Letare. — *(17)* Joh. de Olpicz cum Nemsta de Slauosouicz term. post Letare peremp. — *(19)* Kather. uxor Getcze capell. contra Adam de Baruald, term. (z. p.). — *(20)* Bogutha de Wirzbno cum Zira de Drosicoua term. post Stanisl. perempt. videlicet ad term. secund. — *(21)* Pasco de Sircze cum Petro Hemlink de Crac. term. peremp. — *(22)* Kather. sculteti de Bolanczin cum Pasc. ibid. term. peremp. — *(24)* Boxa de Kobile cum Nicol. de Clanczani term. peremp., idem Nicol. capell. statuere. — *(25)* Clem. de Curow cum preposito de Stanantki term. peremp. — *(26)* Stanisl. de Lancaua cum Scarbc. de Srzanczicz term. peremp. post Stanisl. —

*(27)* Clem. de Kurow cum relic. Ilic. de Nescouicz term. peremp. — *(28)* Joh. preposit. de Tynecz cum Pasc. de Dolussicz term. post Letare peremp. pro piscina. — *(29)* Josman cum Wirzbanta de Branicz term. post Stanisl. peremp. pro fideiuss. — *(30)* Josman cum relic. Dziuisii de Preczslauicz term. post Letare peremp. — *(31)* Boxa Lucouiens. cum Potras. de Bochna term. post Stanisl. peremp. — *(32)* Josman cum relic. Hanc. de Chelm term. peremp. — *(34)* Relic. Jasc. de Owczari capell. contra relic. Hanc. de Chelm pro 8 mar. gross. et damp. (z. p.). — *(35)* Relic. Jasc. de Owczari capell. contra Potras. de Chelm, term. pro V ulnis panni fideiuss. et 6 scot. concessis. (z. p.). — *(36)* Jacob. de Crac. cum Jasc. Brun de Sobolow term. secund. pro mar. debiti et mar. dampni racione decime, pro 6 wlnerib. liuid. et plaga in faciem. — *(37)* Potras. de Sandzissow cum Dobesl. de Vitcouicz term. peremp. (z. p.). — *(38)* Kaskel iud. cum Nicol., Stanisl. fratrib. germ de Chotlicz term. post Pascham peremp. — *(39)* Drobni (et Antonius) iud. de Crac. cum Math. de Jurzicouicz term. peremp. pro fideiuss. — *(40)* Sandco de Sczodrcouicz cum Alber. de Pancouicz term. post Pascham peremp. — *(41)* Pasco de Popouicz cum Symone et Petro ibid. term. post Stanisl. peremp. — *(42)* Nicol. Marssowski cum Nawog. de Lancaua term. post Stanisl. peremp. excepta propr. infirm., quam affirmabit iuramento. — *(43)* Boguta pleb. de Mninoga cum Kather. uxore Alber. de Rudno term. ad concord. (z. p.). — *(44)* Adam de Baruadl. cum Dersc. de Belzow term. post Stanisl. peremp. — *(45)* Drobni iud. cum Potras. de Charwinouicz term. post Joh. Bap. peremp. — *(46)* Josman cum Potras. de Charvinouicz term. post Joh. Bap. peremp. — *(47)* Potras. de Pobednik cum Imramo de Czulicz term. post Stanisl. — *(48)* Clem. de Grayow cum Jasc. de Falcow term. post conduct. Pasche pro X mar. et XXX capec. silig. fideiuss. — *(49)* Relic. Christini de Mninoga cum Kather Alber. de Rudno term. peremp. pro II mar. XVII scot, VIII mensur. silig. — *(50)* Jacus. de Wilczcouicz cum Nawog., Nicol., Stanisl de Wilczcouicz term. peremp. — *(51)* Jacus. de Gdow cum Joh. de Mislimicz, idem capell. statuere, term. — *(55)* Josman cum Gaworc. de Jedlcza term. post Pascha peremp. — *(56)* Nicol. de Pribislauicz cum relic. Franczc. de Owczari term. post Conduct. Pasche peremp. — *(57)* Nicol. de Chronow pen. VI mar. contra Stanisl. ibid., et eidem Stanisl. tenetur fertonem soluere ad term. — *(58)* Rosl. de Woyslauicz cum Nicol. Wantrobca term. peremp. — *(59)* Jacus. et Greg. kmet. de Cosczen cum Jasc. de Raczslauicz term. peremp. — *(60)* (Stanisl.) Petrus de Wilczcouicz cum Swantosl. de Waganouicz term. peremp. — *(61)* Nicol. de Krziscouicz cum Wroch. de Woyslauicz term. post Conduct. Pasche peremp. — *(63)* Nicol. Zigart cum Alber., Dzetrzich. de Cosmicz term. peremp. — *(64)* Sandco de Czodrcouicz cum Petro Czarzow (s) et Potras., Preczsl. de Pribislauicz term. post Pascha peremp. — *(66)* Bartol. de Wilczcouicz cum Jacus. ibid. term. vis. pro gayo. — *(67)* Potras. de Grzimala cum Simc. de Gora term. peremp. — *(68)* Jasco Glowski cum 3 kmet. de Pyszari term. pro repercuss. pignorum. — *(69)* Filip. de Brzeszini cum Zegotha vexilifero regis de Dup term. secund. pro LX mar. fideiuss et damp. — *(70)* Pasco Wangrzin cum Adam de Brzesznicza term. vis. pro hered., quam habet in obligac. in Strzewl. — *(71)* Kanan iud. cum Nicol. Brigant de Racziborzco term. peremp. — *(72)* Relic. subiudicis de Wanczcouicz cum Budc. ibid. term. vis. — *(73)* Nicol. Rpisca de Luczicze cum (Nicol.), Greg. de Grzegorzouicz term. peremp. — *(74)* Christina de Kazimiria cum Meczsl. de Dalouicz, idem capell. statuere. (z. p.). — *(75)* Greg. de Grzegorzouicz cum Simc. de Gora term. — *(81)* Nicol. Brigant cum Jasc. de Solecz term. peremp. pro debito in iudeos. — *(83)* Alena uxor Clem. de Grussow (capell.) contra Petr. Episc. Crac., term. — *(85)* Meczsl. Crac. canon. cum Jacus. de Wilczcouicz term. peremp. concitat. — *(87)* Wilczco de Zakrzow cum capell. contra Wencesl. de Marczinouicz, term. (z. p.). — *(93)* Potras. de Sedlecz cum kmetonib. de Zagorze Czadronis term. peremp. — *(94)* Potras. de Sedlecz officialem Bogutham statuere contra Czadron. de Zagorze pro silua et *wigon*, term. = Wszystkich zapisek z 26 Lutego w księdze Cr. IIa 94. =

*Feria quarta post Invocauit [Cracouie] (d. 27 Februarii 1398). (Cr. II, Cr. IIa).*

**6631.** [1]) *(Cr II p. 86).* Veniens Imram iunior de Czulicze confessus est Nicolao Tur de Lissecane obligasse kmetonem in Marczincouicz et medium pratum ibidem in Marcincouicz in XV marcis grossorum latorum promittens pro matre et fratre ac omni impedimento atque dampno, si quod ab aliquo haberet, hoc totum in ipso Imramo redundabit super sola fassione ipsius Nicolai et absque iuramento. = Feria quarta post Inuocauit, — ista nota scribatur anno quo supra. = (l. s.; — soluta).

**a.** *(Cr. IIa p. 172).* Veniens Imram iunior de Czulicz confessus est Nicolao Thur de Lissecanye obligasse kmetonem in Marcincouicz in XV marcis grossorum latorum promittens pro matre et fratre ac omni dampno et impedimento, si quod absit ab aliquo alio haberet, hoc totum in ipsum Imramum redundabit super sola assercione ipsius Nicolai et absque iuramento.

*In Proschouicze feria quinta proxima post dominicam Invocauit termini continuantur (d. 28 Februarii 1398). Alii positi ad XIIII dies.*

**6632.** *(Cr. II p. 77).* Nota — Petrus, Katerina et Stachna filius et filie Johannis interfecti de Roscow partem eorum patris in Ursula relicta Nicolai de Sladow videlicet medietatem, quam dicta relicta pro capite recepit, iure acquisierunt, quia Jacussius procurator et nunccius dicte relicte quater noluit respondere.

**6633.** Nota — Machna de Wanczcouicz relicta Nicolai in Morzsca de ibidem duas marcas racione pecorum IIII^or et penam XV iuramento et iure acquisiuit.

**6634.** *(Cr. II p. 78).* Procurator — Symon kmeto de Cramboczyn Derslaum de Plaouicze procuratorem suum contra Stanislaum de Jesszow constituit. = concordatum. = (z. p.).

**6635.** Pena — Symon Oppath tabernator de Grussow contumax contra Jaschconem de Smylouicze heredem et Hancam kmetonissam pro capite Domaslai kmetonis mariti olim predicte Hancze, quia in termino peremptorio cum duabus capellanis iuri non conparuit.

**6636.** Nota — Pacossius heres de Zastampow XII marcas monete currentis ad diem sancti Stanislai proximam post Pascha Budconi de Pilsno obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi XXX marcas in festo Pentecostes proximo tenebitur ad soluendum.

**6637.** Procurator — Nicolaus Wansz kmeto de Nadzow, Machna cum pueris de Czussow Nemstam de ibidem procuratorem eorum contra Jaschconem de Czussow ibidem pro capite Petri Wansch kmetonis, mariti dicte Machne, constituerunt in omnem euentum.

**6638.** Nota — Moyses de Odunow reus Jaschconem de Mancarzow actorem pro XIIII marcis fideiussorie iure euasit pro eo, quod idem Jaschco existens actor simplici infirmitate terminum per nuncium continuauit.

**6639.** Nota — Bartholomeus heres de Marchoczicze XV marcas et unum fertonem pecuniarum, que tunc currerint, fideiussor pro Katherina relicta Hanconis de Chelm et pueris eius ad diem sancti Michaelis proximam soluendas Petro heredi de Jacussouicze fideiussit, si non soluerit in die predicto, tunc sibi omne dampnum habendum tenebitur refundere. — Idem Petrus omnimodam partem hereditatis sue, quam habuit in Swossouicze cum omni iure etc. predicte Katherine et pueris suis pro XXVI marcis grossorum in totum vendidit, quam in forma resignauit eisdem. — Item Nicolaus heres de Swossouicze ibidem omnimodam partem hereditatis sue ibidem cum omni iure eidem Katherine et pueris suis pro XXII marcis grossorum vendidit, quam in forma similiter resignauit.

**6640.** *(Cr. II p. 79).* Pena — Petrus de Jelouicze Martinum de Zydow heredem vituperauit asserens ipsum non esse nobilem, nec penas aliquas posse recipere velud aliquos nobiles, Martinus conpurget nobilitatem suam per litteram ad terminos proximos.

---

[1]) Zapiski Nr. 6631 i 6631a. znajdują się tak w księdze Cr. II jak Cr. IIa na niewłaściwem miejscu, snadź do obu ksiąg później dopiero zostały wpisane.

**6641.** Nota — Petrassius de Jelouicze unum fertonem et tres marcas racione pene (quia) Martino de Zydow (soluit) remansit, quia noluit per corulum recipere ad librum et ad dominos. =Ad mandatum domine Regine cancellatum.= (z. p.). — (l. s.; — soluit IIII^or grossos).

**6642.** Idem Petrus penas iudicio XV et binam sex scotorum remansit pro premissis. =cancellatum ad mandatum domine Regine.= (z. p.).

**6643.** Pena — Sbischco de Gorka binam XV et Pschonca binam XV penas remanserunt, quia litem in iudicio inter se fecerunt.

**6644.** Nota — Groth de Scorczow V marcas grossorum pragensium domine Iliconis de Rawulouicze nunc ad diem sancte Marie Natiuitatis obligauit se soluturum sub caucione dampni.

**6645.** Nota — Petrassius de Budzeyouicze sextam partem hereditatis ibidem, quam in obligacione habuit, in quinque marcis grossorum Andree de ibidem obligauit tenendum in forma sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

**6646.** Nota — Hanca uxor Schadonis heredis de Bolow, filia Katerine filie Vitoslai olim heredis de Ilicouicze, totam partem suam ibidem in Ilicouicze et in Jancouicze ipsam ex successione paterna et materna concernentem cum omni iure, dominio et pertinenciis uniuersis nichil pro se et suis posteris ibidem reseruando pro centum et L^ta marcis grossorum pragensium Stanislao Nicolai filio de Polanynouicze heredi et suis posteris legittimis in totum vendidit et tytulo vendicionis in perpetuum resignauit, renuncciians omni iuri et dotalicio wlgariter dicto *wano*, quod fuit per Nicolaum ipsius Hance awnculum Nastcze uxori predicti Stanislai in eisdem partibus hereditatum assignatum, renuncciansque omni repeticioni et rehabicioni hereditatum predictarum perpetue per eundem Stanislaum et eius posteros in forma iure hereditario tenendum habendum, utifruendum, commutandum, vendendum etc.

*In Xansch feria secunda post dominicam Reminiscere termini continuantur (d. 4 Martii 1398). Alii positi sund ad XIIII dies.*

**6647.** *(1) (Cr. II p. 80).* Nota — Przeczslaus de Oppathcouicze omnimodam partem hereditatis sue in Sobonicze pro parte hereditatis in Cosscouicze cum Nicolao filio Marcissy de ibidem conmutauit et in forma in perpetuum resignauit. — Idem Nicolaus fideiubendo pro aliis fratribus et sororibus suis dictam partem suam ibidem in Cosscouicze predicto Przeczslao similiter resignauit promittens pro omni impedimento atque dampno. — Item dictus Nicolaus obligaciones in Sobow, quas habuit Przeczslaus, receptis pro se pecuniis quibuslibet easdem debet obligantibus dimittere.

**6648.** *(2)* Nota — Johannes de Chodow Jaschconi de Radziczow ad expediendum suas pecunias iuxta continenciam littere debet ad terminos post Pascha conparere sine omni dilacione.

**6649.** *(3)* Pena — Nicolaus Curta de Wirzchouiscza contumax contra dominum Johannem de Chodow pro L^ta marcis grossorum et XV marcis dampni in termino curie domini Regis, quia simplici infirmitate per nunccium terminum peremptorium continuauit.

**6650.** *(5)* Nota — Stanislaus et Jaschco de Brzuchan XX marcas monete currentis racione dotis Swantochne sororis eorum infra tres annos proximos videlicet per VII marcas ad quodlibet festum Nativitatis Christi obligaverunt se soluturos, sub caucione dampni. — (l. s.; — [soluit] II [grossos]).

**6651.** *(6) (Cr. II p. 81).* Nota — Sandco heres de Solecz XL marcas in omnibus bonis suis hereditariis Swantochne uxori sue in forma racione dotalicii assignauit. — (l. s.; — [soluit] II [grossos]).

**6652.** *(7)* Nota — Franco et Nicolaus heredes de Zarogow fideiussores XVI marcas: in latis grossis sex marcas et unum fertonem, et in quartensibus residuitatem pro Nicolao predicto Symconi de Slauicze ad diem sancti Andree proximam obligauerunt se soluturos sub caucione dampni. — (l. s.).

**6653.** *(11)* Nota — Stanislaus de Deschno Gregorio de ibidem pro omnibus fratribus suis fideiussit, ita si hereditatem dotis ibidem perdet uel acquiret, contentabuntur et fratres.

**6654.** *(12)* Nota — Jacussius heres de Tsczycza omnimode parti hereditatis in Przestansca, quam [tenet] racione obligacionis in XXX marcis, Zauissio et matri de Grodzina infra octauam sancti (Nicolai) Stanislai proximam habet cedere.

**6655.** *(14)* Nota — Johannes de Chodow XXXIII marcas grossorum domino abbati de Andrzeow ad terminos proximos soluat, si non soluerit, tunc LX marcas ad soluendum tenebitur. — (l. s.; — soluta).

**6656.** *(17) (Cr. II p. 82).* Nota — Nicolaus de Beganow heres litteram et notam in libro Sandonis de Falouicze arrestauit et inhibuit.

**6657.** *(20)* Nota — Johannes de Chodow Friczoni de Xansch procuratori XII marcas et unum fertonem monete currentis pro duobus aceruis siliginis emptis ad diem sancti Michaelis obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc ipsum in XXIIII bobus habet impignorare et quod impignoratum fuerit, totum perdet. — (l. s.).

**6658.** *(21)* Nota — Thomek de Wanchadlow confessus est, quod Jacussius de Wilczcouicze fideiussor pro ipso III[es] marcas existit soluendus (s) ad festum Pentecostes, si non soluerit, tunc VI marcas sibi tenebitur ad soluendum.

**6659.** *(22) (Cr. II p. 83).* Nota — Nicolaus Ossowsky, Pacossius de Nesnanouicz, Swantopelka de Golenow, Otto de Clymontow cum filio Petri de Czarnoczyn Nicolao — et Nicolao, Andrea, Warczislao et Johanne filiis Nicolai Caczorek heredibus talem diuisionem inter se fecerunt, ita quod Nicolao Ossowsky Camyssow villa cum pertinenciis et tercia parte gagii in Mancarzowicz, in Msticzow *nywa* cum prato, piscina deserta et molendinum desertum advenit cum Pacossio et Swantopelka in parte una; — item Ottoni cum predictis filiis et filiastris Jeszow villa cum omnibus iuribus advenit. =exiuit littera.=

**6660.** *(23)* Nota — Stanislaus de Polanynouicze, Bernardus de Cowalouicze fideiussores VIII marcas et unum fertonem quartensium et XII marcas grossorum latorum Stanislao Czapka de Potrcouicze pro Woythcone de Xansch ad diem Natiuitatis Christi proximam fideiusserunt soluere, si non soluerint in festo predicto, tunc ad aliud festum tres marcas minus fertone super dictis pecuniis sibi addere et soluere tenebuntur sub caucione dampni.

**6661.** *(24)* Nota — Pechna uxor Miroslai de Deschno medietatem partis hereditatis in Deschno ibidem in Paschcone de ibidem iure obtinuit, videlicet matrimonii.

**6662.** *(26)* Nota — Borislaus de Jedlecz unum laneum et pratum suum ibidem in Martino ibidem iure acquisiuit, et pecunias eidem Martino habet restituere.

**6663.** *(27)* Pena — Idem Martinus XV penam eidem Borislao et totidem iudicio remansit, quia ipsum Borislaum ad iuramentum admisit. — Idem Martinus penas XV eidem Borislao et udicio XV ac XIIII[or] Regalem, quia penam eidem Borislao non fideiubendo de iudicio discessit. (z. p.).

**6664.** *(28) (Cr. II p. 84).* Pena — Idem Martinus penam Wanchniconi camerario XV remansit, quod sibi dixit: poteris diffinire quid vis; et totidem iudicio. — Idem Martinus de Jedlecz penam XV eidem Wanchniconi camerario et totidem iudicio ac regalem LXX remansit, quia predictam penam XV sibi non fideiubendo de iudicio discessit. =satisfactum est in totum.= (z. p.).

**CCXLIX. Uwaga.** *(4)* Zauischa de Belca X mar. mon. curren. fideiuss. Jacussio camerario confessus est teneri, soluat ad 2 septim. sub pena iudicii et regali et predicti Jacussii XV. — *(8)* Wichna uxor Falisl. de Chechel maritum suum procurat. in causa contra Hancam et Nicol. ibid. constituit. — *(9)* Msczischco heres de Kalyna heredit ibid. pro L mar. gross. Ade fratri suo ibid. vendidit. — *(10)* Swanch de Chechel causam Falislao ibid. contra Nicol. et Hancam ibid. in omnem euentum comisit. — *(13)* Nicol. et alter Nicol. kmet. de Dzerzansna Msczugium de Coslow iuramento euaserunt pro recessione non in tempore ab eod. — *(15)* Swanschek,

Potrasch, Adam, Stanisl. heredes de Kalyna unus pro alio fideiubendo XXXV mar. mon. curr. pro 4 aceruis frumenti empti ad d. s. Kather. Stanislao de Polanynouicze obligarunt se soluturos sub caucione damp. — *(16)* Joh. de Vlyna, Sandca de Zarogow et Machna de Boczcouicze $^1/_2$ partem ville et heredit. in Sandzissow, quam proximitate acquisierant, Paschconi filio Andree ibid. pro C mar. [vendiderunt]. — *(18)* Thomco heres de Potok fideiubendo pro omnib. fratrib. partem hered. ibid. pro CCC mar. gross. prag. Jaschconi de Malissicz vendidit. — *(19)* Helena uxor Jacussy de Wilczcouicze cum colono domine de Conary in causa se hincinde dimiserunt. — *(25)* Paschco filius Andree de Sandzischow X mar. Jaschconi de Vlyna et sororib. eius iam persoluit. =Wszystkich zapisek z 4 Marca w księdze Cr. II. 28.=

*In Cracouia feria tercia post dominicam (Inuocauit) Oculi termini continuantur (d. 12 Martii 1398). Alii positi sunt ad XIIII^or^ dies. (Cr. II).*

**6665.** *(1) (Cr. II p. 84).* Nota — Clemens de Lappanow dominum Sbigneum Episcopum fratrem suum de omnibus causis pro quibuscunque negociis, quas habuerunt in quibuscunque iudiciis, solutum et liberum dimisit promittens ipsum sub vadio CCCC marcarum nunquam perpetuis temporibus impedire.

**6666.** *(2)* Nota — Veniens Petrus ministerialis confessus est, quod Nicolaus Wantrobca de Strelcze Rosslaum de Woyslauicze fideiubendo pro pueris de debito Iudeorum apud Hosmanum ad diem sancti Stanislai proximam astrinxit se liberare et de fideiussoribus exbrigare, alias terminum habent ad idem faciendum ad terminos proximos post diem sancti Stanislai predictam sub caucione dampni ipsius Rosslai.

**6667.** *(3)* Nota — Mathias de Jurzicouicze confessus est fideiussoriam XXI marcarum grossorum Drobniconi et Antonio iudeis pro Jancio dicto Zambr et usura iuxta continenciam littere fecisse; expediat ad diem sancti Stanislai; — et Lambertus de Bobyn similiter confessus est, expediat similiter. — (l. s.).

**6668.** *(4)* Nota — Ostrobod de Negowancz, Johannes Micussouicz, Johannes Rugalicz Gregorius Panchra, Martinus Clichouicz heredes, Bartolomeus plebanus de Chechel, fideiussores manu coniuncta L^ta^ marcarum monete currentis ad diem Cinerum proximam pro Bogun et Swanchone de Parcze Alberto de ibidem obligaverunt se soluturos, si non solverint, tunc sibi in omnem partem hereditatis ipsorum Bogunonis et Swanchonis intromissionem ibidem in Parcze debent assignare, alias omne dampnum refundere. — (l. s.; — soluta).

**6669.** *(5) (Cr. II p. 85).* Nota — Iudicium decreuit, quod Kylcius de Xangnicze villam Mancow iure pro Francone de Beglow in Grotone de Slup acquisitam obligatorie in LX marcis tenere habet, donec sibi per eundem Franconem fuerint persolute LX marce.

**6670.** *(6)* Ad colloquium-Nota — Lambertus ministerialis confessus est, quod Clemens de Lappanow Wirzchoslao de Sedlisca circa crucem in termino et iudicio dixit hec verba: *Kaczeruÿessz* homines et depaupertas eos; — terminum habent ad colloquium proximum; et quod eciam sibi minas cum cultello imposuit.

**6671.** *(7)* Nota — Nicolaus de Briganth de Racziborsco sex marcas quartensium Canaan iudeo ad primos terminos post Pascam soluere se astrinxit, si non soluerit, tunc decem marcas pariter tenebitur ad soluendum. =satisfecit iam.= (z. p.).

**6672.** *(8)* Pena — Stanecz filius Bogute ministerialis confessus est, quod pingnora in Witoradow contra Johannem Spiczimiri per kmetones sunt repercussa, penas exinde XV iudicio et Spicimiro XV ac Regalem LXX remanserunt.

a. *(50) (Cr. IIa p. 186).* Penam — Stanecz filius Boguthe ministerialis confessus est, quod pignora in Witoradow contra Johannem Spicimirum per kmethones sunt repercussa, penas exinde iudicio XV et Spicimiro predicto XV et regi LXX incurrerunt.

**6673.** *(9)* Pena — Johannes de Chodow contumax contra Petrum ciuem Cracouiensem

a. *(54)* Pena — Johannes de Chodow capellanum non statuit contra Petrum ciuem

pro XV marcis et uno fertone et unius marce dampno, pro eo, quod cum capellano non conparuit. — (l. s.).

de Cracouia, contumax in termino peremptorio pro XV marcis et uno fertone et una marca dampni. =Ad mandatum domini Johannis de Tanczin castellani Cracouiensis. (z. p.).

**6674.** *(10)* Pena — Dobeslaus de Michalow contumax contra Burgardum et Henricum de Rudno pro XXXII marcis principalis pecunie et totidem dampni, quia cum capellanum non conparuit in termino peremptorio.

a. *(55)* Penam — Dobeslaus dę Michalow contumax in termino peremptorio contra Burcardum et Henricum, capellanum non constituit, pro XXXII marcis capitalibus et totidem dampni.

**6675.** *(11)* Pena — Kachna rea uxor Alberti de Rudno contumax contra Sigismundum et Helenam uxorem eius pro sorte hereditatis Rudno et XXIIII^or marcis, quia cum capellanis in termino non conparuit — (l. s.).

a. *(56)* Pena — Kachna uxor Alberti de Rudno contumax contra Sigismundum et Helenam consortem ipsius pro sorte hereditatis Rudno et XXIIII^or [marcis], quia cum capellanis non conparuit.

**6676.** *(12) (Cr. II p. 86).* Nota — Nicolaus heres de Luczicze confessus est, quod sibi Wenceslaus de Marczinouicze XL marcas iam persoluit debiti principalis.

**6677.** *(13)* Nota — Petrus Habling ciuis Cracouiensis confessus est se terciam partem ville in Osseczany in totum iuxta, prout continetur in litteris, Paschconi de Doluschicze vendidisse in perpetuum et conmutasse, — quam habuit a Thomasscone Werzynk.

**6678.** *(14)* Nota — Mathias de Jurzicouicze pro Lamberto de Bobyn XX marcas grossorum Drobconi iudeo Cracouiensi ad diem sancti Stanislai proximam fideiubendo obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc XXIIII^or marcas tenebitur ad soluendum et usure per grossum unum a marca septimanatim soluere habebit Rege uel Regina non euadendo. — (l. s.).

**6679.** *(15)* Nota — Lamberth ministerialis confessus est, quod Symconem de Gora ad instanciam Petri de Grzimalicze et Nicolai de Sensco pro debito iudeorum citauit et ipsi citauerunt.

**6680.** *(16)* Pena — Petrus de Wlossynow actor contumax contra Florianum de Knyssyna pro II½ marcis.

a. *(70) (Cr. IIa p. 188).* Pena — Petrus de Wlossynow actor contumax contra Florianum de Knyssyna pro II½ marcis =iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

*Feria quarta post Oculi (d. 13 Martii 1398) alie infra note scripte sunt. (Cr. II).*

**6681.** *(1) (Cr. II p. 86).* Pena — Andreas heres de Michalow et Barthco kmeto eius de Czczicouicz contumax contra Clementem de Curow pro vacca et reciis, ut in libro supra, in termino concitato primo et secundo.

**6682.** *(2) (Cr. II p. 87).* Pena — Setegius de Czirnechow penas (binam) XV et (binam) sex scotorum contra Andream de Czasslaw et totidem iudicio pro eo, quod sibi bis dixit: poteris scribere, quid vis. =satisfactum per totum.= (z. p.).

a. *(74) (Cr. IIa p. 188).* Pena — Sethegius de Cirnechow penas incurrit contra Andream de Czaslaw pro eo, quod dixit: potuit scribere, quid voluit, — iudicio XV et sex scotorum et Andree XV et sex scotorum.

**6683.** *(3)* Nota — Item idem Andreas causam in ipso Setegio fideiussore, prout in litteris suis continentur, iure obtinuit et acquisiuit videlicet XVI marcas grossorum fideiussorie (et dampnum, si quod Imram super ipsum Andream fecit). — (l. s.).

**6684.** *(4)* Nota — Jacussius heres de Wilczcouicze dominum Meczslaum canonicum Cracouiensem pro omnibus causis, quas secum in iudicio habuit, iure euasit videlicet dampnacione kmetonis in peccoribus pingnoratis.

**6685.** *(5)* Setegius de Czirnechow tres marcas et sex scotos pene Andree de Czasslaw ad primos terminos post conductum Pasche sub pena XV Andree et iudicii tantum et sex scotorum obligauit se soluturum.

**6686.** *(6)* Nota — Nicolaus de Cosmycz Nicolaum Briganth de Racziborsco de duodecim marcis apud Canaan iudeum ad primos terminos proximos liberet, si non liberauerit, tunc omnimodas partes hereditatis in utroque Cosmycz tenebitur obligare tenendum tamdiu, donec de dictis pecuniis eum liberet.

**6687.** *(7)* Pena — Nicolaus de Trebnicza dictus Karbar penam XV Dorotee Zusmiten et iudicio XV ac Regalem LXX, quia pingnus repercussit, prout Stanecz filius Bogute ministerialis confessus est.

**6688.** *(8)* Pena — (Czader de Zag) Martinus de Pobednik scoltetus penam XV contra Petrum de Sedlecz et totidem iudicio, quia fecit se procuratorem Czadronis et non habuit procuratorium.

**6689.** *(9)* Pena — Nicolaus Kampsky contumax contra Iurconem de Coczonow pro VIII marcis et totidem dampni in termino concitato. Jacobus officialis datus est ad inpignorandum. =satisfactum pro pena iudici, dominus Iwan indulsit.= (z. p.).

**6690.** *(10)* Pena — Czader de Zagorzicze contumax contra Petrum de Sedlecz pro decem marcis vadii et dampni pro silua, pro arboribus wlgariter *na czyne* receptis de silua, pro IIII$^{or}$ marcis, pro *wygon* communi perarandus (s) — in termino peremptorio concitato; item pro merica et prototo, quia noluit diuidere et pro kmetonibus, quos minus iuste recepit et eos ab ipso repulit in Zagorze causa non finita, et pro dampno, quod ibidem fecit in premissis. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**6691.** *(11) (Cr. II p. 88).* Pena — Idem Czader contumax contra Petrum predictum pro *spass* ordei, exinde dampno unius marce, violenter in termino citacionis peremptorio. =non ualet.= (z. p.).

**6692.** *(12)* Pena — Elizabeth uxor domini Granowsky de Pilcia contumax contra Wichnam relictam subcamerarii de Poramba pro debito iudeorum in termino concitato.

**6693.** *(13)* Nota — (Franco heres)... (zapiska niedokończona).

*Anno domini M⁰CCC⁰XC⁰VIII⁰. Acta in Cracouia feria tercia post Dominicam Oculi (d. 12 Martii 1388). Termini assignantur feria tercia post Iudica dominicam. (Cr. IIa).*

**6694.** *(1) (Cr. IIa p. 181).* Nicolaus et Adam filii Drogossy de Chrzoberz statuent Petrum vicarium ibidem. (z. p.).

**6695.** *(2)* Ca$^{m}$— Petrus vicarius de Chroberz confessus est die date presecium Stanislao vicario de ibidem in causa Nicolai et Adam filiorum Drogossy de Chroberz, quos ambos statuent iidem Nicolaus et Adam ad terminos proximos contra dominum Paschconem Zlodzeÿ.

**6696.** *(4)* Jacussius de Gdow cum Johanne de Mislimicze terminum peremptorium habent ad primos terminos post festum sancti Adalberti nunc proxime venturum pro XL$^{ta}$ marcis grossorum et dampno, ubi tunc predictus Johannes personaliter debet parere eidem Jacussio et per nullum aliquem facere dilacionem.

**6697.** *(5) (Cr. IIa p. 182).* Ca$^{m}$— Jacussius de Owczari cum Francisco de Sanspow, qui Franczsko confessus est Jaschoni plebano ibidem de Sanspow die date presencium, quem statuet ad terminos proximos contra Jacussium eundem. =concordauerunt.= (z. p.).

**6698.** *(13)* Nicolaus Brigand de Raciborsko cum Jaschone de Solecz terminum peremptorium ad terminos proximos pro debito iudeorum, qui Jasco debet exbrigare sigillum ipsius Nicolai ad terminos eosdem.

**6699.** *(38) (Cr. IIa p. 185).* Katherina Gethcze die date presencium habuit capellanum statuere contra Adam de Baruald, sed habent iterum ad concordandum die terminorum proximorum post colloquium generale, (si non concord) in quo termino personaliter debet conparere

nulla dilacione interueniente cum capellano, quod si non compareret, tunc capellanum statuet, quem debuit ante statuere, sola uero in terminis sequentibus tunc iurare debet, quod uera infirmitate et certa fuit oppressa; Wlodco de Wrocimirowa terminum disposuit.

**6700.** *(39)* Josman cum Zegotha vexillifero terminum secundum habent ad terminos proximos pro (fideiussoria) promisso domine Johannis Wisliciensis et filii ipsius.

**6701.** *(43)* (Wirzchoslaus) Halszca Smilonis de Belczicze cum Nicolao Bochnar zuppario terminum habent peremptorium ad terminos primos post conductum Pasce. — Petrus Warmusz ministerialis fuit in visione.

**6702.** *(58) (Cr. IIa p. 187).* Boxa dimisit iuramentum Stanislao plebano de Kobila, qui pro Nicolao de Clanczani debuit iurare.

**6703.** *(59)* Pasco Wangrzin cum Adam de Brzesnicza et Sulcone de ibidem terminum peremptorium ad proximos [terminos], et per nullam dilacionem debent subterfugere, nisi regia via vel alia necessitate aut ducali, super quo in eodem termino debent iurare.

**6704.** *(63)* Ca[m] — Stanislaus, Stanislaus secundus, Stanislaus tercius, Clemens, Paulus de Zagorze confessi sunt Stephano comendatori in Mislouicz die terminorum contra Potrassium de Sedlecz, terminus ad terminos proximos.

**6705.** *(64)* Paulus Opilio de Zagorze cum Petrassio de Sedlecz terminum secundum habent ad terminos proximos.

**6706.** *(65)* Et isti omnes sub pena Regali debent restituere super fideiussoriam omnia per ipsos ipsius hominibus recepta.

**6707.** *(66)* Jacobus de Opathcouicz nuncius Petrassii de Sensko terminum pro ipso Petrassio cum Simcone de Gora disposuit, quod ipse Petrassius habet terminum coram viceprocuratore in Sidlow pro hereditate Grzimala; camerarii ad (dominos) terminos terminum prorogauerunt.

**6708.** *(67) (Cr. IIa p. 188).* Clemens de Zablocze cum Jacobo de Czudzinouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro sex coppis pisi et VIII scruti, siliginis XIIII, curru sex scotorum, quatuor choros farine violenter et usurpando recepit. =Euasit Jacobus iure, dedit memoriale.= (z. p.).

**6709.** *(68)* Ca[m] — Swanthoslaus de Czudzinouicz confessus est Mathie vicario de ibidem die dominica ante terminos contra Petrassium de Sczekoczini, terminum habent ad terminos proximos, et cum Branczcone personaliter ad idem faciendum (z. p.).

**6710.** *(71)* Swanthoslaus de Adamouicz cum Strzeczka Miculonis et Zaclika suo filio de Srzenyawa terminum secundum habent ad terminos proximos pro fideiussoria et dampno per maritum suum contractis.

**6711.** *(72)* Testes — (Nicolaus clericus de Clanczani testes inducit contra) Boxa de Lucow pro XL[ta] marcis dampni inducit testes contra Nicolaum clericum de Clanczani: Potrassius aduocatus Bochnensis, Boxa ipse actor pro secundo et pro aliis quatuor: *Jaco wtem rocze iey ze may smicolayem mam XL[ta] grziwen szkodi;* terminus ad terminos proximos.

**6712.** *(77) (Cr. IIa p. 189).* Stanislaus de Modlnicza cum Jacussio de ibidem terminum habent ad terminos proximos ad interrogandum Boguthan, quomodo ipsum Jacussium citauerat, quia Stanislaus pro alio citare procurauit et pro alio contumaciam ipsius Jacobi accusauit.

**6713.** *(82)* Testes — Christina de Pyassek ducit testes contra Meczslaum de Dalouicze pro XXX marcis et sex pecoribus: Wlodco de Pyassek, Johannes de Trambky, Przibco de ibidem, Staszco de Chronow, Miczko de Pyassek, Bernardus de Chronow; — [Rota]: *Jaco wanzal za trzidzesczi grziwen rzeczi ÿ szesczoro scota;* — terminus ad terminos proximos.

**6714.** *(86) (Cr. IIa p. 190).* Penam — Martinus de Igolomia alias nunc de Gorka penas ex eo incurrit, quod non habens potestatem, nec procuratorium causam Czadronis de Zagorze defendebat contra Petrassium de Sedlecz, Petrassio predicto XV et iudicio XV. —

Item idem, quia de iudicio recessit Petrassio predicto suas [penas] XV non fideiubens, igitur regi LXX incurrit.

**CCL. Uwaga.** *(3)* Petri Bork de Crac. cum Woytk. de Parcze terminus secund. cum testib. — *(6)* Potras. Zabauski confessus capell. contra Zegotam de Gnoyno, term. post Stanisl. — *(7)* Paschco de Bedlno confessus capell. contra Kather. scultetiss. de Bolanczino, term. — *(8)* Josman iud. de Crac. cum Nicol. et Jasc. de Buczina et Nicol. de Jodlowka term. peremp. post Conduct. Pasche. — *(9)* Josman cum Kather. relic. Hanc. de Chelm term. peremp. post Stanisl. — *(10)* Math. et Petr. de Chechel kmet. cum Marcus., Tomc., Mart., Andrek Jacubonis de Raduanouicz term. peremp. pro 5 wlnerib. apert. cruentat. et uiolencia in hered. — *(11)* Zuszka Jasconis de Owczari confessa capell. contra Ancam Tassonis de Kuroswanky, term. — *(12)* Drobni iud. cum Wirzchosl. de Sedliska term. peremp. post Stanisl. — *(14)* Josman cum Joh. de Radzonow term. peremp. post Conduct. Pasce. — *(15)* Potras. de Swosszouicz cum Pelca Slodzey term. peremp. pro 30 mar. gross. capit. et totidem damp. — *(16)* Woytek de Lusczouicz cum Wirzbanta de Malossow term. peremp. (z. p.). — *(17)* Nicol. de Sarbya cum Marco de Paulicouicz term. peremp. post Stanisl. — *(18)* Andr. de Methnow cum Bernardo de Mocrzeska term. peremp. post Stanisl. pro graniciis, in quibus fixit XL palos. — *(19)* Mich. de Scauina capell. post Conduct. Pasche contra Crist. de Thomaszcouicze. (z. p.). — *(20)* Preposit. Swerzincien. cum Imramo et consorte sua term. peremp. post Pascha pro C mar. fideiuss. — *(21)* Clem. de Kurow cum Dersl. preposito de Stananthky term. peremp. post Pentecosten. — *(22)* Petr. de Wilczcouicz cum Swantosl. de Waganouicz term. peremp. post Conduct. Pasce. — *(23)* Bodzanta de Modlnicza cum Swansc. ibid. term. peremp. post Conduct. Pasche. — *(24)* Czaslaw de Mocrzeska cum Tomc. de Crzistoporzicze term. peremp. post Stanisl. — *(25)* Petras. Zabawski confessus capell. contra Laur. de Zabaua, term. — *(26)* Jacus. de Wilczcouicz cum Stanisl. ibid. et Nawog., Nicol. de Damicz term. peremp. — *(27)* Zabausky cum suis testib. term. secund. cum consulib. Crac. — *(28)* Stanisl. de Wilczkouicz, Nawog., Nicol. de Damicz cum Msczisc. et Margar. eius uxore de Gory term. peremp. — *(29)* Josman cum Janus. Werzingi term. *powesczoni* post Stanisl. — *(30)* Nicol. de Racziborsco cum Detrico de Cozmicze term. peremp., Detricus capell. statuet. — *(31)* Alber. de Kosmicz confessus capell. contra Nicol. Brigand de Raciborzsko, term. — *(32)* Zaclica de Korzkew cum Marco de Choranszicz term. peremp. — *(33)* Nicol. de Medzuedz cum Msczug. de Kuroswanky term. ad uidend. — *(34)* Relic. Jaschonis de Owczari confessa capell. contra relic. Hanc. de Chelm, term. — *(35)* (Równobrzmiąca z poprzednią zapiską). — *(36)* Jacus. et Greg. de Koszczeyow cum Jasc. de Raczlauicze term. peremp. (z. p.). — *(37)* Jacus. de Crac. cum Jasc. de Sobolow term. peremp. (z. p.). — *(40)* Jascho de Sarbya cum Nicol. de Falcow term. peremp. post conduct. Pasce pro VI mar. gross. capital. et 3 damp. — *(41)* Symconis de Gora cum Dersl. de Brnoczicz terminus peremp. post Conduct. Pasce. — *(42)* Pascho de Doluszicz cum Petro Hamlung de Crac. term. peremp. post Conduct. Pasche. — *(44)* Adam de Barnald cum Tomc. agazone de Sanboczin term. peremp. ad coll. generale pro fideiuss. 200 mar. — *(45)* Philip. de Brzezina cum Zegota de Pyssari vexilifero term. peremp. ad coll. gener. pro 60 mar. fideiuss. — *(46)* Bartol. de Wilczcouicz et Jacus. ibid. term. peremp. post Conduct. Pasce. — *(47)* Nicol. de Falcow cum Margar. Brunonis de Sobolow term. peremp. post Conduct. Pasce pro 4 mar. gross. et damp. — *(48)* Dersco de Polanecz cum Margar. Brunonis de Sobolow term. peremp. post Conduct. Pasce pro V½ mar. census. — *(49)* Derszco de Polanecz cum Jasc. Brun de Sobolow term. secund. pro V½ mar. census et iniuriis. — *(51)* Duo capellani Wenceslai de Marcinouicz confessi capell. contra Kather. Hanc. de Chelm, term. (z. p.). — *(52)* Wilczco de Zacrzow cum Wencesl. de Marcinouicz term. peremp. ad coll. — *(53)* Petr. Episcop cum Helena Clementis de Grussow term. peremp. ad coll. pro 2 kmet. et pertinenciis gaiorum, prator, agrorum. — *(57)* Potras. de Sedlecz cum Janc. [de] Chechel aduocato de Bandzen term. secund. pro 3 mar. fideiuss. — *(60)* Staszco de Modlnicza cum Detrico de

Kozmicz term. peremp., Detricus capell. statuet. pro 2 wlnerib. cruentat. — *(61)* Nicol. Irpanska de Lucziez cum Greg. Nakanda term. peremp. post Stanisl. — *(62)* Greg. Nakanda cum Symc. de Gora term. peremp. post Stanisl. — *(69)* Math. de Chechel cum Joh. de Bandzen aduocato term. pro indebito term. — *(73)* Joh. de Sandzissouicz cum Andr. de Kyani term. peremp. post Stanisl. pro 30 mar. fideiuss., et cum kmetonib. Johannis. — *(75)* Wirzchosl. de Sedliska cum Andr. de Czaslaw term. *powesczoni* post Conduct. Pasce pro capite et XVI mar. damp. — *(76)* Andr. de Czaslaw cum Setheg. de Cirnechow term. *powesczoni* post Conduct. Pasce pro 30 mar. damp. — *(78)* Wroch de Woyslauicz confessus capell. contra Jasc. de Wirzbno, term. pro repercuss. pignorum in Woyslauicze. (z. p.). — *(79)* Stanisl. Pocos de Odunow procurator Wrochonis confessus capell. contra Jasc. de Wirzbno, term. pro repercuss. pignorum in Woyslauicze. — *(80)* Jachna relic. Imrami de Wlostow Jasconem de Sandzissouicze de causa et term. dimisit. — *(81)* Clem. de Kurow cum relic. Iliconis de Nescouicz term. peremp. — *(83)* Kather. de Kazimiria cum Miczc. Wantrobca et tota eius villa Strzelcze term. peremp. post Conduct. Pasce: cum Miczc. pro equo, curru, 2 mar.; cum villa pro capite et wlnerib. — *(84)* Lutkko de Dobromirz Bernardum de causa et term. dimisit pro 32 mar. — *(85)* Prand. de Neprzesna cum Stanczic. et Janc. fratre eius de Grodek term. *powesczoni.* = Wszystkich zapisek z 12 Marca w księdze Cr. IIa [1]) 86.

*In Proschouicze feria quinta post Dominicam Oculi termini continuantur. (d. 14 Martii 1398). Alii positi sunt ad XIIII^or^ dies.*

**6715.** *(Cr. II p. 88).* Pena — Ursula relicta Nicolai de Sladow contumax contra Petrum, Katerinam et Stachnam pueros Johannis interfecti de Cosczeow pro parte capitis patris eorum predicti in termino concitato videlicet quam partem capitis acquisitam ipsa Ursula pro se recepit, quia terminum per nunccium simplicem continuauit. Item conpensacio partis capitis facta est ad IIII^or^ marcas et VIII scotos, et in eisdem dicta domina condempnatur.

**6716.** Nota — Veniens Coszuch officialis confessus est, quod per ipsum officialem Johannes de Langanow pro centum marcis fideiussorie Wanchniconem de Dzecanouicze ad colloquium generale supra proximum celebratum in Cracouia concitauit et terminum concitatum eidem Wanchniconi assignauit.

**6717.** Nota — Elizabeth filia Wernconis de Plawnouicze heres de Czaple IIII^or^ cum medio kmethones suos ibidem in Czaple ipsam ex patrimonio concernentem cum omni iure, dominio et pertinenciis nichil pro se reseruando pro ducentis marcis grossorum pragensium Pelcze heredi ibidem de Czaple vendidit et in perpetuum resignauit, pro impedimento debet intercedere. — (l. s.; — soluta).

**6718.** Idem Pelca eidem Elizabeth centum marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum grossorum pragensium obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc eidem Elizabeth sex kmetones suos predictos in Czaple ibidem tenebitur obligare sub caucione dampni et super hoc Wilczco de Marchoczicze et Nicolaus de Crampa fideiussores eidem Elizabeth extant legitimi, ita quod dicta Elizabeth fideiussores suos eosdem pro premissis implendis debet monere. = Solute sunt C marce. = (z. p.). — (l. s.; — soluta).

**6719.** *(Cr. II p. 89).* Pena — Franek, Jacub homines Wrochonis de Woyslauicze quilibet XV penas contra Jaschconem de Wirzbno et totidem iudicio ac Regalem quilibet penam LXX remanserunt pro repercussione pignoris, prout Coszuch officialis confessus est. — Item Coszuch officialis confessus est, quod Stanislaus Pocoss de Odunow pignus Wrochonis Jaschconi predicto cum dictis hominibus repercussit.

**6720.** Nota — Swanschco ciuis de Proschouicz dictus Crzek confessus est, quod sibi (Mathias) Jacusch Gutouicz de Rzandouicz pro sex marcis debiti et dampni iam satisfecit, et sic ipsum Jacussium de iudicio et terminis liberum dimisit.

---

[1]) Zapiski z 12 Marca w księdze Cr. IIa odpowiadają zapiskom z 12 i 13 Marca w księdze Cr. II

**6721.** Pena — Jaschco de Czussow penam XV et VIII scotos pro capite kmetonis Andree Nemste de ibidem, quia concordauerunt pro dicto capite. (z. p.).

**6722.** Petrus de Jelouicze Martino Conwa de Zydow duas marcas ad terminos proximos et unam marcam post terminos eosdem ad VIII dies soluat et sex scotos sub pena XV et sex scotorum eiusdem Martini et totidem iudicii. (z. p.).

**6723.** Pena — Petrus de Jelouicze penam XV trinam Jacussio camerario et totidem iudicio pro eo, quod sibi ter dixit: *lomÿsz mnę* et stringis me ad hoc faciendum. =Ad mandatum domine regine cancellatur.= (z. p.).

**6724.** Nota — Barthco de Tranthnouicze confessus est publice, quia Martinus de Zydow heres est filius eius et natus legitimus, et super eo nec Petrus nec aliquis contradixit.

**6725.** Nota — Nicolaus XV scotos et Stanislaus VIII grossos kmetones de Rzandouicze ad terminos proximos Nicolao de Proschouicze unus pro alio fideiubendo obligarunt se soluturos sub pena iudicii.

**6726.** *(Cr. II p. 90).* Nota — Petrus de Jelouicze nouem marcas penarum Jacussio camerario solvat videlicet pro una marca qualibet septimana, sub pena XV Jacussii et totidem iudicii, alias inpignorabitur per ipsum Jacussium.

**6727.** Nota — Oppath tabernator, Symon de Grussow contumaces contra Jaschconem heredem de Smylouicze et Hancam kmetonissam ibidem pro capite Domaslai interfecti (et pro gagyo ac aliis in quibus officialis in visione fuit) in termino concitato. — (l. s; — soluit VI [grossos]).

*In Xansch feria secunda in crastino dominice Letare termini continuantur (d. 18 Martii 1398). Alii positi ad duas septimanas.*

**6728.** Procurator — Marcissius de Clonow contra Jaschconem de Solecz pro hereditate ibidem procuratorem Vitum de Boczcow in omnem euentum constituit.

**6729.** Nota — Florianus de Boczcow omnes agros suos cum rubetis excepta domu ibidem in VIII marcis grossorum Maczconi et Luthconi de ibidem obligauit in forma, et predicti Maczco et Luthco ipsum Florianum circa exempcionem agrorum eorundem prescripcione aliqua non debent euadere. — (l. s.; — soluta).

**6730.** Nota — Cristina relicta Thomconis et Tomislaus filius eius de Knyschina duos kmetones cum ortulanis et pertinenciis eorum in Zarisin in XX marcis grossorum pragensium Bernardo de Cowalouicze heredi obligarunt unus pro alio eidem Bernardo de dampno et impedimento fideiubendo. — (l. s.; — soluta).

**6731.** Nota — Pacossius heres de Slauicze fideiussor sex marcas grossorum pro Beata matre eius ad diem sancti Stanislai proximum Symconi de ibidem sub pena XV iudicii obligauit se soluturum.

**6732.** Pena — Nicolaus Curta de Wirzchouisca reus contumax contra Johannem de Chodow pro contentis supra in libro.

**6733.** Pena — Jacusch de Tsczicza actor contumax contra Iwonem de Rabstin, pro quibus ipsum citauit.

**6734.** *(Cr. II p. 91).* Fideiussoria — Jacussius camerarius fideiussor pro Martino de Jedlecz unum fertonem ad termino, proximos Wanchniconi de Dzecanouicze soluat sub impignoracione duorum bouum.

**6735.** Florianus de Knyschina alias de Zarissyn unum equum pro undecim marcis: sex latorum et quinque quartensium apud Wanchniconem de Dzecanouicze emit, quas pecunias soluere habet ad diem sancti Michaelis proxime nunc venturam, sub caucione dampni, alias inpingnorabitur per ipsum Wanchniconem uel monebitur. =Satisfactum in totum. (z. p.). — (l. s.).

*In Cracouia feria tercia post dominicam Judica termini continuantur (d. 26 Martii 1398). Alii positi sunt post dominicam Quasimodogeniti. (Cr. II).*

**6736.** *(1) (Cr. II p. 91).* Nota — Stanislaus et Hanca uxor eius de Ilicouicze pro hereditate in Ilicouicz et L[ta] marcis dotis et dotalicii pueros Jaschconis de Polanynouicze iure euaserunt, quia dicti Stanislaus et Hanca litteras produxerunt, in quibus continebatur, quomodo Jaschco predictus et Machna uxor eius hereditati et iuri renuncciauerunt in Ilicouicz, pro qua nomine puerorum ipsos impetebant. — (l. s.; — soluta).

**6737.** *(2)* Pena et Nota — Paschco Bolanczsky existens actor in termino peremptorio contra Nicolaum de Cosmycze contumaciter minime parere curauit pro silua in Mlossowa pertinenti dicta Stbycow, pro Chechel fluuio, quia terminum simplici nunccio et infirmitate continuauit.

a. *(18) (Cr. IIa p. 191).* Pena — Pascho de Bolanczicz actor in termino peremptorio non paruit, ideo penam XV incurrit contra Nicolaum de Kosmicz.

**6738.** *(3)* Pena — Kmetones de Zagorze penam Regalem LXX et XV ac iudicio XV contra Petrassium de Sedlecz, et Czader dominus ipsorum similiter, quod pingnus (repercusserunt et) non dederunt ad fideiussoriam; — Petrus officialis confessus est.

a. *(20)* Czader de Zagorze et kmethones ipsius de ibidem quilibet ipsorum.. (z. p.).

b. *(21)* Pena — Czader de Zagorze penas incurrit regi LXX et iudicio XV et Petrassio de Sedlecz XV. =Ad mandatum domini Regis per relacionem Nicolai notarii.= (z. p.).

c. *(22)* Pena — Kmethones Czadronis de Zagorze quilibet ipsorum iudicio XV et Petrassio de Sedlecz XV, quia pignora noluerunt eidem Petrassio dare. =Satisfecit iudicio Nicolaus de Zagorze.= (z. p.).

**6739.** *(4)* Nota — Wirzbanta de Malossow Stachnam uxorem Alberti heredis de Lusczow pro tribus marcis tunice et ipsum Albertum pro VI marcis iure euasit, pro quibus eum citarunt.

**6740.** *(5) (Cr. II p. 92).* Pena — Stephanus plebanus de Geboltow penam iudicio XV, quod Petrum officialem circa iuramentum et crucem percuttere voluit dicens: dabo tibi per faciem cum cultello.

a. *(25) (Cr. IIa p. 192).* Pena — Stephanus plebanus de Gebolthow penam XV ex eo incurrit, quia Petrum ministerialem in facie iudicii cum cultello voluit wlnerare.

**6741.** *(6)* Pena — Petrassius de Zabawa penam regalem LXX (et XV) et iudicio XV contra Jacussium heredem de Wiglouecz ac eidem Jacussio XV, quia in facie iudicii ipsum cruentaliter wlnerando percussit, et propter hoc domini de iudicio tunc surrexerunt. — Officialis Maly confessus est percussionem. Exinde idem Petrassius centum marcas vadii contra Laurencium de Zabaua perdidit. — (l. s.; — soluta).

a. *(26)* Pena — Petrassius de Zabawa penam regi LXX ideo incurrit iudicio XV et Jacussio de Midlouecz (s) XV, quia ipsum Jacussium coram iudicio wlnerauit.

**6742.** *(7)* Nota — Hanca relicta Nicolai Bethnar olim ciuis de Cracouia cingulum argenteum deauratum, in. .(?) marcis sibi per. .(?) relictam Sbischconis de Campanow obligatum pro pannis diuersis, in iudicio exhibuit et presentauit, et domini iudicio presidentes ipsum cingulum vendere decreuerunt modo meliori, quid autem residuum fuerit ultra sortem et solucionem pecuniarum predicte relicte Sbischconis restituere mandauerunt.

**6743.** *(8)* Terminus — (Raph) Martinus de Zydow cum Petro de Jelouicze pro omnibus causis et cum Raphaele de Zydow et uxore eius terminum habent ad concordandum uel ad idem faciendum ad terminos post Quasimodogeniti alias ad idem faciendum in Cracouia ad terminos post terminos proximos Proschouienses.

**6744.** *(9)* Swentoslaus heres de Czudzinouicze omnimodam partem suam ibidem, quam habuit, cum omni iure et pertinenciis nichil pro se ibidem reseruando pro XXX marcis grossorum pragensium Petro de Sczecoczini in totum vendidit et in forma resignauit. — (l. s.; — soluta).

**6745.** *(10)* Pena — Petrassius Zabawsky Laurencio de Zabawa penas binam XV et totidem iudicio ac regalem binam LXX remansit, quod publice in iudicio dixit eidem Laurencio: oportet me ipsum interficere, uel ipse me interficiet.

**a.** *(35) (Cr. IIa p. 192).* Pena — Petrassius de Zabaua pro eo, quod coram iudicio dixit: promitto, quod ad hec volo facere, aut me ipsum oportet occidere, — regi binam LXX et binam XV.

**6746.** *(11)* Pena — Johannes wlodarius de Rudno penam XV Sigismundo de Michalow et totidem iudicio pro eo, quod non dedit intromissionem hereditatis in Rudno. =Satisfactum iudicio tantum.= (z. p.).

**a.** *(40) (Cr. IIa p. 193).* Penam — Jan wlodarius de Rudno penam Sigismundo de Michalouicze et iudicio XV, regi LXX[ta], quia noluit dare intromissionem Helene uxori Sigismundi. =Iwo procurator ad peticionem domini Petrassy Szaffranecz.= (z. p.).

**6747.** *(12)* Nota — Petrassius de Zabaw Laurencio ibidem ad L[ta] marcas fideiussorie et ad C marcas vadii et dampni condempnatus est ex eo, quod Jacussium nunccium ipsius Laurencii in iudicio cruentaliter percussit — (l. s.; — soluta).

**6748.** *(13) (Cr. II p. 93).* Nota — Nicolaus heres de Clanczany terciam partem molendini in Cobile in XXIII marcis monete currentis Boxe Lucowsky obligauit tenendum ad integram solucionem pecuniarum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi.

**6749.** *(14)* Nota — Kasken filius Andree iudeus de Cracouia veniens confessus est, quod sibi Benco de Zabocruk medietatem debiti XL et quinque marcarum cum usura creta pro fratre Andrzeycone de Czirmna suo in totum persoluit, et iudeus a parte debiti Andrzeyconis et a littera pro parte eiusdem Andrzeyconis in perpetuum recessit Benconem liberum et fideiussores Andreyconis quantum ad partem faciendo.

**6750.** *(15)* Nota — Iwan cum kmethonibus de Jedlecz Wenceslaum de Marcinouicz pro peraracione granicierum iure euaserunt de iure teutunico in hereditate habito per testes docendo.

**6751.** *(16)* Nota — Nicolaus de Medzwedz Johannem ibidem heredem pro incaptiuacione kmetonis sui iure euasit, — dedit memoriale.

**6752.** *(17)* Nota — (Zaclica de Corzekwa receptis L[ta] marcis) Marek de Tursco receptis L[ta] marcis [debiti] sui a Jaschcone Chamecz hereditati Rudno ipsi Jaschconi condescendat sub pena XV Jaschconis et totidem iudicio.

**6753.** *(18)* Nota — Zuchna vidua de Offczary (IX marcas) duas marcas quartensium ad diem sancti Michaelis proximam et nouem marcas grossorum ad aliam diem sancti Michaelis sequentem proximam Lutconi de Wola obligauit se sub caucione dampni soluturum. — (l. s.; — soluta).

**6754.** *(19)* Nota — Prandota de Neprzesna Jaschconi de Polanynouicz VII marcas monete currentis ad festum Pentecosten proximum obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi XII marcas tenebitur ad soluendum, et si se citare permiserit pro eisdem, tunc omne dampnum refundere habebit.

**6755.** *(20)* Nota — Zuchna relicta Jaschconis de Offczary veniens confessa est, quod Hosman Judeus est principalior creditor in debitis suis et mariti sui et fratris ipsius, quod si

quis aliquid in ipsa iure acquisierit, ipsum Judeum esse primum repetere et debita ad diem sancti Stanislai proximam debet persolvere, alias intromissionem omnium bonorum sibi assignarë et sui mariti fratris, — in termino concitato.

**6756.** *(21)* Nota — Petrus Hamblink ciuis Cracoviensis terciam partem hereditatis in Osseczany Paulo de Doluschicze, prout vendidit, expediat et liberet ac intromissionem assignet ad terminos proximos sub pena XV Paulo et totidem iudicio ac LXX regali, alias ipsius Paschconis bona recepta pro hereditate predicta restituat et dampna refundere habenda occasione premissorum tenebitur.

**6757.** *(22) (Cr. II p. 94).* Nota — Pascho heres de Pilchouicze (VII) IIII^or kmetones soluentes $I^1/_2$ de censu et de redditu $^1/_2$ marcam in Sczeglow in XXX marcis grossorum Petrassio de Swossouicze in totum cum omni iure obligauit et predictas pecunias XXX marcas eidem Paschconi ad diem sancti (Martini) Nicolai tenebitur et tenetur ac debet soluere sub caucione dampni, ita tamen quod dicti kmetones pro dicto Paschcone nichil faciant, nisi prata conlaborant et conducant Cracouiam. — (l. s.; – soluit VI [grossos]).

**6758.** *(23)* Pena – Sbischco de Dymlin penam XV contra Andream de Trzewlin (et totidem iudicio), quod non soluit duas marcas eidem Andree infra duas septimanas. =Satisfecit iudicio et regi =

a. *(75) (Cr. IIa p. 197).* Pena — Sbiszco de Dimlin iudicio XV et Andree de Czrzewlin XV pro eo, quod non posuit sibi duas marcas in duabus septimanis, prout se sibi obligauit. =Satisfecit pro rege mediam sexagenam et pro iudicio mediam sexagenam.= (z. p.).

**6759.** *(24)* Paschco de Doluschicze IIII^or marcas Johanni fratri de Tyncia cras obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc ad X marcas tenebitur. (z. p).

**6760.** *(25)* (Pena) — Czader de Zagorze penam XV contra Petrum de Sedlecz (et totidem iudicio ac regalem LXX) pro eo, quod mediam marcam non fideiubens de iudicio discessit. =Satisfactum pro pena iudicio.=

a. *(77)* Pena — (Czader de Zagorze penas ex eo incurrit regi LXX) et Petrassio de Sedlecz XV, iudicio XV, quia mediam marcam Petrassio non fideiubens de iudicio recessit. =Ad mandatum regis per relacionem domini Nicolai notarii.=

*Acta in Cracouia post Iudica feria tercia (d. 26 Martii 1398). Termini continuantur feria tercia post Quasimodo[geniti] dominicam. (Cr. IIa).*

**6761.** *(1) (Cr. IIa p. 190).* (Mathias de Paczoltouicz) Petrus de Paczoltouicz, Mathias de Chechly thabernator Spitkonis de Sedlecz actores cum Marcussio de Radwanouicz, Martino, Andrcone de ibidem pro quinque wlneribus cruentatis apertis, quas venientes uiolenter intulerunt, terminus ad terminos proximos.

**6762.** *(2)* Spitko de Sedlecz actor cum eisdem Marcussio, Martino et Andrcone terminum habent ad terminos proximos pro eadem violencia, qui personaliter debent conparere nullo capellano uel aliqua dilacione prorogantes.

**6763.** *(15) (Cr. IIa p. 191).* Hanca relicta Nicolai Bethner de Cracouia cum Carncone [de] Polayouicz terminum secundum habent ad terminos proximos. =Concordauerant, dederunt memoriale.= (z. p).

**6764.** *(23) (Cr. IIa p. 192).* Michael prepositus Mechouiensis cum Sigismundo de Michalouicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod ipse Sigismundus censum suum recepit et bouem in Michalouicz et sabbato proximo debet iuratos concollocare, et si cognoscent, quod penas super Nicolao kmethone de ibidem iudicauerunt, liber erit a boue, si vere non congnouerint, bouem ipse Sigismundus restituet.

**6765.** *(27)* Pena -- Prandotha de Neprzeszna binum XV iudicio et Jaschoni de Polaninouicz binum XV. =Ad mandatum procuratoris Cracouiensis et subiudicis domini Dobconis.= (z. p.).

6766. *(28)* Nota — Andreas kmeto de Wyasd cum Nicolao herede de ibidem debent deleri de libro, quia sunt concordati et dederunt memoriale.

6767. *(32)* Clemens de Zablocze cum Jacubo de Czudzinouicz terminum peremptorium ad terminos proximos habent. =Jacobus euasit iure, dedit memoriale.= (z. p.).

6768. *(33)* Nota — Petrassius de Sczekoczini dimisit liberum de causa et de terminis Nicolaum Brzanczek de Czudzinowicz, quia intercessit ipsum Swanthoslaus nepos suus de Czudzinouicz.

6769. *(39) (Cr. IIa p. 193).* Littera — Jascho de Raczslauicz litteram ponet iudicii palatini Cracouiensis contra Jacobum et Gregorium predictos, quod pro maiori ibi habuit videlicet pro XXX marcis, terminus ad terminos proximos.

6770. *(41)* Nota — In causa Petrassy Zabawsky et consulum Cracouiensium terminus assignatus est per subiudicem et procuratorem in Cracouia ad concordandum uel ad testes per ipsum Petrassium producendum in castro Cracouiensi post ingressum regis in Nouam Ciuitatem in duas septimanas.

6771. *(47) (Cr. IIa p. 194).* Nota — Budco et uxor Nicolai de Wanczcouicze sub pena regali debent conparere die proximorum terminorum et cum domina Creslai iure experiri.

6772. *(48)* Testes — Iwan de Jedlcza ducit [testes] contra Wenceslaum de Marcinouicze super iure theutonico in Jedlcza: Potrassius de Vlina, Miczko Zagorzsky, Clemens de Grabow, Martinus de Mlossow, Jaschco de Mislow, Nicolaus de Medzuedz: *Jaco wiedlczi bilo nemeczske prawo, ale sginanl przuiley*; terminus ad terminos proximos.

6773. *(49)* Stanislaus de Modlnicza cum Detrico de Kozmicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, Detricus nullam dilacionem faciet.

6774. *(50)* Pascho Zlodzey cum Nicolao [de] Chroberz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, — Nicolaus, si non conparuerit et aliquam dilacionem fecerit, in causa succumbet.

6775. *(52)* Wenceslaus de Marcinouicze cum kmetonibus de Jedlcza ad videndum, visio debet fieri in Jedlcza feria quarta post Pascha, terminus ad terminos proximos. Lambertus ministerialis. (z. p.).

6776. *(56) (Cr. IIa p. 195).* Johannes de Medzuedz debet iuramentum facere contra Nicolaum de ibidem super eo, quod non soluisset sibi X marcas tritici in tempore, et fideiussores non recepi pro eisdem.

6777. *(59)* Nota — Symco de Gora cum Petrassio de Grzimala actore terminum peremptorium habent ad colloquium generale proximum ad interrogandum, utrum viceprocurator Sydlouiensis habeat pro hereditate iudicare; — si non fuerit colloquium, tunc ad terminos primos post colloquium.

6778. *(61)* Ca^m — Stephanus commendator de Mislouicze, cui confessi sunt kmethones Czadronis de Zagorze, confessus est Stephano uicario de Bandzen contra Petrassium de Sedlecz, terminus ad terminos proximos. — Item iidem kmethones confessi sunt eidem Stephano de Bandzen contra Petrassium de Sedlecz ad terminos proximos.

6779. *(62)* Petrassius de Sedlecz [cum] Paulo Opilione Czadronis et Bodussz kmethone de Zagorze terminum secundum habent ad terminos proximos: cum Opilione pro XXX ouibus, — contra Bodussz, quia indebito tempore exiuit ab ipso Potrassio ad Czadronem.

6780. *(64)* Intercessio — Iwan de Jedlcza suos omnes et singulos kmethones de Jedlcza intercessit contra Wenceslaum de Marcinouicz pro graniciebus. (z. p.).

6781. *(65)* Nota — Marcus de Thursko euasit iure Zaclicam de Korzkew, pro quo ipsum inpulsabat, et debent termini eorum de libro deleri.

6782. *(66)* Littera — Jascho de Wirzbno cum Stanislao Pocoss de Odunow, Stanislaus predictus producet litteram, quod pro maiori habet in Tharnow, terminus ad terminos proximos.

6783. *(67)* Katherina relicta Hanconis de Chelm cum Zusszka Jaschonis de Owczari terminum peremptorium habent ad terminos proximos, nulla dilacione superueniente personaliter

predicta Zusszca debet conparere et in ibi octo marcas grossorum fideiubere debet aut obligacionem dare in eisdem, quod si non fecerit, extunc dampnum, quodquod ipsa Katherina haberet racione premissorum, hoc dampnum erit ipsius Zusszce et puerorum eius sola fassione ipsius Katherine et absque iuramento.

**6784.** *(68)* Nota — Martinus de Jedlcza obligauit se soluere domino Nicolao notario terrestri sex scotos in festo sancti Stanislai tempore May nunc proxime venturo sub pena iudicio XV et ipsi Nicolao XV. =Satisfecit.= (z. p.).

**6785.** *(73)* Pena — Jascho de Sobolow contumax in termino peremptorio contra Jacussium de Cracouia pro eo, quod violenter ipsum repulit a decima in Sobolow et recepit decimam pro una marca, et dampno marce et sex wlneribus liuidis et maxillacione unius ictus, condempnatur pro wlneribus [in] marca cum media — Petrus Warmussz ministerialis. =Jacussius pro Jaschcone satisfecit pro pena.= (z. p.).

**CCLI. Uwaga.** *(3)* Josman cum relic. Dziuissii de Przeczslaw term. peremp. post Stanisl. — *(4)* Josman cum Heluigo de Przibislauicze term. peremp. (z. p.). — *(5)* Jan de Olpicz cum Jacus. Snopek de Mozgawa term. peremp. post Stanisl. ad librum pro *wstecz*. — *(6)* Item Marcis. de Olpicz iurabit contra Jacus. de Mosgawa super eo, quod in libro continetur, term. post Stanisl. — *(7)* Petr. Borg et sui testes cum Woytk. de Parcze term. peremp. — *(8)* Christina de Pyassek et sui testes cum Meczsl. de Dałouicz term. secund. — *(9)* Pascho de Bedlno confessus Stanislao pleb. de Plaza contra Kather. scultetis. de Bolanczicz, term. (z. p.). — *(10)* Stanisl. pleb. de Plaza, cui confessus est Pascho de Bedlno, confessus Johanni pleb. de Trzebina contra Kather. scultetis. de Bolanczicze, term. — *(11)* Joh. de Lowina confessus Johanni vicar. de Srzenyawa contra Borč. de Tsczenecz, term. — *(12)* Pascho de Bedlno cum Slawc. de Mlossowa ad vidend. term. peremp. ad coll., visio ante coll. in Bolanczino, Tomco ministerialis. — *(13)* Jan de Olpicz cum Nemsta de Scronow term. peremp. post Stanisl. — *(14)* Jacus. de Mozgawa cum Nemsta de Scronow term. peremp. post Stanisl. — *(16)* Sulco de Zabawa cum Jaschone de Neprouicz term. peremp. — *(17)* Nicol. de Racziborsko cum Jaschc. de Solecz term. peremp. — *(19)* Josman cum Zegota vexillif. Crac. term. peremp. — *(24)* Mich. preposit. [Mechou.] cum Joh. de Lucziczc term. peremp. — *(29)* Strzechna relic. Micul. cum Zaclica filio suo de Srzenyawa term. peremp. — *(30)* Clem de Kurow cum relic. Ilic. de Neszcouicz term. peremp. post Stanisl. — *(31)* Jacus. de Crac. cum Jaschone de Geboltow term. peremp. (z. p.). — *(34)* Derszco de Polanca cum Jaschone de Sobolow term. peremp. — *(36)* Wencesl. de Lubochow cum Mscisc. de Gory term. peremp. post Stanisl. — *(37)* Symon kmeto de Medzuedz pen. XV iudicio et Nicolao de Campa XV pro furto in gayo. — *(38)* Jacus., Greg. kmet. de Koszczeyow cum Jasc. de Rayskouicz term. peremp. — *(42)* Budco de Wanczkouicz confessus Nicolao vicar. de Zambocin contra relict. Creslai subiudicis, term. (z. p.). — *(43)* Kmetones singuli de Jedlcza constituerunt procurat. suum Peczonem in causa, quam habent cum Wencesl. Broda de Wanczslauicze. — *(44)* Math. de Jurzicouicz cum Wlodc. de Wrocimirowa term. *powesczoni;* Lambertus ministerialis. — *(45)* Uxor Nicol. de Wanczcouice confessa Nicol. vicar. de Zamboczin contra relic. Creslai subiud., term. (z. p.). — *(46)* Nicol. Briganth cum Detrico et Woytc. de Kozmicz term. peremp. — *(51)* Jacus. de Wilczcouicze cum Nawog., Stanisl., Nicol. de Damicz term. peremp. nulla dilac. superueniente, quis non conparuerit, causam amittet. — *(53)* Nicol. de Medzuedz cum (Mszug. de Imramouicz) Sethegio pleb. de Coczanczino term. peremp. ad coll., si non fuerit coll., ad term. post coll. — *(54)* Kachna Wenceslai de Thaszicz cum Nicol. de Kozmicz term. secund. pro fideiuss. marce. — *(55)* Nawog. de Damicz, Stanisl. de Wilczcouicz et Nicol. de Damicz cum Msczug. et Margar. uxore eius. term. peremp. — *(57)* Anna relic. Nicolai Bethner de Crac. cum Joh. de Medzuedz term. secund. pro VIII mar. debiti. — *(58)* Pascho Wangrzin de Sossnouicz cum Adam et Sulc. de Brzenicza term. peremp. post Stanisl. — *(60)* Stanisl. de Modlnicza cum Jacus. ibid. term. peremp. post Stanisl. ad interrogand. — *(63)* Doroth.

Maczconis de Bandcouicze cum Andr. ibid. term. peremp — *(69)* Petras. de Chelm cum Zussca relic. Jaschonis de Owczari term. peremp. — *(70)* Barthol. procurator relicte Hanconis de Chelm cum Zusszca relicta Jaschonis de Owczari term. peremp. — *(71)* Petras. de Sedlecz cum Janc. [de] Chechel aduocato de Bandzen term. peremp. (z. p.). — *(72)* Kather. Woytkonis de Paschouicz contumax in term. *powesczoni* contra Sigism. de Michalouicze pro 24 mar. iure in ea aquisitis. — *(74)* Adam Drogosy de Chroberz contumax in term. peremp. contra Pasc. castell. Beczens. pro C XV mar. capitalib. iudeorum debiti et damp. — *(76)* Stanczik de Grodzecz actor contumax in term. *powesczoni* contra Prand. de Neprzesna, pro quo ipsum citauerat ad coll. = Wszystkich zapisek z 26 Marca w księdze Cr. IIa 77. =

*In Proschouicze feria quinta post dominicam Judica termini continuantur (d. 28 Martii 1398). Alii positi sunt ad feriam quintam post Quasimodogeniti.*

**6786.** *(Cr. II p. 94).* Pena — Nicolaus de Cosczeow penam iudicio sex scotorum, [quia] uxorem in causa loqui, non habens mandatum, contra Jacussium informauit. (z. p.).

**6787.** Nota — Woyslaus de Policarczicze heres X marcas grossorum et X scotos infra IIII^or^ septimanas Falislao de Proschouicze ciui obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi totam partem hereditatis ibidem obligare et de ipsa exire tenebitur quolibet obstante (s) non obstante.

**6788.** Fideiussoria — Marcissius heres de Mirossow fideiussor octo cum media marcas monete currentis pro Stachna uxore Nicolai de Cosczeow pueris omnibus Johannis de Roseow defuncti ad manus Jacussii de Sladow awnculi ipsorum puerorum fideiussit, quas eisdem pueris per quatuor annos proximos habet solvere cum effectu, sub pena XV Jacussii et puerorum predictorum et alia XV iudicii ac LXX Regali.

**6789.** *(Cr. II p. 95).* Nota — Kachna Jacussy de Zandowicze unum pratum suum ibidem in quatuor marcis monete currentis Machne vidue de Przeczslauicze obligauit tenendum ad integram exempcionem. — (l. s.; — soluit IIII^or^ grossos pro littera).

**6790.** Nota — Cristinus de Stradow duas marcas infra duas septimanas et alias duas marcas infra alias duas septimanas sub pena regali LXX et XV iudicii (ac XV partis) pueris Johannis de Roseow ad manus Stachne de Cosczeow soluendas fideiussit pro domina Vrsula de Stradow et in hospicio hic, ubi indicaret, reponere.

**6791.** Nota — Hanca uxor Johannis Szado et ipse Szado de Bolow Johannem heredem ibidem pro omnibus factis et rebus, si quas ipse heres pro se tempore, quo ipsam Hancam habuit in tutella, wlgariter *oppeca*, usus fuit uel habuit, aut percepit, liberum dimiserunt et solutum in perpetuum. — (l. s.; — soluta).

**6792.** Pena — Maczco et Crzistan de Sdzislauicze conplices Pacossii ibidem heredis contumaces contra Nicolaum colonum Regalem de Cuchary pro X marcis receptis in via et pro tribus wlneribus apertis.

*In Xansch feria secunda post dominicam Ramispalmarum termini continuantur (d. 1 Aprilii 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas proximas.*

**6793.** Nota — Sbischco heres de Dymlin Cristinum de Manoczicze pro nouem marcis fideiussorie nutricis ipsius Cristini et pro intromissione molendini census unius marce iure euasit et iuramento. — (l. s.; — soluta).

**6794.** Nota — Michael de Stanpoczicze unum laneum suum prope granicies ville Knyschin cum *przimarek* in Stanpoczicze in VIII^o^ marcis grossorum pragensium Stanislao Kolaczek de Knyschina in totum obligauit promittens pro dampno et impedimento eidem tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi. — (l. s.).

**6795.** *(Cr. II p. 96).* Pena — Stephanus de Curoswank penam iudicio sex scotorum contra Msczugium de Imramouicze, quod in causa per loquelam rem impediebat ipsius Msczugy. (z. p.).

**6796.** Inhibicio cum arresta — Vitus heres de Gora litteram Sandonis de Jadowniky super LXX marcis arrestauit et in iudicio inhibuit.

**6797.** Nota — Thomislaus heres de Knyschina fideiussor pro Nicolao herede ibidem IIII^or^ marcas monete currentis ad diem sancti Stanislai proximam Mathie de Jurzicouicze soluere uel apud dominum iudicem ipsum Mathiam de eisdem liberare habet et se obligauit, si non soluerit uel non liberauerit, tunc sibi VIII° boues pingnoris ad domum suam statuere et mittere tenebitur alias sibi XV penam et iudicio totidem ad solvendum obligatur, et in premissis per ipsum Mathiam impignorabitur tociens, quociens non adimpleuerit. =Satisfactum, Wanchnik mandauit cancellare.= (z. p.).

**6798.** Nota — Nicolaus de Knyschina nisum *Czwik* valentem (?) ad diem sancti Stanislai proximam Cristino de Peczenegi daturum se astrinxit, si non dederit, tunc XII marcas dampni et penam XV sibi ad soluendum tenebitur.

**6799.** Pena — Johannes de Chodow actor contumax contra Nicolaum Curta de Wirzchouisca pro L^ta^ marcis fideiussorie et tot dampni in termino concitato.

**6800.** Pena — Petrus de Ogrodzenecz contumax contra Prandotam de Przelank pro L^ta^ marcis mutuatis in termino primo citacionis.

**6801.** Pena — Nicolaus de Chechel contumax contra Welislaum de Dobracow in termino citacionis primo.

**6802.** Pena — Adamek de Ilicouicze contumax contra Barthconem de Swanczicze in termino tercio. =Satisfactum est pro pena.= (z. p.).

**6803.** Pena — Bogussius de Ilicouicze contumax contra Barthconem de Swanczicze in termino primo. =Satisfecit pro pena.= (z. p.).

*In Cracouia feria tercia post Conductum Pasche termini continuantur (d. 16 Aprilis 1398). Alii ponuntur ad duas septimanas. (Cr. II.).*

**6804.** *(1) (Cr. II p. 97).* Nota — Janek heres de Przibislauicze omnimodam partem hereditatis sue ibidem pro XL marcis grossorum pragensium Clare uxori legitime Helwigi de ibidem in totum vendidit et in perpetuum resignauit cum VIII^ua^ parte medietatis molendini ibidem nichil pro se reseruando promittens pro omni impedimento atque dampno. — (l. s.; — soluit III grossos).

**6805.** *(2)* Nota — Jaschco de Solow heres II$^1/_2$ marcas monete currentis ad diem sancti Johannis Baptiste proximam Derslao de Polanka obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi medietatem kmetonis Jacussii in area sedentis in Irzmanowca tenebitur obligare, alias de dampno cauere habet super sola fassione ipsius Derslai.

**6806.** *(3)* Nota — Symco heres de Gora et Nastka mater eius partem hereditatis Nosczowska in Dzecanouicz iure proximitatis in Derslao de Brnoczicze obtinuit, et iudicium decreuit ita: si hodie dicto Derslao ipse Symco LX marcas dare habet, recipiet dictam partem hereditatis, si uero non habet, tunc debet ad Natiuitatem Christi proximam soluere eidem, et Derslaus descendat sibi dicte parti hereditatis, quia nunccius ipsius Derslai incipiens terminum continuare cum capellano, capellanum nesciuit nominare, nec ipsum de iure statuere habuit.

**6807.** *(4)* Nota-Litteram — Nicolaus filius Drogossy de Chrobrza litteram regalem pro negociis regalibus contra Paulum Beycensem ponat ad terminos proximos nunc venturos.

**6808.** *(5)* Nota — Marcus heres de Tursco Zaclicam de Corzekwa actorem pro LXX capitalis pecunie marcis et pro XXX marcis exinde dampni, pro quibus ipsum Marcum impetebat, iure et iuramento euasit.

**6809.** *(6)* Nynota (et A) fideiussor pro Jacubcone de Cobilany XXIIII marcas quartensium ad diem sancti Johannis Baptiste fideiussit, quas soluat idem Jacubco Petro Bork ad diem eandem, si non soluerit, tunc eidem Nynote villam, quam habuit et in qua census X marcarum consisterit, tenebitur obligare, alias ipsum Nynotam de omni dampno et impedimento indempnem

reddere super sola eius fassione, si uero premissa omnia adimplere non curauerit, tunc per ipsum Nynotam verbis quibuslibet monebitur.

**6810.** *(7) (Cr. II p. 98).* Nota — Franczco filius Jaschconis de Sanspow IIII[or] laneos suos obsessos cum omni iure in XIII marcis grossorum pragensium Franczconi filio Prandote de ibidem in totum obligauit tenendum iuxta ius et consuetudinem terre promittens pro omni impedimento atque dampno a fratribus suis germanis. =Litteram in die sancti Stanislai proxima habet recipere.=

**6811.** *(8)* Nota — Paschco Rpischca de Bedlno IIII[or] marcas ad Pentecosten proximam et IIII[or] marcas ad diem sancti Michaelis proximum et IV $^1/_2$ marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum pro scoltecia in Bolanczyn Katerine relicte Pauli scolteti scoltecie predicte et Nicolao sartori de Cracouia suo nepoti obligauit se bona fide eius soluturum.

**6812.** *(9)* Nota — Wirzchoslaus de Sedlisca fideiussor pro Nicolao de Swiradzicze fideiussoriam manu coniuncta videlicet VII cum media marcas grossorum et XI quartensium marcas cum usura exinde creta duorum annorum iuxta continenciam littere sue Hosmano iudeo Cracouiensi confessus est iudicialiter teneri, expediat se et soluat ad terminos proximos post diem sancti Stanislai proximum.

**6813.** *(10)* Pena — Kachna uxor Alberti de Paschcouicze penam contra uxorem Sigismundi de Michalouicze XV et iudicio XV ac Regalem LXX pro non assignacione intromissionis ville Rudno eidem uxori Sigismundi.

**6814.** *(11)* Nota — Canaan Judeus Cracouiensis veniens confessus est, quod sibi Pelca Gorca de Wissoczicze VIII marcas debiti et unam marcam usure persoluit, et sic a littera, si quam super eisdem pecuniis contra ipsum habet, recessit.

**6815.** *(12) (Cr. II p. 99).* Nota — Wirzchoslaus de Sedliscza unum kmetonem suum soluentem duas marcas de censu in Methnow in XX marcis monete currentis Janconi de Przibislauicze obligauit tenendum in forma. — (l. s.; — soluta). — Idem Janco eidem Wirzchoslao XII marcas grossorum hodie et VIII quartensium ad diem sancti Nicolai proximam habet soluere dictus Wirzchoslaus promisit pro dampno et impedimento. — (l. s.).

**6816.** *(13)* Pena — Budco de Wanczcouicze contra dominam Morzcam subiudicis XV penam et totidem iudicio pro eo, quod intromissionem in area in ibidem non dedit. =Satisfactum pro penis per totum.= (z. p.).

**6817.** *(14)* Nota — Jaschco Rey de Szumsco et Strzesz de Sborow XXX grossorum pragensium tercia die ante diem sancti Johannis Baptiste Nicolao de Marszouicz obligarunt se manu coniuncta soluturos, si non soluerint, tunc alias XXX marcas dampni sibi tenentur ad soluendum, si vero easdem omnes pecunias iterum post duas septimanas sequentes proximas diem predictam sancti Johannis [non soluerint], tunc ipsos idem Nicolaus amonere et dampna quelibet facere habebit super ipsos.

**6818.** *(15)* Nota — Marcus heres de Tursco nunc de Choranszicze confessus est, quod sibi Jaschco Chamecz pro villa Rudno persoluit L[ta] marcas et possessionem ville eiusdem ipsi Jaschconi in totum dedisse.

**6819.** *(16)* Nota — Wlodco de Wroczimirow cras XIIII marcas Mathie de Jurzicouicze fideiubeat, alias sibi tantum soluere tenebitur. =Satisfactum Mathie iuxta ipsius Mathie [relacionem].= (z. p.).

**5820.** *(17)* Pena — Warczislaw kmeto in Czulicze penam (XV iudicio contra Sigismundum de Michalow) et totidem iudicio pro repercussione pingnorum. =Soluit Sigismundo personaliter kmeto.=

**6821.** *(18)* Pena — Wirzchoslaus duas marcas ad terminos proximos et unam marcam ad alios terminos proximos sequentes pro Kachna uxore Alberti de Paschcouicze Nicolao de Lucice procuratori Sigismundi predicti fideiussit soluere, alias debet dare boues secundum ius terre. =Solute; — Wirzchoslaus soluit.= (z. p.).

**6822.** *(19) (Cr. II p. 100).* Nota — Dobrochna relicta Falislai de Kosmicz cum filiis suis eiusdem Falislai natis videlicet Miczcone, Petrassio et Gregorio ac Jacussius patruus ipsorum venientes recognouerunt publice apud Slawconem de Mlosszow heredem XIII marcas pecunie usualis recepisse; easdem super festum Natiuitatis Christi nunc proxime venturum solvere se astringentes; quod si in predicto festo, prout se astrinxerunt, non soluerint, extunc iidem Dobrochna cum filiis suis predictis et Jacussius patruus intromissionem realem in partem hereditatis, que vocatur Stbicowske, ibidem in Mlossz ad ipsos iure hereditario spectantem dare et in perpetuum resignare tenebuntur, pro quibus quidem pecuniis fideiusserunt Woytek et Teodricus heredes de Kozmicz et dampnum, quod ipse Slawco ante festum Natiuitatis Christi predictum haberet, super solam fassionem ipsius Slawconis in ipsos redundabit et insuper predicte partes confesse sunt, quod alias pecunias in alia littera domini Drogomiri iudicis Cracouiensis contentas dictus Slawco in dicta parte hereditatis earum habet et obtinet.

**6823.** *(20)* Pena — Zira de Blazouicz [contumax] contra Strzezonem de Sborow. =Satisfecit pro pena.= (z. p.).

a. *(65) (Cr. IIa p. 202).* Pena — Zira de Blazouicz tenetur *nyestanye* contra Strzezonem de Sborow. =Soluit pro rege VI grossos ad manus Petri de Bolesczicz.= (z. p.).

**6824.** *(21)* Pena — Johannes de Medzwedz contumax in termino peremptorio contra Nicolaum de Campa, quia hodie iurare debuit.

a. *(67)* Pena — Johannes de Medzuedz contumax in termino peremptorio contra Nicolaum de Campa, quia iurare hodie debuit. (z. p.).

**6825.** *(22)* (Pena) — Czader de Zagorze in termino concitato contumax et kmetones sui tres: Stanislaus, Paulus et Bodussz, — capellanos non produxerunt et non conparuerunt contra Potrassium de Sedlecz pro eo, quod kmetones receperunt XVIII pecora et [pro] XL ouibus violenter receptis. =Satisfactum pro pena iudicio.=

a. *(68)* Pena — Czader de Zagorze et kmethones sui tres: Stanislaus, Paulus et Bodussz in termino concitato capellanos non produxerunt et non conparuerunt contra Petrassium de Sedlecz pro eo, quod kmethones receperunt XVIII peccora, et [pro] XL ouibus violenter receptis. =Satisfecit iudicio.= (z. p.).

**6826.** *(23)* (Pena) — Nicolaus Korzekwicza actor contumax contra Florianum de Zarissin pro C marcis fideiussorie in termino peremptorio. =Satisfactum pro pena.=

a. *(69)* Pena — Nicolaus Korzewcza actor contumax in termino peremptorio contra Florianum de Zariszin pro C marcis fideiussorie. (z. p.).

**6827.** *(24)* Pena — Bogufal de Lusczouicze kmeto contumax in termino primo contra Derslaum de Sdzislauicz pro furticinio.

a. *(70)* Pena — Bogufal de de Lusczouicz kmetho contumax in termino primo contra Derslaum de Sdzeslauicz pro furticinio.

**6828.** *(25)* Nota — Stanislaus heres de Potrouicz nomine Hance uxoris legitime sue heredis de Ilicouicze veniens recognouit concordiam inter ipsos Hancam et Jaschconem de Polanynouicze super XX marcis perprius factam esse et ipsam concordiam ratam per omnia exnunc iuxta litteras domini Drogomiri iudicis habet atque tenet, et ipsa Hanca tenet, prout dictus Stanislaus per procuratorem ipsius Hance docuit. — (l. s.; — soluit IIII grossos).

**6829.** *(26) (Cr. II p. 101).* Nota-Fideiussoria — Nicolaus Brzanczek de Czudzinouicze fideiussor pro Wlodcone de Wroczimirowa XIII [marcas] monete currentis (Mathie de) Bartholomeo de Marchoczicze ad quoslibet terminos per (unam marcam) duas marcas sub pena iudicii et alia Bartolomei ac (reagi) regali LXX soluere fideiussit, et reponat easdem apud Dominicum medicum in Cracouia et Wlodco predictus dictum suum fideiussorem accasione premissorum liberare et indempnem reddere se astrinxit. =Satisfactum ut Mathias de Jurzicouicze confessus est.= (z. p.).

6830. *(27)* Ad colloquium-Terminus — Jaschco de Polanynouicze cum Mathia de Jurzicouicze terminum habent pro falsitate littere et data eiusdem littere ad colloquium proximum.

a. *(75) (Cr. IIa p. 202).* Ad colloquium — Jaschco de Polaninouicz cum Mathia de Jurzicouicz terminum habent peremptorium ad colloquium generale proximum pro eo, quod litteram dedit contra ipsum existens camerarius et notarius.

6831. *(28)* Nota — Petrus heres de Jelouicze unam marcam ad diem sancti Stanislai et unam marcam ad diem sancti Johannis Baptiste Jacussio camerario iudicii nostri sub pena XV persoluat, alias nouem marcas ad soluendum ut prius tenebitur eidem.

6832. *(29)* Pena — Nicolaus Omelto et Pechna uxor eius de Kamonca contumaces contra Paschconem de Wroblouicze pro hiis, que continentur in libro domini Nicolai notarii, in termino, quia cum capellano non conparuerunt pro sex centis quercorum et sex centis communium arborum excisorum violenter et pro V marcis penarum receptarum et pro L^ta^ *sczepy* et dampni exinde XX marcis per dictam Pechnam exquassatis.

6833. *(29)* Pena — Paschco de Doluschicze penam XV contra prepositum Johannem de Tyncia et totidem iudicio pro eo, quod non persoluit tres marcas et VIII grossos domino Abbati ibidem hodie, prout se coram Wanchnicone camerario astrinxerat. =Satisfecit omnibus pro toto.= (z. p.).

6834. *(30) (Cr. II p. 102).* Barthco de Marchoczicze pro Jacussio ciue Cracouiensi unam marcam ad terminos proximos iudicio soluere fideiussit sub pena iudicii.

6835. *(31)* Nota — Jaschco de Sobow Nicolao notario et Wanchniconi camerario pro penis petitis unam marcam ad diem sancti Stanislai proximam sub pena XV ipsorum et iudicii persoluere habet. =Satisfactum in totum.= (z. p.).

a. *(82) (Cr. IIa p. 203).* Nota — Jaschco de Sobolow obligauit se Nicolao notario terre mediam marcam et Venceslao camerario mediam marcam super festum sancti Stanislai sub penis cuilibet ipsorum XV et iudicio XV. (z. p.).

*Acta in Cracouia post conductum Pasce proxima feria tercia (d. 16 Aprilis 1398). Termini continuantur post festum sancti Adalberti proxima feria tercia. (Cr. IIa).*

6836. *(19) (Cr. IIa p. 198).* Derszco de Tassicz cum Stanone de Lednicza terminum secundum habent ad terminos proximos pro fertone quolibet sabbato et X marcis dampni, et silua, quam non debuit amittere tamdiu, quousque ordinaret pecuniam ipsius Derszconis.

6837. *(29) (Cr. IIa p. 199).* Miczko de Crziskouicz cum Wrochone de Woyslauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos post festum sancti Stanislai tempore May, medio tempore soluere debet Wroch pecuniam Miczkoni sub penis iudicio XV et Miczkoni XV.

6838. *(33)* Pena — Gregorius kmetho de Kossczeyow penam VI scotorum pro eo, quod cum gladio et non deposito palio ad iudicium venit. =Wilhelmus procurator indulsit ad relacionem Jaschonis Reÿ.= (z. p.).

6839. *(34)* Littera — Gregorius et Jacussius kmethones de Kosczeyow cum Jaschone de Raczslauicz, — Jascho pro maiori habet in iudicio palatini, terminus ad terminos proximos.

6840. *(39) (Cr. IIa p. 200)* Andreas de Czaslaw cum Sethegio de Czirnechow terminum peremptorium habent post festum sancti Stanislai tempore May. — Sethegius debet soluere tres marcas et VI scotos sub XV et VI scotorum. — Item terminum habent peremptorium ad terminos proximos post festum sancti Stanislai tempore May pro dampno XXX marcarum.

**6841.** *(46)* L i t t e r a — Imram de Czulicz litteram debet ponere regis super eo, quod in negociis ipsius fuit, contra Sethegium prepositum Swerzinensem, terminus ad terminos proximos.

**6842.** *(47)* N o t a — In causa prepositi Mechouiensis cum Sigismundo de Michalouicz debet ministerialis in Michalouicz crastina die et iudicium banniri et feria quinta ipse ministerialis debet narrare, utrum cum iure bos fuit receptus. — Item pro aliis omnibus causis terminorum peremptorium habent, — et cum Johanne de Luczicze ad terminos proximos post festum sancti Stanislai tempore May.

**6843.** *(50)* Marcus de Tursko cum Zaclica de Korzkwa terminum habent peremptorium in colloquio generali proximo pro debito iudeorum VI marcarum et dampno quinquaginta marcarum non iudeorum sed aliud.

**6844.** *(55) Cr. IIa p. 201).* P e n a -- Budco de Wanczcouicz penam XV iudicio incurrit ex eo, quod intromissionem domine Morce non dedit in terciam partem kmetonis ibidem in Wanczcouicz, et debet sub pena regali eidem intromissionem dare.

**6845.** *(58)* C o n s t i t u c i o — Uxor Zaclice cum Jaschone Chamecz terminum peremptorium habent ad terminos proximos post colloquium generale pro eo, quod dat maiorem pecuniam L[ta] marcas super hereditatem ipsius et, ipsa sibi non sic obligauit. — Idem uxor Zaclice constituit suum procuratorem Jacussium de Owczari in causa, quam mouet Jaschoni Chamecz in omnem euentum.

**6846.** *(59)* L i t t e r a — Stanislaus Pocos litteram ponet contra Jaschonem de Wirzbno, quod habuit pro maiori in T h a r n o w, terminus post festum sancti Stanislai.

**6847.** *(63)* N o t a — Katherine uxori Alberti Oczosno pena XV per subiudicem est indulsa.

**6848.** *(66) (Cr. IIa p. 202).* P e n a — Stanislaus de Modlnicza contumax actor in termino curie contra Jacussium de ibidem, pro quo ipsum citauerat. =Arrestata.= (z. p.).

**6849.** *(71)* Chaschel iudeus cum Nicolao de Chotlicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, sicud hodie habuerunt sub eadem inscripcione.

**6850.** *(72)* P e n a — Jacussius de Cracouia XV iudicio et Jaschoni de Sobolow XV pro eo, [quod] consortem ipsius Jaschonis in termino peremptorio minus iuste accusauit. =Placatos camerarios habuit cum una marca.= (z. p.).

**6851.** *(73)* N o t a — Item idem Jacussius Jaschonem debet de libro a pena expedire sub penis iudicio XV et ipsi Jasconi XV. (z. p.).

**6852.** *(78)* N o t a — Domini camerarii Katherine Viti de Popouicz penas, quas contra Christinam de Boturzin incurrerat, indulserunt.

**6853.** *(79) (Cr. IIa p. 203).* N o t a — Jascho de Sobolow soluet sex scotos pro pena, quam incurrit contra Jacussium de Cracouia, super terminos proximos sub pena XV. =Sex grossos soluit camerariis, — peticione placauit camerarios cum sex grossis.= (z. p.).

**6854.** *(80)* P e n a — Jascho de Sobolow penas binum XV: unum notario terre et secundum iudicio pro eo, quod dixit: secundario vel iteratis vicibus iudicatis me; — item et Wenceslao similiter. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**6855.** *(81)* N o t a — Jascho de Sobolow obligauit se Bartholomeo de Chelm duas marcas soluere ad terminos proximos sub penis iudicio XV et Bartholomeo XV. =Exsoluit in toto.= (z. p.).

**CCLII. Uwaga.** *(1)* Wencesl. Broda de Marcinouicze cum kmetonib. de Jedlcza term. ad vidend. post coll. (z. p.). — *(2)* Wencesl. de Marcinouicze cum Iwone de Jedlcza term. secund. cum testib. (z. p.). — *(3)* Mart. de Zarogow actor confessus plebano contra Wilczc. de Welikanocz, term. — *(4)* Sandco Sczodrcouicz cum Woytc. de Pancouicz term. peremp. pro sexagena fideiuss, et 3 mar. minus sexagena debiti. — *(5)* Sulco de Zabawa cum Jaschc. de Colaczicz term. peremp. post Stanisl. pro debito iudeorum. — *(6)* Slassz de Racziborzko cum Jasc. de Solecz term. peremp. post Stanisl. — *(7)* Slassz de Raciborzko cum Joh. ibid. term. peremp. post Stanisl — *(8)* Slasz de Raciborzsko cum Sandca uxore Joh. ibid. term. peremp. post Stanisl. — *(9)* Margar. relicta Fochstat de Kazimir. cum Petro rectore de s. Jacobo ibid. term.

pro priuilegio. — *(10)* Miczko de Przibislauicz cum Pechna relicta Francze. de Owczar. term. peremp. pro 6 mar. debiti et 6 mar. damp. — *(11)* Margar. Brunonis de Sobolow capelli contra Miczc. de Falcouicz, term. — *(12)* Jascho de Sarbya cum Miczc. de Falcouicz term. peremp. post Stanisl. — *(13)* Petr., Math. kmet. Spitkonis et ipse Spitko de Chechel cum Marcus., Andr., Tomc., Mart. de Radwanouicz term. peremp. sine dilac. — *(14)* Jacub kmeto de Witoradow trinum XV iudicio incurrit, quod ter pignora Joh. Spiczmiro repercussit in Witoradow; Stanecz Bogute [officialis] — *(15)* Miczko Carbarz de Trzebynya trinum XV iudicio incurrit, quod ter pignora repercussit Dorothee Zuzmitonis de Crac. in Trzebina; Stanecz Boguthe [officialis]. — *(16)* Cristina de Pyassek et testes sui cum Meczsl. de Dalouicz term. peremp. (z. p.). — *(17)* Przeczsl. de Boczcouicz cum Greg. kmet. de paruo Xansz term. secund., quod de villa ipsius recessit non debito tempore cum censu, et 3 mar. pene et sexagena et 3 mar. furti. — *(18)* Jan de Lowina cum Borc. de Tsczenecz term. peremp. post Pentecost. pro $^1/_2$ hered. in Louina per Borc. possessa. — *(20)* Clem. Brun de Grayow cum Jasc. de Falcouicze term. peremp. post Stanisl. — *(21)* Crist. de Tomasszcouicz cum Mich. Pusnik de Scauina term. peremp. post Stanisl. — *(22)* Joh. de Mislimicze confessus capell. contra Mich. Pusznik, term. (z. p.). — *(23)* Machna relicta Mathie de Kazimir. cum Miczc. Wantrobca et kmetonib. suis de Strzelcze term. peremp. post Stanisl. — *(24)* Petirbork et Budco testis Petri cum Woytc. de Parcz term. secund. — *(25)* Swantochna Johannis de Chodow debet dare intromis. in scultec. in uilla Wola Katherine Hanconis de Chelm sub pena regali. — *(26)* Jasco Mleczco de Zarnouicza cum Mart. de Zarogow, Martinus confessus capell., term. (z. p.). — *(27)* Philip. de Mislouicze confessus capell. contra Jasc. de Zarnouicza, term. (z. p.). — *(28)* Kather. Hanconis de Chelm cum Joh. de Chodow term. concit. ad coll., si non conparebit Joh., tunc ad term. post coll. — *(30)* Math. de Poramba cum Bodzanta de Vdorz term. secund. pro wlnere aperto. — *(31)* Janus. Werzingi cum Warsio de Plasszow term. peremp. ad 4 septim. pro fideiuss. iudeor. — *(32)* Luca de Negouecz procurator cum Teodrico actore de Jassyen term. peremp. — *(35)* Jassek de Polaninouicz cum Wisc. ibid. term. peremp. post Joh. Bap. ad concord. uel ad idem faciend. — *(36)* In causa Wirzcoslai et Andr. de Czaslaw terminus post Stanisl. — *(37)* Item iidem pro kmet. term. peremp. post Stanisl. — *(38)* Chaschel iud. cum Kather. Pribconis de Rosprza term. peremp. post Stanisl. — *(40)* Josman cum Jasc. de Buczina et Miczc. de Jodlownik term. peremp. — *(41)* Josman cum Goworc. de Jedlcza term. peremp. — *(42)* Hanca relicta Nicol. Bethner de Crac. cum Carnc. de Polayouicz term. peremp. Item cum Joh. de Medzuecz. — *(43)* Nicol. Brigand de Raciborsko cum Jasc. de Methnow term. peremp. pro debito iudeor. — *(44)* Sandco de Szcodrcouicz cum Przeczsl., Petro, Petras. de Przibislauicz term. peremp. — *(45)* Pechna Imrami de (Czulicz) Rawlouicz confessa capell. contra Setheg. preposit. Swerzinens., term. — *(48)* Gochna Wanchonis de Tassicz cum Nicol. de Kozmicz term. peremp. — *(49)* Sbiszco de Dimlin cum Andr. de Czrzewlin term. peremp. — *(51)* Kather. Alberti Oczosno cum uxore Sigismundi de Michalouicz term. peremp. ad coll., si non fiet, ad term. prox. — *(52)* Uxor Zaklice de Korzkwa cum Marco de Tursko term. peremp. ad coll. pro 70 mar. capit. et 70 damp., pro centum milibus quercuum et ducentis ponderib. rubeti et litteris dotalicii. — *(53)* Wiszco de Bandcouicz cum Miczc. de Raduanouicz term. peremp. post coll. pro capite. — *(54)* Sbiszco de Dimlin cum Zaclica de Korzkew term. peremp. post coll. pro omnib. causis. (z. p.). — *(56)* Josman cum Zegota vexillif. term. peremp. — *(57)* Jan Szado cum Petro et Laur. kmetonib. de Solcza term. peremp. post Stanisl. — *(60)* Swantosl. de Srzenawa cum uxore Miculonis et pueris ipsius ibid. term. peremp. in coll., si non erit, tunc ad term. prox. (pro 56 mar. et damp.) pro eo, quod in litt. ipsius continetur. — *(61)* Nawog. de Damicz, Stanisl. de Wilczcouicz actores cum Mscisc. et eius uxore de Gori term. peremp. — *(62)* Jacus. de Wilczcouicz cum Nawog. de Damicz, Stanisl. de Wilczcouicz, Miczc. de Damicz term. peremp. — *(64)* Bartol. de Wilczcouicz cum

Jacus. ibid. term. peremp. post Pentecost. — *(74)* Domina Smilonis de Belczicz dimisit liberum de term. Nicolaum Bochner zuppar. pro gayo et aliis caus. inter Raysko et Sbigneuiczi. — *(76)* Doroth. et Stachna de Zanderman cum Petras. et Stanisl. de Budziuogiouicze ad vidend. term. — *(77)* Stanisl. de Modlnicza cum Jacus. ibid. term. ad concord. uel. ad idem [faciend.] post Stanisl. = Wszystkich zapisek z 16 Kwietnia w księdze Cr. IIa 82. =

*In Proschouicze feria (tercia) quinta post Quasimodogeniti termini continuantur (d. 18 Aprilis 1398). Post alii ponuntur ad duas septimanas.*

**6856.** *(Cr. II p. 102).* Pena et Nota — Stanislaus heres de Jessow contumax contra Symonem kmetonem de Gramboczyn actorem pro VII capeciis siliginis siue mensuris, quia in termino peremptorio habuit iurare et non conparuit idem Stanislaus. = Satisfactum pro pena iudicio. = (z. p.).

**6857.** Nota — Nicolaus de Czirnechow debitor principalis et Jaschco de Sarbe fideiussor manu coniuncta X½ marcas monete currentis et III½ marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturam Spithconi de Szyrcouicze obligarunt se sub caucione dampni soluturos racione mutui.

**6858.** Nota — Micossius patruus Dominici, Martini, Mathie pueri (s) Petri kmetonis coloni Nemste de Czussow unacum ipsis pueris confessi sunt (s), quod ipsis Petrus Rogonouicz ibidem kmeto pro capite dicti Petri coloni patris dictorum puerorum in totum satisfecit, ipsumque de causa dimiserunt solutum.

**6859.** *(Cr. II p. 103).* Concordia — Raphael de Żydow ex vna et Martinus de ibidem pro omnibus causis hereditatis ibidem arbitros elegerunt certos: dominos Wanchniconem, Jacussium camerarios iudicii, Nicolaum de Czirnechow et Sandconem de Gorca, concordiamque tenere se sub XX marcis submiserunt pro vadio et sub perdicione cause, si quis vnus alteri concordatum non tenuerit; — et iidem domini arbitri pronuncciarunt concordiam inter ipsos in hunc modum: ita quod Martinus sororem suam Margaretam uxorem Raphaelis predicti similiter velud aliam sororem exdotare debet ad Natiuitatem Christi proximam, et id, quod quilibet ipsorum prius tenuit, ita et nunc habeat; — sic itaque omnes cause mote mortue sunt inter ipsos peneque, quas contra se incurrerunt quomodolibet, in nichilum conuerse sunt.

*In Xansch feria secunda in vigilia sancti Adalberti termini continuantur (d. 22 Aprilis 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas.*

**6860.** Nota — Stephanus kmeto de Curoswank dominum Msczugium de ibidem euasit, quia ipse Msczugius contra ipsum noluit iurare pro quadam licencia.

**6861.** Nota — Johannes heres de Chodow Floriano de Zarischin pro centum marcis debiti satisfaciat et expediat infra IIII$^{or}$ septimanas proximas sub pena XV eidem Floriano et totidem iudicio et regali LXX.

**6862.** Nota — Johannes de Chodow nonaginta marcas Piczconi de Radziczow ad terminos proximos fideiubeat et persoluat nulla excusacione obstante.

**6863.** Pena — Jacussius procurator et omnes ac singuli kmetones domini Subcamerarii de (Chocholow) Thopola contumaces in termino secundo contra Wirzchoslaum procuratorem domini palatini Cracoviensis in Kobilnyky pro V liuidis et III$^{bus}$ apertis wlneribus Martino kmetoni datis per ipsos et per violenciam in hereditate ibidem nocturno tempore factam, quia simpliciter et non secundum ius terminum continuaverunt per nuncceium. (z. p.).

**6864.** *(Cr. II p. 104).* Terminus — (Woczech) Nedzalek officialis veniens confessus est, quod Msczugius de Coslow pro parte Nicolai Dul, incipiens iuramentum temptare testium domini Petrassy de Sanczignew, testes de iuramento dimisit et pepercit; — ad interrogandum, quis

penas incurrit, si Msczugius, uel kmeto contra dominum Petrum predictum est in causa culpabilis, pro qua questio.

**6865.** Nota — Msczugius de Coslow confessus est, quod sibi Wirzchoslaus de Sedlisca XVII marcas grossorum debiti, quod sibi tenebatur ad diem sancti Stanislai proximam persoluere, iam in totum persoluit, et litteram eidem Wirzchoslao ad diem predictam restituat.

**6866.** Nota — Cristinus de Manoczicze cum eodem Msczugio pro omnibus causi concordauerunt, et se ipsos de terminis omnibus habitis dimiserunt.

**6867.** Pena — Nicolaus Curta contumax contra Johannem de Chodow pro C marcis fideiussorie in termino primo concitato.

**6868.** Pena — Mathias de Jurzicouicz contumax contra Prandotam de Przelank in termino testium pro centum marcis dampni. =Non ualet contumacia.= (z. p.).

**6869.** Nota — Luthco de Boczcouicze Nedomam actorem de ibidem pro II^bus marcis fideiussorie iure euasit.

**6870.** Pena — Nicolaus de Medzwedz contumax contra Laurencium kmethonem de Curoswank pro straminibus violenter et de oreo receptis et dampno unius marce — in termino capellani et peremptorio. =Pena tantum cancellatur.= (z. p.).

**6871.** *(Cr. II p. 105).* Pena — Paschco de Deschno contumax contra Strzeszcam et puerum eiusdem pro wlnere uno aperto stando in terminis — Bodzconis de ibidem in termino peremptorio; — similiter Florianus de ibidem.

**6872.** Nota — Jarosch de Swanczicze et Stanislaus de ibidem pro una marca et aliis causis habitis in totum concordauerunt et se de terminis dimiserunt.

**6873.** Nota — Nicolaus de Charsnycza tres marcas monete currentis ad tres septimanas pro Jacussio de Tsczicza fideiubendo domino Friczconi procuratori in Xansch obligauit se soluturum, si alias non solverit, tunc sibi sex boues in Xansch habet sub pena XV sua et XV iudicii ac Regali LXX statuere.

**6874.** Nota — Jacobus heres de Swanczicze fideiussor pro Przeczslao Nedoma V marcas minus fertone grossorum et unam marcam quartensium ad diem sancti Nicolai proximum obligauit se Jaschconi de Janouicze soluturum sub caucione dampni. Idemque Przeczslaus dictum suum fideiussorem occasione dictarum pecuniarum se obligauit reddere indempnem. =Dimissi sunt fideiussores.= (z. p.).

*In Cracouia feria tercia in vigilia Philippi et Jacobi apostolorum termini continuantur (d. 30 Aprilis 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas proximas.*

**6875.** *(1) (Cr. II p. 105).* Nota — Nicolaus heres de Czirnechow (XXI marcas monete currentis) racione pannorum XV marcas grossorum latorum et VI$^1/_2$ marcas quartensium cum quinque grossis Johanni Spiczmiri ciui Cracouiensi confessus est teneri, soluat medietatem ad diem sancti Stanislai proximam et aliam medietatem ad diem sancti Wity proximam sub pena regali.

**6876.** *(2) (Cr. II p. 106).* Nota — Johannes aduocatus de Mislimicze veniens confessus est fideiussoriam XVIII marcarum grossorum et quinque marcarum quartensium pro Helwigo de Medzwedza Cristconi, Michaeli aduocato de Scawyna fecisse; expediat et persoluat ad festum Pentecostes proximum sub caucione dampni, ac dampnum iuxta consuetudinem terre refundere debet iuxta fassionem. — (l. s.).

**6877.** *(3)* Nota — Iwan de Jedlcza sex testibus docuit contra Wenceslaum de Marcinouicze heredem in causa, quam kmetonibus sue ville idem Wenceslaus mouebat, quia eadem villa Jedlcza ius theutonicum obtinet.

**6878.** *(4)* (Pena) — Woytek de Parcze penam XV contra Petrum Bork ciuem Cracouiensem (et totidem iudicio), quia uiolenter se

**a.** *(18) (Cr. IIa p. 204).* Pena — Woytek de Parcze penam XV contra Petrum de Cracouia et totidem iudicio, quia uiolenter in-

intromittebat de campo *nywa* trium stadiorum, ut officialis fuit in uisione ibidem in Parcze ipsius Petri, et idem Petrus dictum campum iure per testes acquisiuit in ipso. =Satisfactum pro pena iudicio.= — (l. s.).

tromittebat se de campo *nywa* trium stadiorum, prout officialis fuit in uisione ibidem in Parcze ipsius Petri. =Petrassius de Bolesczicz pro rege recepit IX scotos, ad huc tenetur [Woytek] sex grossos.= (z. p.).

**6879.** *(5)* Nota — Johannes aduocatus de Mislimicze XXXVI marcas grossorum racione certi debiti Hosmano iudeo Cracouiensi confessus est teneri, soluet ad diem sancti Stanislai proxime nunc venturam, si non soluerit, tunc usuram per grossum a marca septimanatim eidem iudeo tenebitur ad soluendum.

**6880.** *(6)* Nota — Wilczco, Msczigneus et Marcissius fratres germani de Welcanocz rei Elizabeth uxorem Martini de Zarogow, Imramum et Pelcam de Mocrzesca sororem et fratres eorum adgeneratos actores pro dotalicio Morzcze (olim) matris eorum, et ipsa Morzca iure euaserunt et sunt in perpetuum abiudicati.

**6881.** *(7)* Nota — Wilczco de Welcanocz duas areas kmetonum suorum cum agris et omni iure ac utilitate ibidem in V grossis et (sedecim) XXIII quartensium marcis Prandote heredi de ibidem in totum obligauit tenendum in forma promittens pro omni impedimento atque dampno de premissis fratrum et matris.

**6882.** *(8) (Cr. II p. 107).* Nota — Johannes de Chodow intromissionem scultecie sue in Vola Mechoviensi in triginta marcis grossorum dare in obligacionem tenendum Katerine relicte Hanconis de Chelm astrinxit se in die sancti Stanislai proxime nunc ventura sub caucione dampni, ac circa fidem et honorem ac sub penis XV iudicii ac Regali LXX.

**6883.** *(9)* Nota — Nicolaus Campsky de Medzwedz Jurconi de Coczonow XVIII marcas acquisitas iudicialiter infra IIII^or^ septimanas sub XV eiusdem Jurconis et alia iudicii ac regali obligauit se soluturum.

**6884.** *(10)* Nota — Boguta Rector ecclesie de Mlinoga actor Kachnam uxorem Woytconis de Passcowca de causa et terminis pro hereditate et dampnis in Rudno ac piscinis et gagys in perpetuum liberam dimisit, pro quibus eam ad iudicium citauerat, abrenunccians omni repeticioni et impeticioni de premissis. — (l. s.; — soluta).

**6885.** *(11)* Nota — Paschco de Doluschicze LXX marcas monete currentis dampni habiti circa non assignacionem intromissionis ville Osseczany iuramento in Petro Hablunk acquisiuit, quarum pecuniarum idem Petrus duas marcas ad duas septimanas usque ad plenam solucionem LXX marcarum eidem Paschconi se obligauit sub XV sua et alia XV iudicii ac regali LXX soluturum, quas penas tunc, quocienscunque duas marcas non soluerit, incurret. — Idem Petrus si non exliberabit intromissionem ville predicte ipsi Paschconi infra sex septimanas, tunc sibi laboratores montanos suos zuppe Bochnensis restituere tenebitur sub penis premissis. — (l. s.; — soluta).

**6886.** *(12)* Inter Nicolaum de Przibislauicze et..(?) relictam Franczconis de Offczary vertente causa pro sex marcis minus uno fertone iudicium decreuit, quod pueri (ipsum Nicolaum pro eisdem) eiusdem Franczconis ipsum Nicolaum pro eisdem pecuniis, cum ad annos discrecionis venerint, nulla prescripcione debent euadere. — (l. s.; — soluta).

**6887.** *(13) (Cr. II p. 108).* Nota — Stanislaus de Wilczcouicze, Nawogius de Damycze et Nicolaus ibidem heredes fideiussores XX marcas grossorum capitalis pecunie et totidem dampni in Msczischcone et Margareta uxore eius de Gory iure acquisierunt, quia dicti Msczischco et uxor eius ad diem terminorum presencium litteram iudicialem de Wisliciensi iudicio pro maiori causa se astringendo reponere in iudicio nostro non reposuerunt contumaciterque parere iuri [non] curaverunt.

**6888.** Nota — Predicti Stanislaus, Nawogius et Nicolaus confessi sunt Jacussio predictam fideiussoriam XX marcarum capitalis pecunie et totidem dampni. =Solutum est ad consensum Jacussii.= (z. p.).

**6889.** *(15)* Pena — Idem penas per sex scotos iudicio remanserunt videlicet Stanislaus, Nawogius et Nicolaus, quia fideiussoriam predicto (Wilczconi) Jacussio de Wilczcouicze confessi sunt. =Ad mandatum camerariorium deletum est.= (z. p.).

**a.** *(39) (Cr. IIa p. 206).* Pena — (Jacussius) Stanislaus de Wilczcouicz, Nawogius de Damicz et Nicolaus de ibidem heredes quilibet ipsorum penas sex scotorum incurrerunt, quia fideiussoriam Jacussio de Wilczcouicz confessi sunt. =Ad mandatum camerariorum est deletum, quia indulserunt.= (z. p.).

**6890.** *(16)* Pena — Budco et uxor eius quilibet penas per XV contra Morzcam de Wanczcouicze et regales XIIII^or: pro repercussione pingnorum uxor, et Budco pro non assignacione intromissionis in parte tercia hereditatis ibidem. =Satisfactum pro penis per totum.= (z. p ).

**a.** *(42)* Pena — Budco et uxor eius, quilibet ipsorum penas XV contra Morzcam de Wanczcouicz et regales: pro repercussione pignorum uxor, — et Budco, quia non dedit intromissionem ın partem hereditatis ibidem.

**6891.** *(17)* Nota — Michael prepositus monasterii Mechouiensis totusque eius conuentus villam ipsorum Vneow alias dictam Kolbasnyk cum omni iure, dominio, utilitate et pertinenciis nichil pro ipsis ibidem reseruando in C et L^ta marcis grossorum pragensium Nicolao notario terre Cracouiensis generali in totum obligarunt, quamquidem villam ad spacium sex annorum se continuo sequencium ab ipso Nicolao non habent eximere, si vero infra spacium sex annorum eorundem a data presentis note ipsum Nicolaum mori contigerit, tunc dicta villa cum pecuniis predictis et omnibus bonis mobilibus et immobilibus ac frumentis seminatis et collectis ad dictum monasterium deuoluetur impedimento cuiuslibet non obstante, si autem ipse Nicolaus post lapsum dictorum sex annorum supervixerit, tunc dictam villam cum omnibus bonis et frumentis premissis tenebit a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi et tamdiu, donec sibi dicte C et L^ta marce per eosdem prepositum et conuentum integre persoluerentur, et iidem prepositus [et conuentus] tunc sibi pecunias easdem restituentes villam ipsorum cum frumentis seminatis rehabebunt, abrenuncciaruntque se exnunc prout extunc dicti prepositus et conuentus ante et post exempcionem ville predicte eundem Nicolaum pro quibuslibet censibus, fructibus et perceptis de dicta villa percipiendis quomodolibet in futurum et in perpetuum iure quolibet spirituali uel seculari inquietare uel impedire, sibi ea, que tunc de presenti et de futuro ibidem perceperit, parcentes coram deo in totum hic et in futuro. — (l. s.) [1]).

**6892.** *(18) (Cr. II p. 109).* Nota — Woytek de Parce satisfaciat pro pena Petro Bork ad terminos proximos.

**6893.** *(19)* Nota — Jacussius de Wilczcouicze (fideiussor) principalis debitor, Wirzchoslaus de ibidem fideiussor pro ipso manu coniuncta quinque marcas monete currentis ad diem sancti Johannis Baptiste proximam Hosmano iudeo Cracouiensi confitentes obligarunt se integre soluturos, si non solverint, tunc sibi usuram ebdomadatim per grossum a marca singulis septimanis tenebuntur ad solvendum tamdiu, donec easdem pecunias sibi persoluent. =Satisfactum est in totum.= (z. p.).

*Acta in Cracouia in uigilia beatorum Phillippi et Jacobi (d. 30 Aprilis 1398). Termini continuantur feria tercia post festum sancti Stanislai tempore May nunc proxime venturum. (Cr. IIa).*

**6894.** *(12) (Cr. IIa p. 204).* Ad colloquium — Prandotha de Przelank cum Mathia de Jurzicouicz terminum habent ad colloquium generale, si non erit colloquium tunc ad termi-

---

[1]) Nad zapiską tą znajduje się następująca uwaga: „Istam notam vide et datam ipsius supra anno etc. VIII⁰ feria tercia proxima post octauam Epiphanie domini, sed prima nota superius in data predicta non valet, vide ergo istam". — Mowa tu jest o wydrukowanej przez nas pod Nr. 6286 p. 443 zapisce.

nos primos post colloquium pro *wstecz*: Prandotha ad camerarios et Mathias ad librum, terminus concitatus.

**6895.** *(15)* Drobni cum Miczkone de Zagorze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro debito, quod continetur in libro iudicis castrensis.

**6896.** *(16)* Ad colloquium — Prepositus Mechouiensis, sui procuratores cum Sigismundo de Michalouicz [terminum habent] pro omnibus causis ad colloquium, si non erit, tunc ad terminos primos post festum sancti Stanislai.

**6897.** *(29) (Cr. IIa p. 205).* Ca^m— Zuszka Jaschonis de Owczari confessa est Petro plebano de Zelonky die terminorum in Owczari contra Jacussium de Owczari, terminus ad terminos proximos pro dampno, quod fecisti Nicolao filio Johannis de Owczari in frumentis, pecoribus et pecudibus et gays XX marcarum, pro equo fideiusso Przibconis domine.

**6898.** *(38) (Cr. IIa p. 206).* Nota — Wenceslaus ministerialis confessus est wlnera aperta uidisse in Marcussio de Radwanouicz, quas Mathias, Petrus et ipsorum coadiutores eidem intulerunt. — Item in Martino quatuor aperta et unum liuidum, per que mutilatus est in manu et pede. — Item in Andrea unum apertum, et in Tomcone unum apertum.

**6899.** *(41)* Pena — Martinus de Zarogow tenetur *nÿestanÿe*, quia non conparuit in causa, in qua Laurencium plebanum Nassanchouicz debuit producere contra Wilczconem de Welikanocz. =Iudicium indulsit.= (z. p.). — Item Wilczco predictus eciam tenetur *nÿestanÿe*, quia cum eodem Martino non conparuit.

**6900.** *(45) (Cr. IIa p. 207).* Pena — Jascho de Sarbya et Miczko de Falcouicz tenentur ambo *nÿestanÿe*, quia non conparuerunt, terminus eorum fuit et est post festum sancti Stanislai tempore May. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**6901.** *(46)* Pena — Martinus de Zarogow tenetur *nyestanye* in causa, in qua Laurencium plebanum de Nassanchouicz debuit producere contra Jaschonem Mleczco de Zarnouicza; non deleuit de libro capellanum. — Item Jascho predictus tenetur *nyestanye*, quia non conparuit contra Martinum predictum; adhuc terminus pendet. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**6902.** *(47)* Testes — Jacussius de Modlnicza ducit testes contra Stanislaum de ibidem pro tribus marcis fideiussorie et tribus marcis, in quibus se obligauit racione predicte fideiussorie: Petrassius de Przibislauicze, Jacussius de Cyanouicz, Thoma de ibidem; — *(Jacosm przitem byl, gdze Jacuss ranczyl trzy grziwni Michalcoui Geboltowskemu zacladu rancogemstwa za Sanislaua a gdibil tego nyepopelnil thyss nasszwanty Marcin, tedi sya poddal pod druge trzy grziwni;* — alii in testimonium); — *Jacosm przitem byl gdze Jacuss ranczyl zastasschca, esz myal thyss poprauicz na swanthy Marcin agdi by tego nyevczinil, tedi Jacuss trzy grziwni Michalcoui ostal astasschek Jacusschoui ty yste trzigrziwni, a pod druge sya mu poddal;* — alii in testimonium, terminus ad terminos proximos.

**CCLIII. Uwaga.** *(1)* Jasco de Medzuedz confessus capell. contra Annam relict. Nicol. Bethner de Crac., term. pro VIII mar. — *(2)* Derszco de Tassicz cum Stano de Lednicza term. peremp. — *(3)* (Josman cum Jacus. Lo) Przeczsl. de Bodzcouicz cum Greg. kmet. de paruo Xansch term. peremp. pro 3 mar. furti et sexagena pene et indebito recessu de hered. cum censu et labore. — *(4)* Christina de Pyaszek confessa capell. contra Meczsl. de Dalouicz; term. (z. p.). — *(5)* Anna relicta Nicol. Bethner de Crac. cum Garnc. de Polayouicz, Garnek confessus capell., term. (z. p.). — *(6)* Strzesz de Sborouicz cum Zira de Wloszouicz term. secund. post Pentecost. pro XL mar. fideiuss. pro 2 equis vectorib. et curru ferrato et X mar. damp. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(7)* Josman cum Jasc. de Buczin et Miczc. de Jodlownik term. peremp. — *(8)* Goworek de Jedlcza confessus capell. contra Josman de Crac., term (z p.). — *(9)* Josman cum Zauissio de Kowale term. secund. pro debito, quod litter. suis declarabit. — *(10)* Chaschel litt. debet ponere in 2 septim. contra Miczc. de Chotlicz. — *(11)* Jacus. de Gdow cum Joh. de Mislimicze term. peremp. pro XL mar. gross. capit. et damp., sine dilac. Joh. personaliter conparebit. — *(13)* Kmitha de Bencouicz cum Crisc. de Witkouicz, Mart. de Sbissicz, Wel-

cone ibid., Stanek ibid. kmetonib. term. secund. post Joh. Bap. pro wlnerib. 6 apert. et mutilac. 3 digit. — *(14)* Luca de Negouecz confessus capell. contra Detric. de Jassyen, term. (z. p.). — *(17)* Josman cum Zegota vexillif. term. peremp. — *(19)* Inter Dorot. de Zandrman et Stachnam de Mechow et inter Petr. et Stanisl. de Budziuogiouicz [terminus] ad vidend., Mart. officialis. — *(20)* Pascho castell. Beczensis cum Nicol. Drogossy de Chroberz term. peremp. — *(21)* Joh. de Chodow litt. regis ponere ad term. contra Petr. de Crac. ciuem. — *(22)* Sandek de Sczodrcouicz cum Przeczsl., Petras. et alio Petras. de Przibislauicz term. peremp. — *(23)* Sandek de Sczodrcouicz cum Woytc. de Pancouicz term. peremp. — *(24)* Kather. Andree de Michalczowa cum Sigism. de Czichawa term. secund. pro intromis. hered. in Slawcouicz ipsius dotalicii. — *(25)* Jascho de Zarnouicza cum Philipo de Mislouicz term. peremp. ad f. s. Mich. pro XL mar. fideiuss. — *(26)* Jascho de Zarnouicza cum Mart. de Zarogow term. peremp. post Pentecost. pro LX [mar.] fideiuss. pro sua uxore. — *(27)* Helena uxor Sigism. de Michalouicz constituit suum verum procurat. Nicolaum de Lucziez contra Kather. Woytconis Oczosno pro omnib. causis et in omn. euentum. — *(28)* Helena predicta cum Kather. Woytconis term. peremp. ad coll., si non erit, ad term. post Stanisl. pro gays et piscinis. — *(30)* Elizabeth Vincency de Granow cum Vichna relicta subcamerarii term. peremp. post Pentecost. pro 2 bobus violent. recept. — *(31)* Spitko de Sedlecz, Petr. et Math, kmetones de Chechel cum Marcus., Jacobo, Tomc., Stachna relicta Andr. de Radwanouicz term. peremp. ad primum f. s. Marie ad concord. uel idem faciend., — si non concordabunt, ad term. post f. s. Marie. — *(32)* Math. de Poramba cum Bodzanta de Vdorz term. peremp. — *(33)* Bodzanta de Vdorz cum Swanszc. de Modlnicza term. peremp. — *(34)* Pascho de Bolanczino cum Slawc. de Mlosszowa term. peremp. — *(35)* Petras. de Chelm Bartolomei procurator cum Zuszka relicta Jasconis de Owczari term. peremp. — *(36)* Margar. relicta Fochstat de Kazimiria cum Petro Rectore de s. Jacobo term. peremp. — *(37)* Jascho de Raczslauicz confessus capell. contra Jacus. et Greg. kmetones de Koszczeyow, term. — *(40)* Dorot. relicta Maczkonis dē Bandcouicz cum Andr. ibid. term. peremp. — *(43)* Miczko de Przibislauicz cum Pechna relicta Franczc. de Owczari tenentur *nyestanye,* quia non conparuerunt. — *(44)* Margar. Brunonis de Sobolow tenetur *nyestanye* in causa, in qua Martinum plebanum ibid. debuit producere contra Miczc. de Falcouicz. Item Miczko predictus tenetur *nyestanye,* quia contra Margar. non conparuit. — *(48)* Andr. de Bandcouicz cum Woytk de Parcz term. secund. pro 3 mar. fideiuss. et damp. — *(49)* Nicol. Brigand de Raciborzsko et Jaschco de Methnow tenentur *nyestanye,* quia ambo non conparuerunt. — *(50)* Miczko de Chechel cum Swanch. ibid. term. secund. pro XX mar. fideiuss. et marca cum VIII scot. census recepti. — *(51)* Gochna Swanchonis de Tassicz et Nicolaus de Kozmicz tenentur *nyestanye,* quia non conparuerunt in term. — *(52)* Sbischco de Dimlin et Andr. de Czrzewlin tenentur *nyestanye,* quia non conparuerunt in term. = Wszystkich zapisek z 30 Kwietnia 1398 w księdze Cr. IIa 52. =

*In Proschouicze feria quinta in crastino sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum termini continuantur (d. 2 May 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas.*

**6903.** *(Cr. II p 110)* Nota — Stanislaus kmeto de Rzandouicze Sbischconem heredem de Dymlin pro XII mensuris frumenti silliginis cum testibus sex iuramento et iure euasit.

**6904.** (Pena) — Wroch de Woyslauicze cum littera et capellano contumax contra Sbigneum de Trunauicze pro tribus marcis grossorum fideiussorie Mleczconis et totidem dampni in termino (concitato) peremptorio. = Satisfactum iudicio pro pena totaliter. =

**6905.** Pena — Malik seruitor Johannis de Medzwedz heredis penam sex scotorum contra Mathiam hospitem in Proschouicze iudicio, quia confessus est sex grossos eidem Mathie. — Idem Malik pro eodem Johanne sex grossos predictos eidem Mathie ad terminos proximos soluat sub pena sex scotorum. (z. p).

**6906.** N o t a — Petrus Chomassa kmeto de Wangrzinouicze fideiussor pro Stanislao de Jessow IIII$^{or}$ mensuras silliginis ad terminos proximos et tres mensuras ad alios terminos sequentes eiusdem silliginis Derslao de Plaouicze obligauit se soluturum sub pena XV partis et XV iudicii ac LXX regali. (z. p.).

**6907.** N o t a — Petrus heres de Budzeyouicze nouem marcas monete Cracouiensis Ade de Janicouicze racione certi debiti confessus est teneri, quas obligauit se ad diem sancti Martini proximam soluturum Ade eidem sub penis XV iudicii et XV ipsius Ade ac LXX regali. =Solutum est in totum.= (z. p.).

**6908.** *(Cr. II p. 111).* N o t a — Johannes de Medzwedz heres VIII marcas monete currentis Cracouiensis Andree heredi de Budzeyouicz confessus est teneri, quas habet soluere ad diem sancti Martini proximam sub caucione dampni. — Idem Johannes sex grossos pene soluat iudicio ad terminos proximos.

**6909.** (P e n a) — Dobco de Wirzbno contumax contra Wrochonem de Woyslauicze pro hiis, que continentur in libro, — in termino concitato. =Satisfactum pro pena iudicio, Wanchnik camerarius mandauit.=

**6910.** P e n a — Woyslaw de Potrcouicze (et Nicolaus Swinca de Damyanicz) tenentur *nestane,* quia ambo contumaces. =Satisfecit Nicolaus pro pena iudicio.=

*In X a n s c h feria secunda proxima post diem sancti Floriani termini continuantur (d. 6 Maii 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas.*

**6911.** N o t a — Martinus et Jacussius filiaster eiusdem heredes de Deschno tres partes agri *nywa* eorum confinantis ville ibidem pro via Lowynsca et pro graniciebus Jacussii palatini Siradiensis videlicet in longitudine unius stadii pro decem marcis grossorum pragensium Timcze heredi ibidem in totum vendiderunt et in forma resignauerunt. — Dicti agri Martinus predictus quartam partem circa viam *lowyna* per se solummodo reseruando. — (l. s.; — soluta).

**6912.** P e n a — Jacussius de Czanstoszouicze contra Drogossium de Kalyna incipiens cum cappellanis terminum in iudicio expedire non expediens nec cappellanos statuens de iudicio discessit, exinde pronunciatur contumax contra eundem Drogossium pro X marcis grossorum fideiussorie. — (l. s.; — soluta).

**6913.** N o t a — Dominus Jacussius de Coneczpole palatinus Siradiensis XLII marcas grossorum et XIIII marcas quartensium ad vigiliam Natiuitatis Christi proximam Jacussio de Potrcouicze obligauit se soluturum racione certi debiti, si non solverit, tunc sibi omnimodam partem hereditatis suam in Deschno cum omni iure tenendum obligauit, alias vero dampna habebit sibi refundere.

**6914.** *(Cr. II p. 112).* N o t a — Jacussius familiaris domine Vrsule de Sladow cum Clemente Czechouiensi pro capite mulieris cuiusdam, pro quo sibi questionem mouebat idem Clemens, concordatus est, et causa est inter ipsos distincta.

**6915.** N o t a — Msczugius heres de Curoswank Nicolaum de Medzwedz pro causis kmetonis unius sui et suis, pro quibus eum citabat, de iuramento solutum dimisit pro quadam videlicet violencia.

**6916.** N o t a — Johannes de Chodow nonaginta marcas grossorum Piczconi de Radziczow ad terminos proximos soluat sub penis XV partis et XV iudicii ac LXX Regali.

**6917.** P e n a — Nicolaus Curta contumax contra Johannem de Chodow pro C marcis grossorum fideiussorie in termino secundo concitato.

**6918.** P e n a — Gregorius procurator eiusdem Nicolai Curta in Wirzchouisca penas contra eundem Johannem XV et iudicio totidem ac Regalem LXX pro repercussione pingnorum [incurrit], Nedzalek officialis prout confessus est.

**6919.** P e n a — Florianus Strugala de Wanchadlow heres contumax contra Dziuissium de Piscorouicze in termino peremptorio pro IIII$^{or}$ ouibus de stabulo furatis.

**6920.** N o t a — Nicolaus Campsky unam marcam Msczugio de Curoswank ad terminos proximos soluat sub pena unius marce.

*In C r a c o u i a feria sexta post diem sancti Stanislai tempore mensis May (d. 10 May 1398). (Cr. II.).*

**6921.** N o t a — Lambertus heres de (Zacrzow) Bobin apud Wilczconem de Zacrzow XL marcas grossorum mutuo concessit, quas habet soluere eidem ad diem sancti Michaelis proximam, si non soluerit, tunc sibi omne dampnum super sola fassione refundere habebit.

**6922.** *(Cr. II p. 113).* N o t a — Msczislaus abbas monasterii Tynciensis suo et tocius conuentus monasterii eiusdem [nomine] cum Stanislao Rosslauicz commutacionem perpetuam inter [se] pro villis videlicet pro Rudno ipsius domini abbatis et pro Wangrzinouicze dicti Stanislai fecerunt ita, quod dictus dominus abbas villam Rudno suam pro villa Wangrzinouicze eidem Stanislao et econuerso suam villam eandem dictus Stanislaus in perpetuum resignarunt et in totum dederunt ac conmutarunt. — (l. s.; — soluta pro Stanislao).

**6923.** Idem dominus Abbas eidem Stanislao decimam ibidem in Rudno suam omnem per octo annos et villam Kargow cum decima ibidem post duos kmetones per quatuor annos tenendum, recipiendum et habendum ac utifruendum assignauit. — Insuper predicte partes dictas villas hincinde ipsis exliberare in omnibus graniciebus habent et se astrinxerunt. — (l. s.; — soluta).

**6924.** P e n a — Johannes de Janouicze penam XV contra Stanislaum de Wroblouicze iudicio [incurrit]. (z. p.).

**6925.** Wirzchoslaus et Johannes heres de Wilczcouicze II marcas et XVI scotos, medietatem grossorum et medietatem quartensium, racione certi debiti ad diem Natiuitatis sancte Marie proxime nunc venturam Hosmano iudeo Cracoviensi et suis posteris legitimis obligarunt se manu coniuncta soluturos unus pro alio fideiubendo, si vero ad diem predictam non solverint, tunc sibi usuram per unum grossum a marca septimanatim tenebuntur ad soluendum tamdiu, donec sibi predictas persoluant. =Satisfactum est in toto.= (z. p.).

*[In C r a c o u i a]. Feria sexta post Stanislai (d. 10 May 1398). (Cr. IIa).*

**6926.** *(Cr. IIa p. 208).* Roslaus de Woyslauicze cum Nicolao Wantrobca de Strzelcze terminum habent post festum sancti Michaelis nunc proxime venturum ad terminos primos ad idem faciendum.

**6927.** Wilczco de Zacrzow cum Venceslao de Marcinouicze terminum habent ad terminos proximos post Penthecosten ad idem faciendum.

**6928.** C o s t i t u c i o p r o c u r a t o r i s — Baran Stassek familiaris Andree de Czrzewlin comisit causam suam, quam habet cum Johanne de Janouicz, in omnem euentum predicto Andree de Czrzewlin. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.).

**6929.** P e n a — Johannes de Janouicze predictus penam iudicio XV incurrit ex eo, quia hereditatem Stanislanislai Baran in Janouicze tenuit violenter. =Ad mandatum subiudicis, quia mediam marcam soluit, — pro rege sex scotos recepi.= (z. p.).

**6930.** N o t a — Jaroslaus de Lossossina Pelcam Gorka de Wissoczicze liberum de terminis dimisit pro causis, prout in libro continentur

**6931.** T e s t e s — Stassek Baran familiaris Andree de Czrzewlin ducit testes contra Johannem de Janouicze super milicia: Modllek de Wroblouicz, Petrassius de ibidem, Brzanczek de Czudzinouicz, Jacobus de ibidem, Jacussius de Cyanouicz, Wenceslaus de Czudzinouicz; duo iurabunt primi: *Jaco wemi, iz Stassek iest nass brat y nassego cleynota y zawolanya;* — alii in testimonium.

**6932.** I n t e r c e s s i o — Johannes de Janouicze intercessit Andream contra Stassconem Baran familiarem Andree de Czrzewlin pro hereditate in Janouicze.

**6933.** *(Cr. IIa p. 209).* Iuramentum — Stanislaus de Bobowa iuramentum faciet contra Jaschonem de Lawszow sic, quod fideiussorem meum expediui, sicut fratres inter nos condictauerunt, terminus ad colloquium proximum.

**6934.** Intercessio — Nicolaus de Olelino intercessit Przibconem de Grodzina a Johanne filio ipsius Nicolai pro hereditate Zigarthouicze.

**6935.** Nota — Vadium centum marcarum positum per arbitros, arbitratores videlicet Dobeslaum subiudicem, Nicolaum notarium, Borconem de Tsczenecz, Prandotham de Przelank ad diuisionem infrascriptam inter Nicolaum de Olelino et Dobconem ac Johannem pueros ipsius, quis ipsorum ipsam diuisionem violaret, (medietatem centum marcarum).... — Centum quinquaginta marcas diuiserunt: ipsi Nicolao LXXV marcas et quatuor pueris ipsius totidem, item Dobconi cum Johanne XXXVII½ et filiabus vltime uxoris totidem et peramplius omnia impedimenta inter ipsos cessabunt sub predicto vadio centum marcarum.

*In Cracouia feria tercia post diem sancti Stanislai tempore May termini continuantur (d. 14 May 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas. (Cr. II.).*

**6936.** *(1) (Cr. II p. 113).* Pena — Petrassius Zabawsky de Falissouicze heres contumax contra Zegotam de Gnoyno actorem pro C marcis fideiussorie et pro intromissione obligacionis in villam Medzwedza, quia in termino peremptorio cum capellano, cui confessus fuit, contumaciter parere iuri minime curauit.

a. *(3) (Cr. IIa p. 209).* Pena — Petrassius Zabawski de Falissouicze heres contumax contra Zegotham de Gnoyno actorem pro C marcis fideiussorie et pro obligacionis intromissione in villam Medzuedza, quia in termino peremptorio cum capellano, cui confessus fuit, contumaciter iuri parere minime curauit.

**6937.** *(3) (Cr. II p. 114).* Nota — Nynota de Karnow et Jacobus de Kobilany manu coniuncta Wernero de Crassow pro Petro Rectore Ecclesie de Lapsczicza et Boxa fratre ipsius de Crzeppen fideiusserunt pro eo, quod iidem Petrus et Boxa partem hereditatis ibidem in Crzeppen eidem Wernero ita, prout vendiderunt coram domino Rege, ad diem sancti Michaelis proximam debent resignare in C marcis, si vero non resignauerint, tunc dicti fideiussores alias C marcas eidem Wernero tenebuntur ad soluendum, pro impedimento indempnem reddendum infra spacium trium annorum.

**6938.** *(4)* Nota — Lucassius procurator domini palatini Lanciciensis de Negouedz confessus est, quod Maczconem [de] Olchowa et Johannem kmethones ibidem cum Derzscone scolteto de Jassen nomine sui domini, palatini predicti, iudicauit, et ipse Dersco coram eodem causam in eisdem kmetonibus obtinuit pro uno caldeari et IIII^or marcis dampni, — et iudicium decreuit, quod idem procurator iusticiam ad finem ita, ut iudicauit, perficiat cum dictis kmetonibus et faciat eidem Derzsconi sub pena XV iudicii.

**6939.** *(5)* Pena — Jacussius Probolo de Modlnicza sex marcas debiti fideiussorie et dampni in Stanislao de Geboltow per testes iure acquisiuit, quia testes dimisit a iuramento idem Stanislaus. — Idem Stanislaus penam sex scotorum iudicio remansit pro premissis.

**6940.** *(6)* Pena — Gregorius, Jacussius kmethones de Cosczeow actores contumaces contra Jaschconem de Jelouicze heredem. =Satisfecerunt pro pena= (z. p.).

a. *(26) (Cr. IIa p. 211).* Penam — Gregorius et Jacussius kmethones de Kosczeyow tenentur quilibet ipsorum *nestanye* contra Jaschonem heredem de Jelouicz et, pro quo ipsum citauerant, perdiderunt. =Ad peticionem prepositi Swerzinciensis procurator indulsit.= (z. p.).

**6941.** *(7)* Nota — Groth de Scorczow et Jancius de Thussyn XXI marcas grossorum pragensium pro Petrassio de Belsco ad diem sancti Michaelis proximam Petrassio de Zagorzicze fideiubendo obligarunt se bona fide eorum soluturos, si non soluerint, tunc sibi dampnum refundere habent, et si se ipsos citare permiserint pro eisdem pecuniis et dampnis, tunc sibi

penam XV et iudicio tantum tenebuntur ad soluendum, et idem Belsky eosdem fideiussores suos promisit de premissis reddere indempnes.

6942. *(9) (Cr. II p. 115).* Nota — Janussius pictor sub castro de Cracovia XX marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam pro domo empta confitens obligavit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi domum, quam emit et in qua sedet, restituere tenebitur cum omnibus edificiis Prandote de Przelank.

6943. *(10)* Nota — Imramus heres de Czulicze villam suam omnimodam Marczinouicze prope Weliczcam cum omni iure, dominio et pertinenciis, nichil pro se reseruando ibidem pro quingentis marcis grossorum domino Wladislao Regi Polonie ad ciuitatem Weliciensem in totum vendidit et in perpetuum resignauit promittens pro dampno et impedimento pro eadem villa dictam ciuitatem indempnem reddere ita tamen, quod matrem, fratres et sorores suos ad faciendum resignacionem ville eiusdem similem ad terminos proximos debet statuere, si vero non statuerit, tunc dampnum eidem domino Regi et consulibus Weliciensibus, super quo ipsi consules iurauerint, refundere habebit.

6944. *(11)* Nota — Meczslaus de Dalouicze (duas marcas ad terminos proximos) et alias duas marcas ad Assumpcionem sancte Marie Cristine de Passek obligauit se soluturum sub pena iudicii. =Soluit duas marcas. — Solutum est per totum.= (z. p.).

6945. *(13)* Nota — Andreas de Udorz heres omnimodam medietatem ville suam ibidem cum omni iure et kmetonibus excepto uno ortulano retro molendinum in C et LX marcis grossorum dotis sororis sue Bodzante de Modlnicza generi suo cum medio prato ante villam, et alia omnia prata communia ibidem obligauit exceptis agris curie sue et excepta tercia parte prati retro curiam, tenendum usque ad plenam exempcionem. — Item *randziny* retro *lang* eciam obligauit et stagna communia ac paludes, quas habet cum fratribus patruelibus ibidem. — Idem Bodzanta C et L[ta] marcas pro dote et dotalicio Machne, sorori ipsius Andree, uxori sue ibidem in eadem obligacione econverso dedit, donauit et assignauit ac indicauit.

6946. *(14)* Pena — Andreas heres de Czasslaw penam XV iudicio contra Wirzchoslaum de Sedlisca pro recepcione census quinque marcarum in kmetone ipsius Wirzchoslai remansit (et totidem eidem Wirzchoslao). =Satisfecit Wirzchoslao et iudicio.= (z. p.).

a. *(59) (Cr. IIa p. 213).* Pena — Andreas de Czaslaw penam iudicio XV contra Wirzchoslaum de Sedliska pro recepcione quinque marcarum census in kmethone ipsius Wirzchoslai (et totidem eidem Wirzchoslao). =Wirzchoslao satisfecit; — satisfecit pro rege cum tribus fertonibus, quos subiudex recepit pro ipso.= (z. p.).

6947. *(17)* Nota — Goworco heres de Jedlcze fideiussoriam viginti marcarum iuxta continenciam littere sue et usuram unius anni confessus est teneri Hosmano iudeo Cracouiensi et suis posteris legitimis, expediat et persoluat ad diem sancti Jacobi proximam, si non expedierit, uel non persoluerit, tunc iterum usuram ab eisdem pecuniis et usuram per grossum a marca soluere tenebitur septimanatim. =Satisfactum est pro toto.= (z. p.).

6948. *(18) (Cr. II p. 117).* Nota — Goworco et Sangneus fratres germani heredes de Jedlcza omnimodam villam eandem ipsorum cum omni iure in forma pro CCCC marcis grossorum domino Petro heredi de Grodzyna in totum vendiderunt et in forma in perpetuum resignaverunt promittentes sibi pro omni impedimento atque dampno iuxta terre consuetudinem. — Idem fideiusserunt pro uxore ipsius Goworconis, quod idem uxor debet venire ad recedendum omni iuri eiusdem ville et renuncciandum in Proschouicze uel in Xansch, alias si non venerit, tunc ipsum dominum Petrum de dampno omni tenebunt [liberare]. =Iam Katerina uxor doti et iuri renuncciauit in Proschouicze.= (l. s.; — soluit IIII grossos).

6949. *(19)* Nota — Marcus heres de Tursco viginti et VIII marcas capitalis pecunie et usuram XI annorum per grossum a marca qualibet septimanatim fideiussorie manu coniuncta confessus est teneri Hosmano iudeo Cracouiensi et suis posteris, iuxta litteram ipsius expediat

et persoluat ad terminos proximos post diem sancti Stanislai tempore autumpni proximam, si non expedierit uel non persoluerit, tunc sibi usuram iterum per grossum medium septimanatim de pecuniis predictis et usura prima tenebitur ad soluendum tamdiu, donec sibi dictas pecunias et usuram persoluat.

**6950.** *(20)* Nota — Boxa filius Jaschconis de Czirnechow veniens in vendicionem hereditatis partis in Strelcze perprius per patrem suum factam in totum et in perpetuum Petrassio de Zagorzicze consensit et eandem vendicionem ratam habet abrenuncciauitque omni iuri et repeticioni ac impeticioni dicte partis hereditatis. — (l. s.).

**6951.** *(21)* Nota — Idem Petrassius eidem Boxe XX marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam obligauit se soluturum sub caucione dampni. =Solutum est in totum.= (z. p.).

**6952.** *(22) (Cr. II p. 118)*. Nota — Andreas de Czasslaw XIII marcas quartensium ad diem sancti Jacobi proximam Wirzchoslao de Sedlisca persoluendo apud dominum Borconem vel apud dominum Spithconem iudicem in castro Cracoviensi reponat sub caucione dampni et sub pena iudicii. =Satisfactum est, et dimisit Wirzchoslaus solutum Andream.= (z. p.).

**6953.** *(23)* Nota — Symco heres de Gora pro XII marcis dampni et pro residuitate capitalis pecunie ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste cum Nicolao de Lucice concordet et satisfaciat ordine meliori, si non satisfecerit vel non secum modo meliori composuerit, tunc sibi post terminos predictos premissa omnia soluere tenebitur.

**6954.** *(24)* Nota — Nicolaus alias heres de Zagorze, nunc scoltetus de Socolnyky, tres marcas quartensium ad diem Assumpcionis sancte Marie proximam pro Marcissio de Igolomia fideiubendo Wirzchoslao de Sedlisca se obligauit soluturum sub pena XV Wirzchoslai et iudicii. — Item Albertus de Cawky similiter tres marcas eidem Wirzchoslao ad diem eandem pro Marcissio soluere fideiussit sub pena XV ut supra.

**6955.** *(25)* Nota — Woytek heres de Parcze tres marcas quartensium pene XV Petrassy Bork ciuis de Cracovia ad manus Jaschconis Mleczco ad terminos proximos obligauit se soluturum sub pena XV alia eiusdem Petrassy et tanta iudicii.

**6956.** *(26)* Nota — Nicolaus et Andreas heredes de Kyany fideiubentes pro Nicolao fratre ipsorum piscinam fodendum et faciendum per dominum Petrum Rectorem Ecclesie medie partis sancti Jacobi de Kazimiria ibidem in Kyany et ad tempora vite ipsius domini Petri tenendum, utifruendum et possidendum ac pisces seruandum et piscandum dederunt, donauerunt et permiserunt, ita tamen, quod mortuo ipso domino Petro eadem piscina ad dictos Nicolaum et Andream devolvetur; — eciam si potest molendinum ibidem fieri, potest ipsum dominus Petrus predictus ibidem construere et habere.

**6957.** *(29) (Cr. II p. 119)*. Nota — Bartek heres de Tranthnouicze $L^{ta}$ marcas pro dote et $L^{ta}$ marcas pro dotalicio Beate uxori sue legitime in omni parte hereditatis sue ibidem in Tranthnouicze dedit, donauit et in forma assignauit. — Item Bartek idem confessus est, quod pro dicta dote scolteciam in Rogow vendens dictas $L^{ta}$ marcas dotis uxoris sue eiusdem ibidem in hereditate Tranthnouicze apposuit.

**6958.** *(30)* Pena — Uxor Budconis de Wanczcouicze penam XV contra Morzcam ibidem et totidem iudicio ac regalem LXX pro repercussione diuisionis hereditatis tercie partis ibidem videlicet lanei.

a. *(99) (Cr. IIa p. 215)*. Pena — Uxor Budconis de Wanczkouicz penas ex eo incurrit, quia intromissionem diuisionis tercie partis *zrzebya* repercussit Morzce relicte Spitkonis, iudicio XV, Morzce XV et regi LXX. =Dederunt ad intromissionem.=

**6959.** *(31)* Nota — Clemens heres de Chechel omnimodam partem suam hereditatis ibidem in Chechel pro XXX et V marcis grossorum Abrahe heredi de Woycowcosczol in totum vendidit et in perpetuum resignauit in forma. — (l. s.; — soluta, et sigilla).

**6960.** *(32)* Nota — Florianus heres de Negowancza omnimodam partem hereditatis ibidem excepta excisione lignorum in silua ibidem in XX marcis grossorum eidem Abrahe de Woycowcosczol obligauit in totum. — (l. s.; — soluta, et sigilla).

**6961.** *(33)* Nota — Janek de Chechel heres VIII marcas grossorum eidem Abrahe de Woycowcosczol in crastino Natiuitatis sancte Marie proximo obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sedecim marcas pariter sibi ad soluendum tenebitur et alias sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta, et sigilla).

**6962.** *(34)* Nota — Judicium decreuit intromissionem partis omnis Budconis in Wanczcouicze per Morzcam de Campanow pro hiis, que in ipso Budcone et uxore sua iure acquisiuit, — capiendum, recipiendum et habendum.

**6963.** *(35) (Cr. II p. 120).* Pena — Zaklica de Corzekwa penas contra Sbischconem de Dymlyn sex scotorum pro *wstecz*, totidem iudicio et aliam sex scotorum pro non solucione XV marcarum et penam XV eidem Sbischconi et totidem iudicio pro eo, quod citabat Sbischonem ad instanciam uxoris sue sine actrice causa sibi non comissa, remansit.

**a.** *(103) (Cr. IIa p. 215).* Pena — Zaclica de Korzkew penas Sbiszconi de Dimlin sex scotorum et iudicio (XV) sex scotorum *wstecznye*. =Regina indulsit per relacionem Iwan procuratoris.= (z. p.).

**b.** *(104) (Cr. IIa p. 216).* Pena — Zaclica de Korzkew penas Sbiszconi de Dimlin XV et iudicio XV pro eo, quod ipsum Sbiszconem ad instanciam uxoris sue citauerat uxore absente sine actore. =Regina indulsit per relacionem Iwan procuratoris.= (z. p.).

**6964.** *(36)* Nota — Johannes heres de Chodow veniens confessus est se teneri XVI marcas grossorum racione mutui Nicolao Curta, soluat ad VIII septimanas sub dampno. Idem Johannes confessus est, quod idem Nicolaus Curta contra ipsum pro L$^{ta}$ marcis, ut supra in libro presenti continetur, iuste accusauit et causam obtinuit, et totidem dampni. — Idem Johannes eundem Nicolaum Curta de penis iudicii *nestane* in libro eodem contentis liberare se astrinxit per terminos ad terminos proximos sub caucione dampni.

**6965.** *(37)* Nota — Johannes de Chodow heres XLV marcas grossorum ad diem sancte Trinitatis proximam Katerine relicte Hanconis de Chelm se astrinxit soluturum, si non soluerit, tunc LX marcas ex integro eidem Katherine et pueris eius tenebitur ad soluendum, et in eisdem LX marcis scolteciam in Wola Chodowsca tunc idem Katerina tenere obligatorio [modo] habebit.

**6966.** *(39)* Nota — Johanes de Chodow heres CXX marcas grossorum Katerine relicte Hanconis de Chelm et pueris eius pro obligacione, quam ab ipso habent, ad festum Natiuitatis Christi proximum obligauit se soluturum sub caucione dampni, quodquod contra ipsum conputabitur, sola fassione et absque iuramento, nulla obligacione euadendo.

**6967.** *(41) (Cr. II p. 121).* Pena — Petrassius de Grzimala alias de Senno actor contumax contra Symconem filium Sulconis olim iudicis Cracouiensis castri pro fideiussoria debiti iudaici.

**a.** *(112) (Cr IIa p. 216).* Pena — Petrassius de Grzimala alias de Sesnno (s) contumax actor contra Simconem de Gora pro debito iudeorum.

**6968.** *(42)* Pena — Stanislaus Pocoss de Odunow contumax contra Jaschconem de Wirzbno pro repercussione pingnorum in Woyslauicz apud Wrochonem, quia litteram pro maiori causa non reposuit in iudicio.

**a.** *(113)* Pena — Stanislaus Pocos de de Odunow litteram, quam debuit ponere contra Jaschonem de Wirzbno, non posuit, — pro repercussione pignorum in Woyslauicz contumax, in eo regi LXX, iudicio XV et Jaschoni XV [incurrit].

**6969.** *(43)* Nota — Zaclica de Corzekwa VI$^1/_2$ marcas penarum et pro equo Sbischconi de Dymlin ad diem sancti Johannis Baptiste proximam se astrinxit soluturum sub pena iudicii, et easdem apud Casperum in Cracouia reponat.

**6970.** *(44)* Pena — Stanislaus Pocoss de Odunow iudicio condempnatur ad soluendum penas Jaschconi de Wirzbno XV et iudicio tantum ac regalem LXX pro repercussione pingnorum.

**6971.** *(45)* (Pena) — Setegius de Czirnechow contumax contra Andream de Czasslaw pro XXX marcis dampni in termino concitato et curie. =Satisfecit pro pena.=

**a.** *(114)* Pena — Sethegius de Czirnechow contumax in termino peremptorio concitato contra Andream de Czaslaw pro XXX marcis dampni et [pena] XV et sex scotorum et alio XV et sex scotorum.

**6972.** *(46)* Pena — Idem Seczech penas eidem Andree binam XV et binam sex scotorum et totidem iudicio pro non solucione penarum, prout se astrinxerat. =Satisfactum pro penis in totum.= (z. p.).

**6973.** *(47)* Pena — Petrus Hablink ciuis Cracouiensis penam XV Paschconi de Doluschicze et totidem iudicio pro eo, quod non soluit duas marcas eidem Paschconi in terminis presentibus, ut se astrinxerat, et penam regalem LXX similiter.

**a.** *(117) (Cr. IIa p. 217).* Pena— Petir Emling de Cracouia penam XV contra Paschconem de Doluszicz, quia duas marcas sibi non soluit, prout [se] obligauerat sub XV et iudicio XV.

**6974.** *(48)* Nota — Andree de Casslaw iudicium decreuit intromissionem hereditatis in Czirnechow recipiendum apud Setegium ibidem pro omnibus in ipso Setegio per eundem Andream iure acquisitis, ut supra continetur.

**6975.** *(49) (Cr. II p. 122).* Pena — Brzanczek heres de Czudzinouicze penas XV Barthconi de Marchoczicze et totidem iudicio ac Regalem LXX pro eo, quod non soluit duas marcas, nec IIII$^{or}$ boues statuit in terminis presentibus, ut se astrinxerat.

**a.** *(119)* Pena — Brzanczek de Czudzinouicz XV Barthconi de Marchouicz et XV iudicio (regi LXX) pro eo, quod non soluit duas marcas, nec quatuor boues statuit in terminis, prout se astrinxerat.

**6976.** *(51)* Nota — Margareta relicta Stephani Panchyrz et Franciscus filius ipsius de Rzessotary villam ipsorum minorem Rzessotary et cum domo predioque ibidem pro sexaginta marcis grossorum pragensium domino Borconi de Tsczenecz et ipsius heredibus cum omnibus utilitatibus in forma vendiderunt et in perpetuum resignarunt, ita tamen quod iidem Margareta et Franciscus filius eius infra septem annos eandem hereditatem propriis et non alienis pecuniis redimere adhuc habebunt atque possunt promittentes eundem dominum Borconem occasione eiusdem hereditatis pro omni [dampno] et impedimento ubilibet intercedere bona fide.

**CCLIV. Uwaga.** *(2)* Bartco heres de Tranthnouicze pratum situat. in Lossoscouicze Rosslao de Woyslauicze vendidit et resignauit promittens pro damp. et impedim. (l. s.). — *(8)* Nynota et Andr. de Carnouicz heredes XVI mar. gross. et V$^1/_2$ quartens. ad d. s. Nicol. Cristconi heredi in Thomasscouicze racione certi debiti obligarunt se solutur., si non soluerint, 3 kmet. censuales in Carnouicze tenebuntur obligare. (l. s.). — *(12)* Nicol. de Olawyn heres XX mar. monete currentis Joh. filio suo racione sortis et diuis. confessus teneri, quas eidem Joh. ad 3 ann. soluat. — *(15)* Sbischco heres de Dimlin 51 mar. gross. ad 4 septim. Andree de Trzewlin obligauit se solutur., si non soluerit, villam Brzostek habet condescendere. — *(16)* Paul. de Doluschicze 3 mar. et 4 scot. a sabbato prox. ad aliud. sabbat. Abbati Tync. obligauit se solutur. sub XV abbatis et iudicii. — *(27)* Woytek de Methnow et Nicol. de Socolniky pen. 3 mar. iudicio pro Marcis. de Igolomia soluere fideiusserunt ad term. prox. sub XV iudicii. — *(28)* Woytek Oczoslo heres de Czulicze 26 mar. ad d. s. Nicol. pro Kachna uxore sua Sigismundo de Michalouicze fideiubendo obligauit se bona fide sub cauc. damp. plenarie solutur. (l. s.). — *(38)* Petr.

Hablink ciuis Crac. causam contra Raphalcam uxor. Tomassy Werzink, pro quibus eundem Petr. citabat, iure obtinuit, et Raphalcam euasit. — *(40)* Joh. de Chodow 12 mar. et fert. certi debiti Petro Hessembark ciui Crac. infra 4 septim. obligauit se soluturum sub XV. — *(50)* Woytek Oczoslo de Czulicz 13 scot. pro Kachna uxore Joh. kmetonis de Rudno soluere se astrinxit ad term. sub pena XV [partis] et iudicii. =Wszystkich zapisek z 14 Maja w księdze Cr. II. 51.=

*Acta in Cracouia feria (secunda) tercia proxima ante domini Ascensionem (d. 14 Maii 1398). Termini continuantur feria tercia post festum sancte Trinitatis. (Cr. IIa).*

**6977.** *(5) (Cr. IIa p. 209).* Spitka Warszonis de Michow Przeczslaum capellanum vicarium de Gothprzidowa per Stanislaum procuratorem de Plasszow de iuramento liberum dimisit, quod debuit facere pro parte Zegothe de Welglow, quem idem Zegotha in colloquio statuere debuit, quia idem Przeczslaus Rome iter arripuit ante colloquium futurum.

**6978.** *(38) (Cr. IIa p. 211).* Nota — Czaslaw de Mocrzesca cum Thomcone de Crzistoporzicze de libro debent deleri, quia concordauerunt; Thomco dedit memoriale.

**6979.** *(41) (Cr. IIa p. 212).* Ca^m^— Michael de Grabye confessus est Stanislao de Lappanow die terminorum contra Morzkam relictam Spitkonis, terminus ad proximos terminos. =Dimissus [capellanus].= (z. p.).

**6980.** *(88) (Cr. IIa p. 215).* Nota — Stassek de Gebolthow cum Jacussio de Modlnicza debent concordari pro eo, quod Jacussius super eodem Stanislao est lucratus, ante terminos proximos sub pena iudicio XV et Jacussio XV.

**6981.** *(90)* Stanislaus de Dupye (cum Wissotha) de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. =Camerarii indulserunt *nyestanye*.=

**6982.** *(106) (Cr. IIa p. 216).* Testes — Prandotha de Neprzesna ducit testes contra Martinum de Igolomia nunc de Gorka: Woytek plebanus de Chronow, Martinus plebanus de Sobolow, Swanszek de Chronow, Gothardus de Nagorzni Chronow, Jascho de Sobolow, Miczko de Chronow; — nullum voluit recipere, qui interfuerunt; — [Rota]: *Jaco(m) pirweÿ pozwal niz trzÿ lata wissla o XXX grziwen,* terminus ad terminos proximos.

**6983.** *(108)* Remissio — In causa Marcissy de Wrocimouicz et domini Strassy Hincza filiaster et alter Hincza cum sorore ipsorum pueri Bliszczonis intercesserunt ipsum Strassz contra Marcissium predictum pro medietate ville Sandzissow et maiori Wola, et remittuntur in Wisliciam, quia sub iurisdicione Wisliciensi iacent hereditates, super colloquium proximum Wisliciensem sancti Martini. (z. p.).

**6984.** *(116) (Cr. IIa p. 217).* Jacussius de Kawki ducit testes contra Nicolaum de Kozmicz super milicia: Roslaus de Surowki, Stanislaus de Sborczicz Sanczek, terminum habent ad terminos proximos.

**6985.** *(118)* Nota — Brzanczek de Czudzinouicz confessus est, quod Jacussius nichil sibi debitus esset, quia fideiussoriam ab eo recepit.

**6986.** *(124)* Pena — Derszco de Tassicz actor cum Stano de Lednicza aduersario ambo tenetur *nestanye,* quia in termino non conparuerunt. =Pro sua parte Dersco satisfecit pro rege cum sex grossis.= (z. p.).

**CCLV. Uwaga.** *(1)* Jacus. Snopek cum Joh. filio Kobyalcze et Marcis. term. peremp. post Joh. Bap. — *(2)* Swantochna relicta Pusczonis cum Femca relicta Jasc. de Sprowa term. peremp. post Mich. — *(4)* Branczek de Czudzinouicze cum Wlodc. et uxore ipsius term. secund. pro 13 mar. fideiuss. coniuncta manu et 30 mar. damp. — *(6)* Andr. de Michalczowa cum Sigism. de Cychawa term. peremp. — *(7)* Joh. de Neswogiouicz cum Joh. preposito s. Mich. term. peremp. post Mich. — *(8)* Joh. predictus cum Newstampo pleb. de OO. SS. term.

peremp. post Mich. — *(9)* Adam de Bernuald cum Katussza Gethce term. peremp. ad coll. pro pueris. — *(10)* Derszco de Tassicz cum Stanisl. de Lednicza term. peremp. post Joh. Bap. — *(11)* Clem. Brun de Grayow cum Jasc. de Falcouicz term. peremp. ad concord. post Joh. Bap. — *(12)* Jacus. vicarius de Medzwedz, quem Jasco ibid. contra Annam relictam Nicol. Bethner de Crac. [statuere habuit], et Jasco idem confessi capellano contra Annam predictam, term. — *(13)* Mart. procurator sanctimonialium de Crac. cum testib. cum Milota de Dobrouicza et uxore term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bap. — *(14)* Jacus. Snopek, Marcis. de Olpicz et Joh. Kobalka cum Nemsta de Slawoszouicz term. peremp. post Joh. Bap. — *(15)* Prand. de Przelank cum Math. de Jurzicouicz term. ad idem faciend. ad coll. concitat. pro C mar. — *(16)* Paschco de Bolanczicz cum Slawc. de Mlosszowa term. peremp. post s. Mich. — *(17)* Milota de Chodinicz cum Petras., Pasc., Nicol. de Slupow term. peremp. ad term. secund. — *(18)* Sandek de Czczicouicz cum Milota predicto term. peremp. post Joh. Bap. — *(19)* Petras. de Igolomia cnm Imramo de Czulicz term. peremp. ad coll. — *(20)* Przeczsl. de Boczcouicz cum Greg. kmet. de paruo Xansz, qui confessus capellano contra Przeczsl., term. — *(21)* Sandco de Sczodrcouicz cum Woythc. de Pancouicz term. peremp. — *(22)* Boguta de Wirzbno cum Zira de Drosicowa term. peremp. ad concord. uel idem faciend. post Joh. Bap. — *(23)* Jacus. de Gdow cum Joh. de Mislimicze term. peremp. ad term. secund.; Johannes personal. conparebit nulla dilac superueniente. — *(24)* Jasco de Sandzissouicz cum Andr. de Kyani term. peremp. ad concord. uel idem faciend. ad term. secund. — *(25)* Gethna de Czudzinouicz cum Miczc. ibid. term. peremp. ad term. secund pro 4 statuis wlgariter *sochy*, 18 tegulis wlgariter *Kozlini*. — *(27)* Josman cum Zegota vexillif. term. peremp. — *(28)* Slassz de Raciborzsko cum Janc. et Sandca uxore ibid. term. peremp. — *(29)* Slassz predict. cum Jasc. de Solecz term. peremp. — *(30)* Kather. uxor Oczozne cum Imramo seniore de Czulicz term. peremp. ad coll., si non erit, ad term. post coll. — *(31)* Margar. relicta Fochstat de Kazimir. cum Petro rectore eccles. s. Jacobi ibid. term. peremp. — *(32)* Jasco de Sarbya cum Miczc. de Falcouicze term. peremp. post s. Jacobi. — *(33)* Pasco Beczensis cum Nicol. Drogosii term. peremp. post Joh. Bap. — *(34)* Prand. de Przelank intercessit Janusium pictor. de Crac. contra Joh. de Chodow pro domo et area, in qua Janussius habitat. — *(35)* Fabian. de Boturzin cum Crzeslawa relicta Petrassii ibid. term. peremp. ad uis. in Boturzin. — *(36)* Joh. de Sarbya litt. ponet capit. Sirad. contra Miczc. de Sarbya, quod coram eo habuit pro maiori, term. — *(37)* Joh. de Chodow cum Prand. de Przelank term. peremp. ad coll. pro 62 palis, *koli*, et hered. — *(39)* Petras. de Sczekoczini cum Msczug. de Kazimir. term. peremp. post. s. Jacobi. — *(40)* Prand. de Neprzesna cum Przeczsl. de Przedancza term. peremp. ad coll. si non erit, ad term. post coll. — *(42)* Marcus. de Pawlicouicz confessus capell. contra Miczc. de Sarbia, term. — *(43)* Adam de Baruald cum Dersc. de Belszouicz concordati sunt, dederunt memoriale, debent deleri de libro. — *(44)* (Sigism. de Michalouicz cum preposito Mechou. term. peremp.). Item cum Johanne de Luczicze ipse prepositus term. peremp. — *(45)* Kanan cum Janus. Werzingi term. peremp. post Joh. Bap. ad idem faciend. — *(46)* Stanisl. de Lancaua cum Scarbc. de Srzanczicz concordati sunt, dederunt memoriale, debent deleri de libro. — *(47)* Jascho de Sarbya cum Jasc. Mleczko de Zarnouicza term. perem. post s. Jacobi. — *(48)* Dorot. de Zadrman et Stachna de Mechow cum Petro et Stanisl. de Budziuogiouicz ad uidend., term. — *(49)* Josman cum Zauissa de Kowale term. peremp. post Joh. Bap. — *(50)* Josman cum Chocimir Garnek de Polayouicz term. peremp. post s. Jacobi. (z. p.). — *(51)* Josman cum Machna Dziuisii de Preczslauicz term. peremp. post Joh. Bap. — *(52)* Joseph iud. cum Margar. relicta Iliconis de Nesscouicz term. peremp. — *(53)* Josman cum Hanus. Werzingi term. peremp. — *(54)* Abbas Tinc. cum Petras. de Caueczin et Przeczsl. de Opathcouicz term. peremp. post Jacobi pro prearac. granicierum in Opathcouicze. — *(55)* Sulco de Methnow confessus capell. contra Philip. de Brzezina in term. concit., term. — *(56)* Hanus Werzingi cum Warsio de Michow term. peremp. post Jacobi pro debito iudeorum. — *(57)* Przibco

de Srzanczicz cum Boguska ibid. term. ad uidend., visio in Srzanczicz. — *(58)* Abbas Tinciensis cum Jacus. Kuropathwa term. peremp. post Jacobi pro prearac. granicierum in Opathcouicz. Item cum Petras. de Opathcouicz pro eodem. — *(60)* Josman cum Christ. Sandecensi term. peremp. post Mich. pro fideiuss., quam litteris docebit. — *(61)* Wencesl. de Tassicz cum Stanisl. de Surowki term. secund. pro XX mar. dotis. — *(62)* Petras. de Wilczcouicz cum Swantosl. de Waganouicz concordati sunt, Swantoslaus dedit memoriale, [debent] deleri de libro. — *(63)* Sbign. Episcop. de Wola cum Michalc. de Grabye term. peremp. post Jacobi. — *(64)* Math. de Poramba cum Bodzantha de Udorz term. peremp. ad term. secund. pro I wlnere aperto cruentato. — *(65)* Sbisco de Dimlin cum Zaclica de Korzkew et uxore ipsius term. peremp. post Joh. Bap., Zaclica capellanum ducet, cui confessus est. (z. p.). — *(66)* Johannes Szado de Bolow et colonus suus Swanch cum kmetonibus Johannis de Neswogiouicz term. peremp. — *(67)* Josman cum Wirzbanta de Branicze term. peremp. ad term. post Joh. Bap. — *(68)* Jasco de Wirzbno cum Wrochone de Woyslauicz term. curie concitatum peremp. pro pecunia in libro contenta et iure acquisita. — *(69)* Josman cum Miczk. Penazek de Iwanouicz term. peremp. post Mich. — *(70)* Wencesl. de Marcinouicz confessus capell. contra kmetones de Jedlcza. (z. p.). — *(71)* Iwan de Jedlcza cum Wencesl. de Marcinouicz term. secund. pro eo, quod kmetones suos de iura teutonico ad ius polonic. [traxit]. (z. p.). — *(72)* Msczisco de Gori confessus capell. contra Wencesl. de Lubochow, term. = dimissus. = (z. p.). — *(73)* Petrasius de Przibislauicz confessus capell. contra Sandc. de Sczodrcouicz, term. — *(74)* Sandco predictus cum Przeczsl. et Petras. de Przibislauicz term. peremp. — *(75)* Josman cum relicta Hanconis de Chelm term. peremp. post Joh. Bap. — *(76)* Josman Goworconem de Jedlcza liberum de terminis dimisit, debent termini ipsorum deleri de libro. — *(77)* Hanca uxor Zaclice de Korzkwa cum Marco de Thursko term. peremptorium post Joh. Bap. — *(78)* Marco de Thursko cum Zaclica predicto term. peremp. post Joh. Bap. — *(79)* Drobni cum Wirzchoslao de Sedlisca term. peremp. post Joh. Bap. — *(80)* Chaschel cum relic. Przibconis de Irzanz term. peremp. post Joh. Bap. — *(81)* Stanisl. de Wilczcouicz, Nawogius, Miczko de Damicz cum Msczisc., Margar. eius uxore term. concit. peremp. — *(82)* Pasco Wangrzin de Sossnouicz cum Adam de Brzesnicza term. ad uidend. — *(83)* Bogutha de Rudno heres, Kather. uxor Alberti Oczosno cum Zaclica de Korzkew term. peremp. post coll. — *(84)* Josman Martinum de Thursko de term. liberum. dimisit et dedit memoriale, debet deleri de libro. — *(85)* Wroch de Woyslauicz ante term. prox. debet liberare Miczc. de Crzizcouicz de debito iudeorum, et que in libro continentur, sub pena iudicio XV et Miczkoni XV. — *(86)* Hanca uxor Zaclice Jasconem de Rudno liber. dimisit de term., debet deleri de libro. — *(87)* Nicol. de Medzuedz cum Msczug. de Kuroswank, Sethegio de Crczanczin pleb. term. peremp. ad coll. pro heredit. — *(89)* Stanisl. de Dupye cum Wencesl. *Goli* ibid. term. peremp. — *(91)* Pascho de Dolussicz cum Gothfrido abbate de Wanchoczsko term. peremp. post Joh. Bap. — *(92)* Andr. de Methnow cum Bernardo de Mocrzeska term. peremp. post Joh. Bap. pro uia. — *(93)* Wirzchosl. et Andr. de Czaslaw sunt concordati, Andr. dedit memoriale, debent deleri de libro. — *(94)* Smerlin iud. cum preposito Swerzinc. term. secund. — *(95)* Petras. aduocat. Bochnensis debet statuere Mart. scult. condam de Kobile contra Boxam Lucouiens. intercessor. pro eadem scultecia, term. — *(96)* Jasco de Neprouicz constituat Miczconem fratr. contra Sulc. de Sulcow, term. post Joh. Bap. — *(97)* Pasco Wangrzin de Sossnouicz cum Sulc. de Brzesnicza, Sulco litt. obligatoriam ponet, term. — *(98)* Mich. Pusznik Johannem de Mislimicze de term. liberum dimisit, Joh. dedit memoriale. — *(100)* Chaschel cum Nicol., Stanisl. de Chotlicz term., Chaschel litt. ponet, quam hodie debuit ponere. — *(101)* Strzechna Miculonis de Bala confessus capell. contra Swantosl. de Adamouicz, term. — *(102)* Cristek de Thomasszcouicz Michaelem Pusznik liberum de term. dimisit. — *(105)* Nicol. Irpiska de Luczicze cum Jasc. Pusdro de Raczlauicz term. secund. pro uia septa. — *(107)* Jacus. de Owczari

cum Iwone de Wiwla term. secund. curie pro eo, quod non wlt. de kmetone cedere super eo iure acqusito in Cyanouicz. — *(109)* Prand. de Neprzesna cum Woytk. de Methnow ad uidend. term. pro prato et pomorio; Gregorius Mali ministerialis. — *(110)* Prand. de Neprzesna cum Helena uxore Woytk. de Methnow term. peremp. ad term. secund. — *(111)* Jacus. de Kawky cum Woytk. de Methnow term. peremp. — *(115)* Stanisl. de Modlnicza cum Jacus. ibid. term. peremp. ad interrogand. — *(120)* Miczko de Chechel actor et Swansco ibid. aduersarius, ambo tenentur *nestanye*, quia in secundo term. non conparuerunt. — *(121)* Andr. de Bandcouicz actor et Woytko de Parcz aduersarius, ambo tenentur *nestanye*, quia in secund. term. non conparuerunt. — *(122)* Bodzanta de Udorz actor cum Swansc. de Modlnicza aduersario, ambo tenentur *nestanye*, quia non conparuerunt. — *(123)* Josman actor, Jascho de Buczin, Miczko de Jodlownik aduersarii in term. peremp. non conparuerunt, tenentur *nestane*. = Wszystkich zapisek z 14 Maja w księdze Cr. IIa 124. =

*In Prossouicze feria quinta ipso die Ascensionis domini termini continuantur (d. 16 Maii 1398). Alii positi sunt in crastino Corporis [Christi] proximo.*

**6987.** *(Cr. II p. 122).* Nota — Martinus filius Barthconis heres de Zydow nobilitatem suam contra Petrum heredem de Jelouicze vituperantem eundem per litteram Andree de Wawrouicze olim subiudicis castri Cracouiensis conpurgauit et de eadem nobilitate docuit, se de clenodio *Strzemen* nominando esse et fieri, de proclamacione *Lawschowa*. — (l. s.).

**6988.** Pena — Stanislaus Jezowsky penam iudicio XV, quia sex pecora et tria iumenta ad fideiussoriam Jacussio Lonsczǫ de Cowale noluit dare, prout (Coczel) Cosszuch officialis confessus est. = Satisfactum pro pena = (z. p.).

**6989.** Nota — Swanchna uxor legitima Thomislai heredis de Curoswank L^ta^ marcas dotalicii sui in totali parte hereditatis ibidem in Curoswanky sibi alias iuxta tenorem littere domini Spithconis palatini et capitanei Cracouiensis assignatas Nicolao Campsky de Medzwedz et suis posteris legitimis in perpetuum dedit, donauit et cum effectu assignauit.

**6990.** *(Cr. II p. 123).* Nota — Tomislaus heres de Curoswank LX marcas grossorum in totali parte hereditatis sue ibidem in Curoswank Nicolao de Medzwedz dicto Campsky dedit, donauit et cum effectu assignauit, ita tamen, quod eandem hereditatem Curoswank ipse Nicolaus tenebit et habebit ac utifruet tamdiu, donec sibi dicte LX marce per proximos ipsius Thomislai fuerint persolute.

**6991.** Nota — Jancius Zambr heres de Thussyma L^ta^ marcas grossorum pragensium apud Stephanum Mruk de Geboltow racione mutui debiti confessus est recepisse, quas habet soluere eidem ad diem sancti Nicolai proximam, si non soluerit, tunc eidem villam suam Lubszyna in eisdem obligauit, alias dampnum sibi refundendo et pro dampno et impedimento cauendo. — (l. s.; — soluta, et pro sigillis).

**6992.** Nota et (Pena) — Jaschco kmeto de Stogneouicz causam pro II$^1/_2$ marcis in Woythcone molendinatore in Byscupicze iure obtinuit, quia idem molendinator per nunccium continuauit terminum, et tandem in hospicio per ipsum Jaschconem cum officiali Cossuch est arrestatus.

**6993.** Nota — Derslaus heres de Srzenawa duos kmetones in Lubnicze, quos obligauit in XXX marcis ad diem sancti Nicolai proximam, eximat Stiborio heredi ibidem de Lubnicze, si non exemerit, tunc sibi dampnum habendum occasione premissorum refundere tenebitur. — Idem Derslaus III^es^ marcas eidem Stiborio infra IIII^or^ septimanas proximas et sex marcas ad diem sancti Michaelis proximam obligauit se soluturum sub pena XV iudicii et alia XV partis ac regali LXX.

**6994.** Nota — Petrus de Czayanczicze tres marcas minus nouem scotis pene petite et acquisite iudicio ad terminos proximos obligauit se soluturum sub penis XV iudicii et LXX regali. (z. p.).

**6995.** *(Cr. II p. 124).* Pena — Domina Miclussy de Rudno contumax contra Smychnam Scorzyna de Proschouicze pro nouem scotis et pro *hachtel* non restituto in termino (concitato) peremptorio.

*In Xansch feria secunda post Ascensionem domini termini continuantur (d. 20 Maii 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas.*

**6996.** Pena — Nicolaus Curta heres de Wola penam binam XV iudicio et binam XV Allexandro notario pro eo, quod ipsum Allexandrum vituperauit in iudicio dicens bis sibi: non scripsisti de iure terminum peremptorium; — et idem Allexander iuramento se expurgauit.

**6997.** Nota — Stephanus heres de Tsczicza L^ta^ marcas vadii et LX currus sepis wlgariter *plotu* in Nicalao Curta de Wola pro *fstecz* ad librum et per terminum peremptorium iudicialiter acquisiuit, quia eundem Stephanum adiuuauit liber in recursiua wlgariter *fstecz*. — (l. s.; — soluta).

**6998.** Pena — Idem Nicolaus eidem Stephano penam XV et sex scotorum ac iudicio totidem remansit, quia dabat cidere rubetos in gagyo Stephani in Jaworznyky violenter et non habens de iure. — Idem Nicolaus Curta penam per sex scotos a quolibet curru sepis cisi eidem Stephano et totidem iudicio.

**6999.** Pena — Nicolaus Curta predictus veniens in equis ad iudicium eidem Allexandro notario minas de interficiendo inposuit, exinde ad penas iudicio XV et regalem LXX condempnatur; et propterea iudicium dispersum est et surrexit, — ac Allexandro penam XV. — Item similiter Stephano de Tsczicza minas imponebat et ad penas similiter condempnatur XV iudicio et LXX Regalem ac Stephano XV penam similiter remansit.

**7000.** Pena — Idem Nicolaus Curta penas XV eidem Stephano et XV iudicio ac LXX Regalem, quia ipsi Stephano L^ta^ marcas et LX currus rubetorum supra in ipso acquisita non fideiubens, nec secum conponens pro eisdem de iudicio discessit illicenciatus.

**7001.** *(Cr. II p. 125).* Pena — Idem Nicolaus Curta penas XV Allexando notario predicto et iudicio XV ac Regalem LXX remansit, quia eidem Allexandro predictas binas XV racione vituperii superius scriptas non fideiubens, nec secum conponens pro eisdem de iudicio illicenciatus et rebelliter discessit.

**7002.** Nota — Andreas Schischca fideiubendo pro Jacobo fratre heres de Crczanczicze septem kmetones suos in Wola Pyolunowa in XXXI marcis grossorum pragensium Marcissio de Olpicze obligauit tenendum a Natiuitate ad Natiuitatem Christi in forma promittens pro dampno et impedimento.

**7003.** Nota — Ursula de Sladow Johannem de Polanynouicze pro Barthcone kmetone et pro una vacca, pro XXIIII scrophis et pro LX capeciis frumenti per concordiam euasit et est concordata in perpetuum.

**7004.** Nota — Drogossius de Kalyna (et Bernardus de Kowalouicze) fideiussor solus pro Petrassio de ibidem XI marcas grossorum ad Natiuitatem Christi proximam sub caucione dampni obligauit se soluturum nulla obligacione euadendo. — Item idem Petrassius eundem Drogossium liberare se similiter astrinxit sub caucione dampni. — (l. s.).

**7005.** Nota — Marcissius heres de Zarogow decem marcas monete currentis ad diem sancte Trinitatis proximam racione certi debiti Bernardo de Cowalouicze obligauit se soluturum, si non soluerit ad diem prefixam, tunc alias decem marcas sibi ad soluendum tenebitur et alias de omni dampno cauendo.

**7006.** Nota — Gregorius, Wenceslaus scolteti de Wola Podlessca fideiubendo pro Paulo, Paschcone... (zapiska nieskończona).

*In Cracouia feria tercia proxima post diem sancte Trinitatis termini continuantur (d. 4 Junii 1398). Alii positi sunt ad XIIII^or^ dies. (Cr. II).*

**7007.** *(1) (Cr. II p. 126).* Nota — Stanislaus heres de Chronow ad medietatem partis hereditatis omnis ibidem in Chronow tam paterne quam acquisite quomodolibet Bernardum

fratrem suum germanum in perpetuum admisit faciens ipsum Bernardum, similiter sicut se ipsum, porcionem equalem in tota parte hereditatis ibidem videlicet in molendino, in silua et in aliis pertinenciis perpetuo obtinere. — (l. s.; — soluta).

7008. *(2)* Nota — Stanislaus heres de Sweborowycze LX marcas dotis et XX marcas dotalicii in medietate partis hereditatis sue ibidem in Sweborouicze Ossancze uxori sue legitime assignauit in forma iuris. — (l. s.; — soluta, [soluit] VI grossos).

7009. *(3)* Terminus — Imramus de Czulicze cum consulibus Weliciensibus terminum habent ad congnoscendum ipsis omnem veritatem in facto vendicionis ville Marczincouicz ipsius Imrami ad presenciam domini Clementis vicecancellarii et ad aduentum eiusdem.

7010. *(4)* Nota — Idem Imramus Helenam matrem, Johannem fratrem, Katerinam et Hancam sorores uterinas ad iudicium iuxta, ut se in termino astrinxerat, adduxit, que mater omni iuri dotis et dotalicii, quodquod habuit in Marczincouicze villa per Imramum predictum domino Regi ad ciuitatem Weliciensem vendita renuncciauit, et predicti Johannes, Katherina et Hanca in vendicionem ville huiusmodi consencientes ipsam similiter ut supra vendiderunt et resignarunt.

7011. *(5)* Nota — Consules Welicienses eidem Imramo pro dicta villa ducentas marcas grossorum pragensium ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturam et CL$^{ta}$ marcas grossorum ad aliam diem sancti Nicolai proxime affuturam sub caucione dampni obligarunt se soluturos, et matri ac fratribus ipsius Imrami similiter. — Idem Imram confessus est, quod sibi iam dicti consules unum equum pro XIII marcis et unum stamen panni Tynciensis pro XII marcis persoluerunt in totum.

7012. *(6) (Cr. II p. 127).* Pena — Johannes de Janouicze binam XV iudicio et binam XV Stanislao de Wroblouicze, ac contra Modlconem binam XV et iudicio tantum penas remansit pro duplici vituperio. =Satisfecit omnibus.= (z. p.).

7013. *(7)* Idem Stanislaus et Modlnek circa nobilitatem eorum remanserunt per sentenciam iudicii, qui contra Johannem predictum [se esse] de clenodio *Stremen* et de proclamacione *Lawszowa* docuerunt. — (l. s.; — soluta, pro Stanislao).

7014. *(8)* Nota — Wirzchoslaus de Sedlisca fideiussor pro Nicolao de Lucicze tres marcas pene ad tres septimanas proximas domino Dobconi subiudici obligauit se soluturum sub caucione dampni; idem Nicolaus ipsum Wirzchoslaum promisit occasione earundem marcarum indempnem reddere. (z. p.).

7015. *(9)* Nota — Kaskel iudeus Cracouiensis XV$^{1}/_{2}$ marcas debiti principalis in Nicolao de Chothla per litteram iure acquisiuit, sed pro usura terminum habent ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste videlicet ad interrogandum et ad adiffiniendum, si ipsa annorum iuxta litteram, uel duorum annorum iuxta Statuta tantum solui debet.

7016. *(10)* Pena — Martinus Scoltetus de Krig penam XV iudicio contra Boczcam Lucowsky pro eo, quod intercedens Petrassium aduocatum Bochnensem noluit respondere. =Satisfecit iudicio pro pena.= (z. p.).

a. *(30) (Cr. IIa p. 219).* Martinus scultetus de Krig intercessit Petrassium aduocatum Bochnensem pro XXX marcis dampni contra Boczcam Lucouiensem.

b. *(31)* Pena — Idem Martinus iudicio XV et Boccze XV, quia intercedens Petrassium noluit respondere. =Camerarii indulserunt.= (z. p.)

c. *(32)* Boczka predictus iurabit super triginta marcas, terminus ad terminos proximos, — contra Martinum predictum.

7017. *(11)* Johannes aduocatus de Mislimicz fideiussor pro Petrassio aduocato de Bochna tres marcas ad tres septimanas pene eidem Boczcze sub pena iudicii obligauit se soluturum.

7018. *(12)* Nota — Idem Boczcza scolteciam in dicto Petrassio aduocato Bochnensi et Martino scolteto predicto, scolteciam in Kobile, per litteras iure acquisiuit.

7019. *(13) (Cr. II p. 128).* Pena — Johannes heres de Medzwedz cum duobus capellanis termino non conparuit, pronunciatur contumax contra Hancam relictam Nicolai Bethnar de Cracouia pro VIII marcis monete currentis in termino peremptorio.

a. *(76) (Cr. IIa p. 223).* Pena — Johannes heres de Medzuedz cum duobus capellanis termino non conparuit, pronunciatur contumax contra Hancam relictam Nicolai Bethner de Cracouia pro VIII marcis monete currentis in termino peremptorio. =Ad mandatum Johannis castellani Cracouiensis.= (z. p.).

7020. *(14)* Nota et terminus — Pecz de Przeluczsco docens de procuratorio et ipsum procuratorium exhibens nomine domine iuvenis de Pilcia litteram domini Spithconis iudicis castri Cracouiensis repositam iudicio pro parte Wichne de Poramba vituperauit; terminum habent ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste ad idem faciendum.

7021. *(15)* Pena — Msczisco et Margareta uxor eius contumaces contra Nawogium de Damycze et Nicolaum ibidem ac Stanislaum de Wilczcouicz pro XX marcis et pro XX marcis dampni fideiussorie in termino concitato et peremptorio. — (l. s.; — soluta).

a. *(77)* Pena — Msczisco et Margaretha uxor eius contumaces contra Nawogium de Damicze et Nicolaum de ibidem ac Stanislaum de Wilczcouicz pro XX marcis et totidem dampni fideiussorie in termino concitato, peremptorio.

7022. *(16)* Nota — Nicolaus Neleppa heres de Radwanouicze Wischconem heredem de Banthcouicze pro capite Nicolai interfecti, fratris germani ipsius Wischconis, iure et iuramento euasit.

7023. *(17)* Nota — Wirzchoslaus heres de Wilczcouicze XVIII scotos Hosmano iudeo Cracouiensi ad diem sancti Michaelis proximam obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc unam marcam sibi tenebitur ad soluendum. =Satisfactum est.= (z. p.).

7024. *(18)* Nota — Swantochna relicta Jaschconis de Gorzcow omnimodam partem hereditatis sue tam paternam quam maternam ibidem Margarete filie Gnewomiri de Witow in perpetuum dedit, donauit, assignauit et resignauit in forma protestando, quod nunquam alteri resignabat.

7025. *(19)* Nota — Nicolaus Campsky VIII. marcas grossorum debiti et VIII marcas dampni ad duas septimanas proximas sub pena supra scripta Jurconi de Coczanow obligauit se soluturum.

7026. *(20) (Cr. II p. 129).* (Pena) — Jaschco Pusdro de Raczslauicz contumax contra Nioolaum de Lucice pro via sepita et taberna in ipsa violenter facta in termino secundo. =Satisfactum est pro pena.=

a. *(78) (Cr. IIa p. 223).* Pena — Jascho Pusdro de Raczslauicz contumax contra Nicolaum de Luczicze pro via sepita et thaberna in ipsa violenter facta in termino peremptorio. =Wilhelmus procurator indulsit.= (z. p.).

7027. *(21)* (Pena) — Wroch de Woyslauicze contumax contra Paschconem de Doluschicze pro recepcione (ad) per corulum ad librum: in causa domini abbatis de Tyncia. =Satisfactum iudicio pro pena totaliter.=

a. *(79)* Pena — Wroch de Woyslauicz contumax contra Paschonem de Dolusszicze pro recepcione ad corulum ad librum.

7028. *(22)* Pena — Paschco scoltetus et Kusch de Bibicze pro capite Nicolai ibidem et tribus wlneribus contumaces contra Johannem de Xangnicze in termino primo.

a. *(80)* Pena — (Pascho), Kusch scultetus de Bibicze pro capite Nicolai de ibidem et tribus wlneribus contumaces contra Johannem de Xangnicze in termino peremptorio. =Camerarii in iudicio sedentes indulserunt.=

7029. *(23)* Pena — Setegius de Czirnechow contumax contra Andream de Czasslaw

a. *(81)* Pena — Sethegius de Czirnechow contumax contra Andream de Czaslaw pro non

pro non assignacione hereditatis ibidem in termino concitato.

assignacione hereditatis ibidem in termino concitato.

7030. *(24)* Pena — Procossius de Balicze et Setegius de Gora contumaces contra Hosmanum iudeum pro debito fideiussorie, quantum per litteras iudeus ostenderit.

a. *(82)* Pena — Procossius de Balicze et Sethegius de Gora contumaces contra Hosmanum iudeum pro debito fideiussorie, quantum per litteras ostenderit.

7031. *(25)* Nota — Stanislaus heres de Dupe causam pro LX grossis et pro medio aree rapte *zagon* in Wissota de ibidem obtinuit.

7032. *(26)* Pena -- Marcissius de Igolomia actor contumax contra Szadonem de Bolow pro hiis, pro quibus eum citauit.

a. *(83)* Pena — Marcissius de Igolomia actor contumax contra Szadonem de Bolow pro hiis, pro quibus ipsum citauit.

7033. *(27)* Pena — Stanek de Dupe contumax contra Offcam Nicolai ibidem pro VI wlneribus liuidis et pro calaphizacionibus et pro scropha *bidlna*.

a. *(84) (Cr. IIa p. 224)*. Pena — Stanek de Dupe contumax contra Offcam uxorem Nicolai de ibidem pro VI wlneribus liuidis et pro colaphizacionibus, pro scropha *bidlna*. =Camerarii indulserunt.= (z. p.).

*[Cracouie] feria quarta sequenti (d. 5 Junii 1398). (Cr. II.).*

7034. *(1)* Nota — Swanch et Bogun de Parcze unum pratum ipsorum ibidem in Parcze in tribus marcis et uno fertone grossorum et in VII marcis minus uno fertone quartensium Petro Bork ciui Cracouiensi obligauit tenendum ad plenam exempcionem, et non habent ipsum pratum ad spacium sex annorum (obligare) eximere. — (l. s.).

7035. *(2)* Nota — Stanislaus Barau de Wroblouicz duas sexagenas iudicio ad terminos proximos obligauit se soluturum sub pena iudicii XV et regali LXX. =Soluit iam.= (z. p.).

7036. *(3) (Cr. II p. 130)*. Nota — Stanislaus heres de Wroblouicze dictus Baran partem hereditatis omnimode Alberti awy sui in Janouicze in Johanne Baran ibidem de Janouicze iure acquisiuit, que fuit in octo marcis obligata. — (l. s.; — soluta, [soluit] IIII^or grossos).

7037. *(4)* Nota — Wilczco de magno Strzelcze omnimodam partem suam hereditatis ibidem pro parte hereditatis in Wrzampe et pro XX marcis grossorum cum Petrassio de Zagorzicze fideiubens pro Helena uxore sua conmutauit, dedit et resignauit, ac Petrassius viceuersa eidem receducens (s) ab omnibus litteris, si quas inter se hincinde haberent super dictis partibus hereditatis. — (l. s.; — soluta).

7038. *(5)* Pena — Derzsco de Stassicze Wanchniconi penam trium marcarum remansit pro eo, quod memoriale sex grossorum non dedit, — de iudicio discessit. (z. p.).

7039. *(6)* In causa Jaschconis de Lowyna et Borconis de Tsczenecz ad colloquium generale pro hereditatis parte, pro qua fuit visio ibidem in Lowyna, terminum habent, quia Jaschco dixit et confessus est nunquam fuisse in possessione dicte hereditatis; — item litteram ad terminos proximos habet Jaschco ponere pro et super pratis.

7040. *(7)* Pena — Petrus Hablunk ciuis Cracouiensis penas XV Paschconi de Doluschicze et iudicio XV ac LXX regalem pro eo, quod non soluit sibi duas marcas in terminis presentibus, ut se astrinxerat.

a. *(85) (Cr. IIa p. 224)*. Pena — Petrus Hamlung ciuis Cracouiensis penas XV Paschoni de Dolusziсz, iudicio XV ac LXX regalem pro eo, quod non soluit sibi duas marcas in terminis presentibus, ut se astrinxerat.

7041. *(8)* Nota — Nicolaus heres de Zagorze tres marcas grossorum et sex quartensium ad diem Natiuitatis sancte Marie proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum pro certo debito mutuo, si non soluerit, tunc usuram per grossum a marca singulis septimanis sibi tenebitur ad soluendum.

7042. *(9)* Nota — Swanch et Bogun de Parce pro penis omnibus iudicialibus et regalibus, quas ante Natiuitatem Christi proxime preteritam contra Wanchniconem de Dzecanouicze camerarium incurrerant, in totum satisfecerunt.

7043. *(10) (Cr. II p. 131).* Nota — Jacussius Probolo heres de Modlnicza $I^1/_2$ marcam iudicio racione pene obligauit se soluturum sub pena XV et regali LXX ad terminos proximos. (z. p.).

7044. *(11)* Nota — Jacussius Probolo tres marcas ad terminos proximos et alias tres marcas ad alios terminos sequentes Jacussio camerario obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi omnimodam partem hereditatis sue in Modlnycza in viginti marcis integre tenebitur obligare. (z. p.).

*Acta in Cracouia feria tercia post festum sancte Trinitatis (d. 4 Junii 1398). Termini continuantur per IIes septimanas. (Cr. IIa).*

7045. *(13) (Cr. IIa p. 218).* Dobco de Vitkouicz cum Johanne de Neswogiouicz terminum peremptorium habent post Margarethe ad terminos proximos, ambo personaliter conparebunt nulla dilacione superveniente, nisi infirmitate, quam iuramento non conparens docebit.

7046. *(17)* Cam — Jacussius de Wilczcouicz confessus est Janconi vicario de Wanczslauicz tercia die ante terminos contra Barthconem de Wilczcouicz, terminus ad terminos proximos. =(Dimissus). Ambo sunt dimissi.= (z. p.).

7047. *(20)* Visio — Venceslaus de Marcinouicz cum kmethonibus de Jedlcza terminum habent ad terminos proximos ad videndum in Jedlcza. Lambertus officialis.

7048. *(21)* Inter Wenceslaum predictum et kmethones de Jedlcza terminus ad terminos proximos ad declarandum uel diffiniendum super capellano.

7049. *(35) (Cr. IIa p. 219).* Strez de Sborow cum Bodzantha de Vdorz terminum peremptorium habent ad terminos proximos sine omni dilacione. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.).

7050. *(36)* Stanislaus conuersus de Caczicz cum Clemente de Nassanchouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro indebita via in hereditate Prandoczin per agros, et quod cum homine suo capto in gayo furtiue nocturno tempore noluit iusticiam facere. (z. p.).

7051. *(37)* Stanislaus predictus cum Petro kmethone de Janicouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro violenta seccacione walwarum in Moniacouicz wlgariter *wangrod.* (z. p.).

7052. *(40) (Cr. IIa p. 220).* Stanislaus conuersus cum Swanthoslao de Waganouicz terminum secundum ad terminos proximos habent pro eo, quod metsextus bonis (s) sicud solus violenter recepit pecora recepta in prato in molendino. =Euasit iure.= (z. p.).

7053. *(44)* Testes — Jacussius de Modlnicza ducit testes contra Petruszcam de Budziuogiouicz: Michalek de Geboltow, Jacussius de Cyanouicz, Jacussius de Dulowa, Andreas scultetus de Zanderman, Dobco de Wroblouicz, Andreas de Methnow; — [Rota]: *Jaco prawe ti kupotruszczine rance ranczone glowne penandze;* terminus ad terminos.

7054. *(46)* Stephanus plebanus de Geboltow, ductus per Petrassium de Pribislauicz contra Sandconem de Sczodrcouicz, debet deleri de libro.

7055. *(50)* Przibek de Srzanczicz constituet Stasconem patruum suum de ibidem contra Boguskam de ibidem, et ipsa Boguska Rochnam sororem suam de Popouicz contra Przibconem predictum, terminus ad terminos proximos.

7056. *(53)* Testes — Nicolaus de Kozmicz ducit testes contra Wanchonem de Thassicz: Stanislaus de Kozmicz conpater spiritualis suus, qui interfuit, Miczko de Zablocze, Nicolaus de Kozmicz, Swanthoslaus de Modlnicza, Marcinek scultetus de Mlossowa, Andreas Creza scultetus de Zanderman; — [Rota]: — *Jaco wem y swatcza, ez Wanch ranczil za-*

*zona (polgrziwni) Nicolaoui, ez nemala oten cinz gabacz ani iego racoÿmeÿ, agdi bi gÿe gabala tegdi X grziwen bi iemu ostala;* terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**7057.** *(62) (Cr. IIa p. 222).* Inter Derszconem et Wenceslaum de Tassicz, terminus ad terminos prorogatur ad iurandum per partes utrasque. (z. p.).

**7058.** *(63)* Ca^m^— Jacussius de Owczari confessus est Stephano plebano de Geboltow die terminorum contra Clementem de Paschouicz pro C(L) marcis fideiussorie, pro quibus simul cum eo debuit stare, terminus ad terminos. (z. p.).

**7059.** *(65)* Jan Poro de Crziscouicz cum Iwone et Francone filio suo, Hancone, Woytkone Furman, Bogussz Strugala, Kussz, Swanch thabernatore kmethonibus de Crziskouicz: cum Iwone et suo filio pro seccacione pomerii et dilaceracione allodiorum, stabulorum; [cum] Bogussz, quod sepes dilacerauit et fenum de allodio subtraxit; [cum] Woytek, quod sepes destruxit; [cum] Hanek, [quod] sepes destruxit et pomerium secuit; [cum] Kussz et Swanch pro verbis malis, quia gayum subtraxerunt.

**7060.** *(66)* Bodzantha de Ydorz cum Swanthoslao de Modlnicza terminum peremptorium habent ad terminos primos post Johannis Baptiste pro XX quatuor marcis grossorum latorum et pro iure propinquiori.

**7061.** *(69)* Ad colloquium — In causa Jaschonis de Louina et Borconis de Tsczenecz ad colloquium generale proximum pro hereditatis parte; Jascho dixit, quod nunquam fuit in possessione hereditatis, pro qua fuit visio; — ad inquirendum. — Item idem Jascho litteram super pratis ad terminos proximos producet.

**7062.** *(74) (Cr. IIa p. 223).* Nota — Mathias de Jurzicouicze Brzanczconem de Czudzinouicz de fideiussoria, XIII marcis, quas fideiusserat pro Wlodcone de Wrocimirowa, iure aquisitis liberum dimisit, et ipsum Mathiam Wlodco predictus et Chebda de Tropye non debent pro eadem fideiussoria ipsum Wlodconem concernente aliquomodo impedire, qui si impedierint, tunc prima acquisicio ipsius Mathie contra Wlodconem obtinebit firmitatem, pro quo Brzanczco predictus ipsi Mathie est fideiussor sub dampno. (z. p.).

**7063.** *(75)* Pena — Mathias de Jurzicouicz contumax in termino curie contra Nicolaum de Olelino pro II^bus^ marcis et XIII scotis. Petrus officialis. =Ad mandatum subiudicis.= (z. p.).

**CCLVI. Uwaga.** *(1)* Wilczko de Zakrzow cum Wencesl. de Marcinouicze term. peremp. post Jacobi. — *(2)* Przeczsl. de Bodzcouicz cum Greg. kmet. de paruo Xansz term. peremp. ad concord. — *(3)* Borco de Tsczenecz cum Jacuss. abbate de Ondrzeow term. secund. pro 2 truncis apum. — *(4)* Katussza Thomassii de Czaslauicz cum Wilczc. de Zakrzow term. secund. pro Vyasd et recepc. porcorum in sua hered. — *(5)* Andr. de Methnow cnm Ninotha de Karnouicz term. peremp. ad concord. post Johannis. (z. p.). — *(6)* Marcus de Paulicouicz confessus Stanisl. vicario de hospitali Weliciensi contra Miczk. de Sarbia, term. — *(7)* Henric. vicarius de Weliczka confessor Marci predicti confessus eidem Stanisl. vicario. — *(8)* Strzesska Miculonis de Byala et Petr. eius confessor plebanus de Kydow confessi contra Swantosl. de Adamouicz, term. — *(9)* Zaclica de Byala confessus capell. contra Swanthosl. de Adamouicz, term. — *(10)* Prand. de Neprzessna confessus capell. contra Mart. de Igolomia, term. cum testib. — *(11)* Jascho Brun de Prossouicz cum Sigism. de Czichawa et Jasc. de Buczina term. secund. pro fideiuss. hereditatis et damp. — *(12)* Swanthosl. de Adamouicz cum Smichna de Srzenyawa term. secund. post primum f. s. Marie. (z. p.). — *(14)* Joh. de Neswogiouicz cum Stasc. de Surowki term. peremp. ad concord. post Michael. — *(15)* Wanch de Tassicz cum Stasc. de Surowki term. peremp. — *(16)* Morzca de Kampanow cum Mich. de Grabye term. peremp. post Mich. — *(18)* Preposit. Mechouiensis cum Sigism. de Michalouicz et Joh. de Luczicze term. peremp. post Joh. Bap. — *(19)* Nicol. de Olelino cum Math. de Jurzicouicz term. peremp. post Joh. Bap. — *(22)* Slassz de Raciborsko cum Janc. et Sandca uxore eius ibid. term. peremp. — *(23)* Sandek de Sczodrcouicz cum Przeczsl. de Przibislauicz term. peremp. — *(24)* Sandek de Sczodrcouicz cum Petras. albo de Przibislauicz term. peremp. —

*(25)* Wencesl. de Lubochow cum Msczisc. de Gora term. peremp. post Joh. Bap., sine dilac. personaliter conparebunt. — *(26)* Jozeph iud. cum relicta Ilic. de Neszcouicz et pueris term. peremp. — *(27)* Pabian de Boturzino cum Crzeslaua ibid. term. peremp. ad concord. post secund. f. s. Marie. (z. p.). — *(28)* Brzanczek de Czudzinouicz cum Wlodc. et uxore de Wroczimirowa term. peremp. — *(29)* Sandek de Sczodrcouicz cum Woytk. de Pancouicz term. peremp. — *(33)* Woytek de Pancouicz confessus capell. contra Nicol. de Kozmicz, term. — *(34)* Josman cum Zegotha vexillif. term. peremp. — *(38)* Pascho de Dolusszicz litt. priuilegialem ponet super iure theutonico heredit. in Doluszicz contra Joh. de Mislimicze, term. — *(39)* Stachna Seczechonis confessa capell. contra Andr. de Mocrzesca, term. pro L^ta^ mar. et non data intromiss. — *(41)* Jascho de Wirzbno actor confessus capell. contra Wroch. de Woyslauicz, term. =dimissus.= (z. p.). — *(42)* Miczek de Crziscouicz cum Wroch. predicto term. peremp. post Joh. Bap. — *(43)* Dorot. et Stachna de Mechow cum Petruschka et Stanisl. de Budziuogiouicz term. ad uidend.; Martinus officialis. — *(45)* Sandco de Sczodrcouicz cum Petras. de Przibislauicz term. peremp. — *(47)* Jacus. de Wilczcouicz cum Nawog., Miczc. de Damicz, Stanisl. de Wilczcouicz term. peremp. — *(48)* Clem. de Paschouicz cum Zaclica de de Korzkew term. secund. pro C mar. fideiussorie. — *(49)* Prandotha de Neprzesna confessus capell. contra Woytk. de Kawky, term. — *(51)* Stanisl. de Modlnicza cum Jacussio ibid. term. peremp. ad diffiniend. inter ipsos. — *(52)* Sulco de Methnow cum Philipo de Brzezina term. peremp. post Stanisl. in autumpno. — *(54)* Josman cum Jacus. de Czanstoszouicze term. secund. pro debito, quod litteris docebit. — *(55)* Pascho Wangrzin de Sossnouicz cum Petrassio de Methnow term. peremp. post Mich. — *(56)* Item cum Marcis. de Igolomia; item cum Adam et Sulc. [de Methnow]. — *(57)* Sassin de Kÿge confessus capell. contra Kather. Johannis Sczeczine de Crac., term. pro marca et VII scot. — *(58)* Jacus. de Kawki cum Miczk. de Kozmicz term. peremp. cum testib. — *(59)* Petrus pleb. de Kazimiria ad. s. Jacobum confessus capell. contra Margar. Foxtat, term. (z. p.). — *(60)* Inter Wencesl. et Derszc. de Taszicz ad uidendum terminus (pro CL arborib., *brozy*). — *(61)* Sigism. de Cychawa confessus capellano contra Kater. Andree de Michalczowa, term. — *(64)* Smerl cum preposito Swerzinciensi term. peremp. — *(67)* Subiudex Crac. cum Simc. Sulconis de Gora term. peremp. post Joh. Bap. pro debito iudeor. fideiusso pro patre suo Sulc. — *(68)* Jan Szado cum Petro et Decano (s) kmetonibus de Solecz term. peremp. — *(70)* Zaclica de Korzkwa confessus capell. contra Swantosl. de Modlnicza, term. curie pro fideiussor. I$^1/_2$ mar. — *(71)* Clem. Zarnouiensis castell. cum preposito de Stanantki term. peremp. — *(72)* Kanan iud. actor contumax in term. curie contra dominam Hanconis de Chelm pro vacca, tenetur *nyestanye*. (z. p.). — *(73)* Miczko de Crziscouicz actor confessus capell. contra Pasc. de Dolusszicz pro 4 mar. fideiussor. et 4 dampni, term. =Wszystkich zapisek z 4 Czerwca w księdze Cr. IIa 85.=

*In Proschouicze feria sexta in crastino Corporis [Christi] termini continuantur (d. 7 Junii 1398). Alii positi sunt heri ad XIIII^es^ dies.*

**7064.** *(Cr. II p. 131).* Nota — Nicolaus heres de Sbilutouicze duos agros *nywy* wlgariter dictos et unum pratum suos iacentes in campis dictis Chechel eundo a loco *Wir* adiacentes fluuio Nydzicza, pro *Smug* et graniciebus *Podolske* et pro graniciebus *Beske* ac pro agris plebani in Bsecz ibidem in Sbilutouicze et unum campum *nywa* in fine Ossowa *medza* pro XXX marcis vendidit et aliud propter deum Ecclesie: dedit discreto Pancracio Rectori Ecclesie in Bsecz, et in perpetuum resignauit.

**7065.** Nota — Greta de Moycouicze confessa est fideiussoriam decem marcarum debiti et usure pro se fieri mandasse per Petrum de Czayanczicze apud Hosmanum iudeum Cracouiensem, expediat litteram et ipsum Petrum apud dictum iudeum ad terminos proximos Cracouie post diem sancti Johannis Baptiste proximam sub penis XV Petri et XV iudicii ac Regali LXX.

**7066.** Nota — Petrus de Czayanczicze tres marcas debiti in Greta de Moycouicze per iuramentum acquisiuit; idem Greta penam trium marcarum eidem Petro et sex scotorum racione iuramenti remansit. — Item idem Greta eidem Petrassio duas marcas ad terminos proximos et alias duas marcas ad alios terminos sequentes, ac alias duas marcas ad terminos tercios proximos cum dictis sex scotis obligauit se soluturam sub pena XV eiusdem Petri et XV iudicii ac Regali LXX.

**7067.** *(Cr. II p. 132).* Nota — Petrus de Cowary fideiussor pro Jaschcone Chamecz de Dobranouicze tres marcas ad terminos proximos Zauissio de Borissouicze obligauit se soluturum, si non solverit, tunc sibi sex boues statuere et dare dabet, et isti debent parti [cedere], alias sub caucione dampni.

**7068.** Nota — Johannes Kudarda, Woyczech Ratay et Stanislaus Latka kmetones de Medzwedz V$^1/_2$ marcas Floriano Malik de ibidem confessi sunt teneri, soluant I$^1/_2$ marcam ad terminos proximos et IIII$^{or}$ marcas ad diem sancti Michaelis proximam sub pena iudicii.

**7069.** Nota — Laurencius heres in Crzistoporzicze per iuramentum testium partem hereditatis ibidem, pro qua Michaelem heredem intercesserat et in qua fuit visio, probando prescripcionem iure acquisiuit in Thomcone ibidem de Crzistoporzicze, videlicet unum laneum cum pratis et gagyo iacentes retro aream Thomconis, que pars hereditatis fuit Magdalene. — (l. s.).

**7070.** Nota — Jachnam viduam de Dalechouicze Gosko ibidem pro *przegroda* de iuramento dimisit.

**7071.** Nota — Johannes de Lancawa Martinum Swida de ibidem pro mensura vicie, pro calciamentis, pro V grossis et pro coro pisis iure euasit. Item Czeslawa et Petrus filius eiusdem similiter pro puluinari et *perzina* ac pro pennis similiter euaserunt eundem.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [1]).

*[In Xansch feria tercia post Corporis Christi termini continuantur (d. 11 Junii 1398). Alii positi sunt ad XIIII$^{or}$ dies].*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

**7072.** *(Cr. II p. 133).* Pena — Nicolaus et Stachna uxor eius contumaces contra Jacussium de Sladow in termino secundo pro hiis, que continentur in libro, et pro X marcis.

**7073.** Nota — Iudicium decreuit Johannem de Chodow per Florianum de Knyschyna impignorari pro acquisitis in ipso Johanne.

*In Cracouia feria tercia proxima post diem sancti Witi termini continuantur (d. 18 Junii 1398). Alii positi sunt ad vigiliam Visitacionis sancte Marie proximam. (Cr. II.).*

**7074.** *(1) (Cr. II p. 133).* Nota — Woytek filius Jacobi de Tranthnouicz unum pratum suum inter campos ville Lossoscouicze et apud Studzonky pro IIII$^{or}$ marcis grossorum terre Cracouiensis monete Rosslao heredi de Woyslauicze vendidit et in forma resignauit promittens pro impedimento atque dampno.

**7075.** *(2)* Nota — Paulus procurator veniens cum littera procuracionis nomine Strzechne vidue et Zaclicze filii eiusdem de Srzenawa LX marcas fideiussorie debiti Kaskel iudei Cracouiensis Swentoslao heredi et iuxta litteram iudei de Adamouicze confessus est teneri, expediant ad diem sancti Michaelis proximam sub caucione dampni et pena iudicii. — (l. s.; — soluta).

**7076.** *(3)* Pena — Elizabeth soror uterina Nicolai Curta de Wirzchouisca penas XV contra Stephanum de Tsczicza et iudicio XV

a. *(16) (Cr. IIa p. 225).* Pena — Elizabeth soror uterina Nicolai Curta de Wirzchouiska penas XV contra Stephanum de Tsczicza

[1]) Między str. 132 i 133 księgi Cr. II, brakuje co najmniej jednej karty, na której mieściły się dalsze zapiski z roków Proszowieckich i roki Księskie. Z tych pozostały tylko 2 zapiski, należące jak wynika z miejscowości w nich przytoczonych niewątpliwie do roków Księskich.

pro eo, quod non dedit intromissionem eidem Stephano in villam Wirzchouisca, ut Coczel officialis confessus est.

et iudicio pro eo, quod non dedit intromissionem in hereditatem Wirzchouisko Stephano memorato.

**7077.** *(4)* Nota — (Pro parte Andree heredis de Meth..). Pro parte Marci de Paulicouicze quinque testes et fratres videlicet: Jacussius de Modlnicza, Woytek de Methnow Marcissius, Phillipus ibidem de Methnow, et Petrus de Gorca contra Msczugium de Mocrzesca pro vituperio iurauerunt, quod Marcus sit frater ipsorum et nobilis de clenodio *Barana Rogy* et proclamacionis *Romany;* adhuc Sulco de Methnow sextus testis habet iurare pro ipso Marco ad terminos proximos.

**7078.** *(5)* Pena — Wenceslaus heres de Staschicze penam XV Nicolao de Cosmicze et iudicio XV pro eo, quod dictum Nicolaum pro decem marcis iurare permisit. (z. p.).

**7079.** *(6)* Nota — Idem Nicolaus mediam marcam debiti principalis et X marcas vadii in ipso Wenceslao per iuramentum testium acquisiuit.

**7080.** *(7) (Cr. II p. 134).* Nota — Marcissius heres de Methnow cum pueris prata sua nuncupata *Canty* in hereditate ibidem a graniciebus ville Racziborsco in X marcis grossorum Jacussio de Gdow obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi, et super eo Petrassius de Gorky pro omni impedimento et dampno eidem Jacussio fideiussit.

**7081.** *(8)* Pena — Zaclica de Corzekwa contumax cum capellano contra Swantoslaum de Modlnycza pro $I^1/_2$ marca grossorum, quia idem Zaclica mutauit capellanum et statuit alterum, et non illum cui confessus fuit.

**a.** *(47) (Cr. IIa p. 227).* Pena — Zaclica de Korzkwa contumax cum capellano contra Swanthoslaum de Modlnicza pro $I^1/_2$ marca grossorum, quia idem Zaclica mutauit capellanum et statuit alterum et non illum, cui confessus fuit. =Regina indulsit per relacionem Iwan procuratoris.= (z. p.).

**7082.** *(9)* Pena — Jacussius heres de de Stradow penam XV contra Jaschconem de Polanynouicze procuratorem Staschonis de Prandoczin et iudicio XV pro eo, quod eidem Jaschconi dixit: parcas propter deum iuramentum, si non vis propter deum, tunc propter dyabolum. =Satisfactum est per totum de una marca penarum iudicio absque pena Jaschconis = (z. p.).

**a.** *(48)* Pena — Jacussius heres de Stradow penam XV contra Jaschconem de Polaninouicz, procuratorem Staschconis de Prandoczin, et iudicio XV pro eo, quod eidem Jaschconi dixit: parcas propter deum iuramentum, si non uis propter deum, tunc propter dyabolum. =Iudicio soluit I marcam, subiudex pro rege recepit mediam marcam.= (z. p.).

**7083.** *(10)* Nota — Jacussius de Modlnicza debitor principalis et Martinus ac Swantoslaus heredes, pro ipso Jacussio fideiussores, XIIII marcas ad diem sancti Martini proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc usuram per unum grossum a marca septimanatim tenebuntur nullo modo euadendo. — (l. s.). Idem Jacussius cum Katerina uxore sua eosdem suos fideiussores de dicto debito et usura liberare se astrinxit, cum per ipsos monitus fuerit, si non liberauerit, tunc ipsis fideiussoribus omni parti hereditatis sue ibidem in Modlnicza condescendere in perpetuum habebit.

**7084.** *(11)* Pena — Uxor Setegy de Czirnechow XV contra Andream de Czasslaw et XV iudicio pro repercussione intromissionis partis hereditatis ibidem in Czirnechow. (z. p.).

**a.** *(49)* Pena — Uxor Sethegy de Cirnechow XV contra Andream de Czaslaw et XV iudicio pro repercussione intromissionis partis hereditatis ibidem in Cirnechow.

**7085.** *(12)* Nota — Iudicium ex super habundanti intromissionem dicte hereditatis dandam per dictam uxorem Setegy fore sub penis predictis et Regali LXX eidem Andree decreuit.

**7086.** *(13)* Nota — Margareta relicta Staschconis Karlek de Budzeyouicze omnimodam partem hereditatis ibidem, quam in LXX marcis dotis et dotalicii post dictum maritum suum

dinoscitur obtinere in XXXII marcis monete currentis Jacussio Probolo obligauit tenendum ad plenam exempcionem.

7087. *(14) (Cr. II p. 135).* Nota — Wenceslaus de Staschicze Nicolao de Cosmicze XIII$^{1}/_{2}$ marcas acquisitas supra tam pene, quam vadii per unam marcam videlicet qualibet septimana obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc qualibet septimana XV sibi et iudicio tantum, quociens non adimpleuerit, tenebitur ad soluendum. =Satisfactum est pro toto.= (z. p.).

7088. *(15)* Nota — Andreas de Czussow heres mediam marcam pene Jaschconi et Jacussio ibidem de Czussow obligauit se sub pena XV cuiuslibet soluturum. =Satisfecit.= (z. p.).

7089. *(16)* Mathias de Jurzicouicze pro penis omnibus, que in libro supra continentur Petrassio de Przelubsco locumtenenti domini subcamerarii Cracouiensis satisfecit.

7090. *(17)* Nota — Jacussius heres de Offczary tutor et rector Nicolai pueri Jaschconis de ibidem veniens omne debitum iudaicum Hosmano iudeo Cracouiensi iuxta litteras iudiciales et, prout Hosman prius ipsum debitum in Zuschca relicta Jaschconis Oweczca iure acquisierat, confessus est teneri, et assumpsit in se onus solucionis omnis debiti; expediat ad diem sancti Jacobi proximam, si non expedierit, tunc ipsi Hosmano omnimodam partem dicti Jaschconis et Nicolai pueri sui obligare tenebitur. — Item iudicium decreuit, si aliquando alter aliquis tutelam et regimen dicti pueri in ipso Jacussio iure acquisierit, tunc idem Jacussius bonis hereditariis dicti pueri prius non habebit condescendere, antequam omne debitum dicti Jaschconis ipsi Hosmano fuerit persolutum, — et nec ipsi puero prius similiter condescendere debet, nisi debitum persoluatur predictum. — (l. s.).

7091. *(18)* Nota — Swanch et Woytek heredes de Parce omnimodam partem hareditatis ipsorum in Zandow pro XXX marcis grossorum Margarete uxori Petrassy de Schippouicze vendiderunt et in totum resignarunt promittentes pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluta).

7092. *(19)* Nota — Gregorius kmeto de paruo Xansch causam contra Nedomam de Boczcouicze obtinuit et euasit iure, pro quo ipsum kmetonem [Nedoma] impetebat.

| | |
|---|---|
| 7093. *(20) (Cr. II p. 136).* Pena — Nicolaus Campsky de Medzwedz contumax contra uxorem Sczeczine pro duabus sexagenis in termino curie. | a. *(67) (Cr. IIa p. 229).* Pena — Nicolaus Campsky de Medzuedz contumax contra uxorem Sczeczine de Cracouia pro duabus sexagenis in termino curie. |
| 7094. *(21)* Pena — Janussius Werzincouicz contumax contra uxorem Sczecine pro X scotis in termino curie. | a. *(68)* Pena — Janussius Werzincouicz contumax contra uxorem Sczeczine de Cracouia pro X scotis in termino curie. |
| 7095. *(22)* Pena — Nicolaus de Medzwedz heres penas contra Jurconem de Coczonow XV et XV iudicio ac Regalem LXX pro eo, quod non persoluit XVI marcas eidem Jurconi in termino, ut se astrinxerat. =Dominus Michael iudex indulsit penam.= (z. p.). | a. *(69)* Pena — Nicolaus de Medzuedz heres (contumax) contra Jurconem de Koczonow XV et iudicio XV ac Regalem LXX pro eo, quod non persoluit XVI marcas eidem Jurconi in termino, ut se astrinxit. |
| 7096. *(23)* Pena — Martinus alias assertus scoltetus de Cobile contumax contra Boxam de ibidem pro C marcis dampni et penarum in termino curie. | a. *(70)* Pena — Martinus alias assertus scultetus de Kobile contumax contra Boxam de ibidem pro C marcis dampni et penarum in termino curie. |

*[Cracouie] feria quarta sequenti (d. 19 Junii 1398). (Cr. II.).*

7097. *(1)* Nota — Iudicium decreuit intromissionem V laboratorum montanorum in zuppa Bochnensi per Paschconem scoltetum de Doluschicze, pro LXX marcis et pro tribus marcis pene XV ac pro penis iudicii et Regali a Petro Hablunk ciue Cracouiensi recipiendum et tenendum tamdiu, donec predicte pecunie eidem Paschconi fuerint persolute. — Idem Paschco assumpsit in se onus solucionis penarum ipsius Petri iudicio et Regie camere. — (l. s.).

**7098.** *(2)* Nota — Msczugius heres de Trzewlin totam villam suam Dambrowca cum omni iure excepta piscacione in nouem marcis grossorum pragensium Andree de Janouicz obligauit tenendum in forma promittens pro dampno et impedimento, ita quod ambo habent liberam seccacionem lignorum ibidem. — (l. s.; — soluta).

**7099.** *(3)* Borco de Tsczenecz Johannem de Lowyna pro pratis ibidem in Lowyna iure euasit, quia idem Johannes litteram in iudicio non reposuit, ut se astrinxerat. — (l. s.).

**7100.** *(4)* Pena — Andreas de Lednow XV iudicio contra Stanislaum filium Bogute officialis, quia eundem officialem ad iuramentum admisit et vituperauit, in causa domini Clementis de Curow dicens: non esse bene citatum. =Satisfactum.= (z. p.).

a. *(72) (Cr. IIa p. 229).* Pena — Andreas de Lewnow uel de Michalczowa penam XV iudicio et Boguthe VI scotorum, quia eidem (s) Bogutham officialem ad iuramentum in causa, quam habet cum Clemente Zarnouiensi, admisit. (z. p.).

**7101.** *(5)* Pena — Idem Andreas eidem Clementi trinam XV (et iudicio tantum), quia sibi dixit bis: non iuste me citasti et per tuum *chleboyeczczam*. — Item pro eo, quod violenter recia sua et minus iuste rapiebat. =Satisfactum iudicio pro pena =

a. *(73)* Pena — Andreas predictus binum XV Clementi Zarnouiensi et iudicio totidem quia dixit sibi: citasti me sine iure et condempnasti, et hoc Clemens iuramento officialis docuit. — Andreas predictus XV Clementi predicto Zarnouiensi et iudicio XV, quia kmethoni rethe violenter recepit et ipsum kmethonem ligauit et vaccam recepit. (z. p.).

**7102.** *(6)* Idem Andreas eidem Clementi dictarum penarum per duas marcas ad terminos quoslibet sub penis XV Clementis et iudicii XV ac Regali LXX videlicet in bobus uel in pecuniis obligauit se ad plenam solucionem dictarum penarum soluturum. =Concordatum est in totum et satisfactum pro utraque parte.= (z. p.).

**7103.** *(7) (Cr. II p. 137).* Nota — Abraham de Chechel heres quinque marcas et IX scotos monete currentis Hosmano iudeo Cracouiensi obligauit ad terminos proximos soluturum, si non soluerit, tunc sibi sex marcas tenebitur ad soluendum ad diem sancti Jacobi proximam, et si iterum non soluerit, tunc usuram per grossum a marca usurabit tamdiu, donec dictas pecunias persoluerit. =Satisfactum est in toto.= (z. p.).

**7104.** *(8)* Nota — Jaschco de Solecz unam marcam ad diem sancti Jacobi proximam, et nouem scotos cum una marca ad diem sancti Michaelis proximam eidem Hosmano obligauit soluturum, si tunc non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca septimanatim tenebitur soluere.

**7105.** *(9)* Nota — Petrassius aduocatus Bochnensis Boczcam Lucouiensem pro XXX marcis dampni iure euasit, quia idem Boczca, quando habuit iurare, tunc circa iuramentum et crucem cultellum, quem sub cruce reposuerat, a Lamberto officiali violenter defudit et recepit.

**7106.** *(10)* Nota — Stanislaus Baran heres de Wroblouicze hereditatem, quam acquisiuit in Johanne in Janouicze, cum omni iure, dominio et pertinenciis pro scoltecia in Grussow (Msczugio) Andree de Trzewlin conmutauit et in perpetuum resignauit. — (l. s.; — soluit grossum).

**7107.** *(11)* Nota — Lenardus heres de Gawlow villam suam omnimodam Sukman cum omnibus iuribus pro ducentis marcis grossorum domino Msczugio de Wanczcouicze in totum vendidit et in perpetuum resignauit promittens pro omni impedimento atque dampno de premissis. — (l. s.; — soluta).

**7108.** *(12)* Nota — Petrassius heres de Swossouicze XL grossorum et XX quartensium marcas Nicolao Wirzba de Glinnyk, Andree, Miroschconi, Lexiconi de Druschcow et Andree de Luczslauicze heredibus fideiussoribus suis racione fideiussorie per ipsos pro eodem Petrassio Gethcze de Bobowa alias facte ad diem sancti Nicolai proximam obligauit se soluturum sub priuacione omnium bonorum suorum hereditariorum.

**7109.** *(13) (Cr. II p. 138).* Pena — Margaretha vidua de Budziwouicz contumax contra Petrum de Sweborouicze pro fideiussoria VII marcarum et pro dampno X marcarum in termino primo.

a. *(75) (Cr. IIa p. 229).* Pena — Margaretha Stanislai de Budziuogiouicz tenetur *nestanye* contra Petrum de Sweborouicz pro debito iudeorum fideiussorie septem marcarum capitalis et X usure et dampni.

**7110.** *(14)* Nota — Wlodco heres de Wrocimirowa veniens publice confessus est, quod mansum et molendinum in Wrocimirowa ibidem et alium mansum in Jacubcouicze cum XL quinque marcis dotis Katerine uxoris sue legitime a Michalcone de Grabe exemit, et easdem pecunias omnino recognouit esse predicte Katerine de dote, dictosque mansos et molendinum in Wrocimirowa ex successione paterna ad dictam Katerinam uxorem suam pertinere confitendo, excepto manso in Jacubcouicze, quem in XV marcis ipse Wlodco de dictis pecuniis dotis exemit, ut [in] litteris domini Spithconis [iudicis] castri Cracouiensis clare est descriptum. Item de dicta dote sue uxoris X marcas et XV scotos in laneo dicto Ogonowsky ibidem in Wrocimirowa confessus est posuisse et in obligacione habere. — (l. s.).

**7111.** *(15)* Nota — Nicolaus heres de Zagorze cum Katerina filia Clementis olim de Rawulouicze uxore Andree de Zalesse talem contractum inter se fecerunt, ita quod idem Nicolaus eidem Katerine parti hereditatis omnimode ibidem de Zagorze in perpetuum condescendit, et ipsa Katerina viceversa eidem Nicolao a tota parte hereditatis in Cromolow recessit in totum. Item circa hoc predicta Kachna eidem Nicolao L^ta marcas grossorum ad Natiuitatem Christi proximam debet soluere, alias si non soluerit, tunc sibi intromissionem partis omnimode ibidem in Zagorze econverso dare tenebitur. — Item si dictus Nicolaus de Cromolow predicto depressus per aliquem fuerit, tunc eadem Katerina sibi alias L marcas ad festum Natiuitatis Christi proxime affuturum soluere se astrinxit sub caucione dampni. — Item cum et quandocunque idem Nicolaus pacificam possessionem in Cromolow obtinebit perpetue, tunc sibi ipsa Katerina X marcas super hoc addere et soluere tenebitur. — (l. s.; — soluta).

**7112.** *(16)* Nota — (Wichna relicta Zegote subcamerarii de Poramba trinam [penam] XV contra dominam...). =Non valet.=

**7113.** *(17)* Nota — Brzanczek de Czudzinouicze unam marcam pene petite ad manus Petri Mansso in terminis proximis in Xansch obligauit se soluturum sub pena trium marcarum eiusdem Petri.

*Acta in Cracouia feria tercia ante Johannis Baptiste (d. 18 Junii 1398)*[1]. *Termini continuantur in vigilia Visitacionis sancte Marie feria secunda. (Cr. IIa).*

**7114.** *(2) (Cr. IIa p. 224).* Ca^m — Martinus plebanus de Sobolow confessor Prandothe de Neprzesna confessus est Nicolao plebano de Wisnicze die terminorum contra Woytkonem de Kawky, terminus ad terminos proximos, et ipse Prandotha similiter.

**7115.** *(3)* Ca^m — Martinus plebanus de Sobolow confessor Prandothe de Neprzesna et ipse Prandotha confessi sunt Nicolao plebano de Wisnicze die terminorum contra Marcissium de Methnow, terminus ad terminos proximos cum testibus.

**7116.** *(6)* Ca^m — Jantek vicarius de Wanczslauicz confessor Jacussii de Wilczcouicz (et ipse Jacussius confessi sunt) confessus est Sobconi plebano de Wanczslauicz die terminorum in causa, quam sibi mouet Bartholomeus de Wilczcouicz, terminus ad terminos proximos.

**7117.** *(20) ((Cr. IIa p. 225).* Magdalena Mathie relicta de Sczodrcouicz cum Woytkone thabernatore Janowsky dicto de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro VII wlneribus apertis et duobus liuidis circa bouem illatis, et ad fideiussoriam noluit eundem bouem dare, et [pro] malis verbis.

---

[1]) Zapiski z 18 Czerwca w księdze Cr. IIa odpowiadają zapiskom z 18 i 19 Czerwca w księdze Cr. II.

7118. *(27) (Cr. IIa p. 226).* N o t a — *Nyestanye* Strzezonis debet deleri de libro, quia satisfecit.

7119. *(31)* Stassek et Jassek actores promittunt pro Gregorio, Woytkone et Andrea filiastro suo in causa, quam habent pro quatuor marcis cum Jancone Sdtbyk. — Iidem Stassek et Jassek actores cum Jancone de Stbyk terminum habent ad videndum, terminus ad terminos proximos pro obligacione medii prati et quatuor marcis, tribus marcis et sex scotis latorum grossorum et XVIII quercubus.

7120. *(41) (Cr. IIa p. 227).* Stasszek de Radwanouicz constituet Marcussium de ibidem contra Janconem de Stbyk, qui iurabit in hoc verbum, quod Johannes non exsoluit XVI scotos, terminus ad terminos proximos, et [pro] dampno.

7121. *(45)* N o t a — Sandco prebendarius de Crczanczin debet deleri de libro, qui productus fuit per Gregorium kmethonem de (Crzesszow) paruo Xansz contra Nedomam.

7122. *(55) (Cr. IIa p. 228).* Andreas de Dupye cum Wenceslao de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro depascacione prati et auene et XVI ponderibus graminis de suo prato receptis, et equum ligauit in prato. — Item cum uxore ipsius Wenceslai pro repercussione pignorum de suo tritico receptorum, dampni exinde medie marce.

7123. *(56)* V i s i o — Bogun de Parcz cum Swanchone et Woytkone de ibidem terminum habent ad videndum in Parcz, terminus ad terminos proximos pro preracione hereditatis iure propinquiori.

7124. *(57)* V i s i o — Bogun de Parcz cum (eisdem) Swanszcone ad videndum, terminus ad terminos proximos, visio [debet fieri] in Parcz pro aracione yemalis agri et seminacione estiualis seminis; Bogutha officialis.

7125. *(60)* N o t a — Potruszca soluet memoriale sub XV in Prossouicz. =Soluit in Prossouicz.= (z. p.).

7126. *(61)* Gneuomirus de Paulouicz nominabit testes contra Wisconem de Lubochow super prato quatuor marcarum, si docebit, tunc pratum tenebit in quatuor marcis ad festum Natiuitatis Christi, et si non docebit, tnnc receptis sex marcis pratum a festo Natiuitatis Christi dimittet.

7127. *(74) (Cr. IIa p. 229).* Petrus de Sweborouicz constituet Martinum officialem contra Stanislaum de Banthcouicz, quod citauit officialis pro IX scotis fideiussorie et pro inpignoracione, si non solueret, pro XVIII scotis, terminus ad terminos proximos.

**CCLVII. Uwaga.** *(1)* Jan de Crziscouicze cum kmethonib. Nicolai Jaswecz ibid. term. peremp. — *(4)* Pascho de Doluschicz soluet I sexagenam ad term. sub XV pro priuileg. — *(5)* Clem. de Paschouicz cum Jacus. de Owczari term. peremp. — *(7)* Slasz de Raciborsko cum Janc. ibid. et Sandca uxore term. peremp. ad concord. uel ad idem faciend. — *(8)* Clem. de Paschouicz cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. — *(9)* Sandca uxor Janc. de Raciborsko comittit causam suo marito, quam Slassz sibi mouet, in omn. euent. — *(10)* Nemerza de Przibislauicz cum Hanca et Pachna de Drwyena term. secund. pro $^1/_4$ parte hered. Dzewin obligacionis. — *(11)* Jacus. de Kawki cum Woytc. ibid. term. peremp. — *(12)* Derszco pleb. de Negouecz confessor Sigismundi de Cychawa et ipse Sigism. confessi capell. contra Katuszam uxor. Andree de Michalczowa, term. — *(13)* Smerl iud. cum preposito Swerzinc. term. peremp. nulla dilac. interueniente. — *(14)* Stanek de Negowanicz cum Nicol. et Steph. ibid. term. secund. pro VI mar. fideiuss. manu coniuncta pro Maczcone. — *(15)* Jascho de Sandzissouicze cum Andr. de Kyani term. peremp. — *(17)* Kelcz de Wola Kelczowa cum Jurc. de Bernaszowa term. peremp. post Jacobi pro L mar. dotis. — *(18)* Jascho Brun de Prossouicz cum Sigism. de Cychaua et Jasc. de Buczina term. peremp. — *(19)* Przeczsl. de Boczcouicz cum Christ. de Peczenegi term. secund. pro uiolencia in domo et malis verb. ipsius matri dictis. — *(21)* Dominic. de Sczodrcouicz cum Woythc. tabernatore ibid. Janowsky term. secund. pro C ponderib. rubeti. — *(22)* Abbas de Mogila et Stanisl. conuersus de Caciez cum Clem. de

Nassanchouicz term. peremp. (z. p.). — *(23)* Stanisl. conuersus de Cacicz cum Petro kmet. de Janicouicz term. peremp. (z. p.). — *(24)* Borco de Tsczenecz cum abbate Andreouiensi term. peremp. — *(25)* Przeczsl. de Boczcouicz cum Bozegio de Swanczicz term. secund. pro uiolencia in domo. — *(26)* Miczko de Kozmicz cum Woytk. de Pancouicz term. ad vidend.; Petrus Warmusz officialis. — *(28)* Math. de Kuroswanki cum Bodzanta de Udorz term. peremp. ad concord. — *(29)* Jascho de Wirzbno cum Wroch. de Woyslauicz term. peremp. post Jacobi, term. concitetus. — *(30)* Pascho de Bibicz confessus capell. contra Joh. kmet. de Xangnicz, term. =Jurauit.= (z. p.). — *(32)* Miczko kmeto de Belany cum Sobc. ibid. term. secund. pro mutilac. digiti filie ipsius per filium Sobconis. — *(33)* Swanchna uxor Miczc. predicti cum Przechna uxore Sobc. de Belani term. secund. pro repercuss. pecudum in tritico receptorum. — *(34)* Jascho Mleczko de Zarnouicza cum Mart. de Zarogow term. peremp. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(35)* Sandco de Sczodrcouicz cum Woytk. de Pancouicz term. peremp. post prim. f. s. Marie. — *(36)* Margar. relicta Foxstat de Kazimir. cum Petro pleb. ibid. a s. Jacobo term. peremp. — *(37)* Sandco de Sczodrcouicz cum Petras. Jarzon, Petras. *bÿali* et Przeczsl. term. peremp. post prim. f. s. Marie. — *(38)* Jacus. de Kawki cum Miczc. de Kozmicz term. peremp. — *(39)* Jacus. de Gdow cum Joh. de Mislimicze term. peremp. ad term. secund. sine dilac. — *(40)* Przibco de Srzanczicz constituet Stasc. patruum (et pueros Woytkonis) de ibid. contra Boguszkam de Srzanczicz, term. — *(42)* Joh. de Mislimicze cum Pasc. de Doluszicz term. peremp. curie pro XL mar. capitalib. et totidem damp. — *(43)* Wanch de Tassicz cum Stasc. de Surowky term. peremp. — *(44)* Kathussa Thomasy de Czaslauicz cum Wilczc. de Zacrzow term. peremp. — *(46)* Josman cum Procos. de Balicz term. peremp. post Jacobi. — *(50)* Josman cum Jacus. de Owczari term. secund. pro intromiss heredit. in Owczari iure acquisite. — *(51)* Jacus. de Modlnicza cum Potrusszca term. peremp. cum testib. ad concord. uel ad idem faciend., term. — *(52)* Andr. de Czusszow cum Jasc. et Jacus. ibid. term. ad vidend. in Sdzislauicz, term. pro XXX mar.; Lambertus et Kozuch officiales. — *(53)* Jacus. de Wilczcouicz cum Nawog., Miczc. de Damicz et Stanisl. de Wilczcouicz term. peremp. — *(54)* Thomek et Pascho de Ulina actor cum Boxa de Lexczicz term. secund. pro XL mar. — *(58)* Jozeph. Carbarz iud. Iliconem de Neszcouicz et matrem dimisit liberos de causa, quia satisfecerunt. — *(59)* Potruszca de Budziuogiouicz constituet matrem contra Stachnam Janussii de Mechow, term. — *(62)* Brzanczek cum Wlodc. et uxore de Wrocimirowa term. peremp. — *(63)* Joh. vicarius de Scauina confessor Sassini de Kyge et ipse Sassin confessi capell. contra Margar. uxor. Sczeczine de Crac., term. — *(64)* Kathca uxor Wlodc. de Wrocimirowa constituet procurat. suum Wlodc. maritum in causa, quam sibi mouet Brzanczek, in omn. euent. — *(65)* Bartek thabernat. de Wola Lubeczska contumax in term. primo, tenetur *nestanye* contra abbat. de Mogila pro furticinio graminis pro 1 sexagena. — *(66)* Jacus. de Kozmicz contumax in term. primo contra Franc. de Kazimir., tenetur *nestanye,* pro $^1/_2$ marca. — *(71)* Joh. Szado de Bolow, Swanch colonus cum kmetonib. Johannis de Nesuogiouicz de Solecz (s) term. ad concord. peremp. — *(76)* Clem. de Kurow cum preposito de Stananthky term. post Mich. =Wszystkich zapisek z 18 Czerwca w księdze Cr. IIa 76.=

*In Proschouicze feria quinta post diem sancti Witi termini continuantur (d. 20 Junii 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas.*

**7128.** *(Cr. II p. 139).* Pena — Thomislaus de Campe cum capellano contumax contra Dersconem de Plaouicze pro XL marcis grossorum dotis.

**7129.** Nota — Johannes heres de Coczonow omnimodam partem hereditatis sue in Woyslauicze cum Wroslao herede ibidem in Woyslauicze pro prato dicto *Posrzebna* et *Jedwacowsca* ante Coczonow et pro XVI marcis grossorum comutauit, iidem premissa resignantes. — Item Wilczco frater germanus dicti Wroslai ad hoc confessum adhibuit. — Idem Wroslaus

kmetonem suum in Woyslauicze eidem Johanni in VIII marcis obligauit, qui kmeto *Sczurzey* vocatur. — (l. s.; — soluta, et pro sigillo; Michael recepit pro sigillo).

**7130.** Iidem tenentur binum momoriale ad terminos proximos sub pena iudicii. (z. p.).

**7131.** Nota — Wroch de Woyslauicze Martinum de Zarogow pro VI marcis fideiussorie Mleczconis de Zarnownicza iure euasit, quia idem Martinus noluit super eisdem VI marcis iurare.

**7132.** Pena — Symon kmeto Johannis de Medzwedz contumax contra Nicolaum Campsky ibidem pro III[bus] marcis in termino concitato.

**7133.** Fideiussoria — Michael de Bobrownyky pro Hedwigi uxore sua contra Jurconem et Johannem de Coczanow fideiussit ita, si causam pro patrimonio partis hereditatis in Coczanow, in Woyslauicze et in Sdzislauicze ipsius Hedwigis idem Michael perdet, debet et uxor eius perdere.

**7134.** Terminus — Wroch de Woyslauicze cum Dobcone de Wirzbno terminum habent concitatum ad concordandum uel ad idem faciendum ad terminos proximos post diem sancti Jacobi proximam pro fideiubendo acquisita per Wrochonem.

**7135.** Nota — Maczey de Slodnyky (et Thomek de Zaberzow) XIIII[or] marcas monete currentis pro frumentis emptis ad diem sancti Nicolai proximam Jacussio *lonsczo* de Cowale obligauit se soluturum sub omnium bonorum ipsorum priuacione. — Item Thomco de Zaberzow kmeto VIII marcas similiter se ut Maczey obligauit soluturum pro frumentis sub priuacione bonorum.

**7136.** *(Cr. II p. 140).* Pena — Greta de Moycouicze penam XV Petrassio de Czayanczicze et XV iudicio ac Regalem LXX pro eo, quod non persoluit duas marcas eidem Petro in terminis presentibus, ut se inscripserat. =Satisfecit iudicio pro pena.= (z. p.).

*In Xansch feria tercia post diem sancti Johannis Baptiste termini continuantur (d. 25 Junii 1398). Alii positi sunt ad feriam secundam infra duas septimanas sicut heri.*

**7137.** Nota — Andreas et Nicolaus heredes de Brzuchana ac Johannes ibidem fratres germani omnimodas partes ibidem hereditatum ipsorum pro LX marcis grossorum pragensium Michaeli preposito totoque conuentui monasterii Mechouiensis vendiderunt et in perpetuum resignarunt promittentes pro dampno et impedimento de premissis.

**7138.** Nota — Proponente Stephano de Tsczicza contra Elizabeth sororem germanam Nicolai Curta de Wirzchouisca, quod sibi ter intromissionem ville eiusdem Wirzchouisca repercuciens noluit dare; — dicta Elizabeth confessa est non dedisse ex eo, quod esse sua *przirodzona* hereditas; — Stephanus dixit sibi esse adiudicatam hereditatem in acquisitis supra et propter hoc concitasse se ipsam Elizabeth uersus Cracouiam dixit, et contra ipsam terminum concitatum obtinere; et pro hoc coram camerariis ipse Stephanus ad librum recurrebat et per corulum recipiebat; — Elizabeth vero, per corrulum nolens recipere, camerarios per Lambertum citabat et terminum ad colloquium et ad dominos eisdem dabat; Wanchnik autem nomine suo et aliorum camerariorum statim in continenti in iudicio eidem Elizabeth voluit respondere, et illa non audiens responsionem nec faciens proposicionem de iudicio discessit.

**7139.** Nota — Jacussius heres de Zandow contra Stanislaum heredem de Blyzicze pro vituperio sex testes videlicet Petrum de Przelubsco, Nicolaum de Olpicze, Marcissium de Grabouich, Petrassium ibidem de Grabouich, Jaschconem de Lubochow, et Andream de Lubochow fratres de tribus clenodiis produxit, qui iurauerunt pro ipso Jacussio, quod sit nobilis de clenodio due lune et gladius et proclamacionis *Przegyna*. — (l. s.; — soluta).

**7140.** *(Cr. II p. 141).* Fideiussoria — Sandco heres de Wanchadlow fideiussor pro Michaele, Dobcone, Angnete et pro Nemerza, si vivit, pueris Dobconis ibidem, *passirzbanta*

ipsius Sandconis, fideiussit Machne uxori Dominici littera (s) de Deschno, ita si causam pro parte hereditatis Hanczinske in Sobouicze, pro qua ipsi pueri eandem Machnam impetunt, perdet dictus Sandco, perdent et pueri in perpetuum, et quod ipsam Machnam pueri predicti pro dicta hereditate non impedient, si vero impediuerint, tunc ipse Sandco omne dampnum eidem Machne habendum occasione premissorum tenebitur refundere.

**7141.** Nota — Eadem Machna hereditatem predictam in dicto Sandcone vitrico dictorum puerorum per litteram iure acquisiuit, et venditam sibi docuit.

**7142.** Nota — Katerina filia Jaschconis de Piscorzow uxor Johannis de Janouicze omnimodam partem paternam et maternam hereditatis sue ibidem in Piscorzow pro C marcis grossorum Jacussio de Strzeschcouicze vendidit et in perpetuum resignauit, ita ut eciam Machna mater et frater vendiderant. — (l. s.).

**7143.** Nota - Florianus heres de Zarischyn villam eandem Zarischyn suam omnimodam cum omni iure dominio et pertinenciis exceptis duobus kmetonibus colonis in VI centis marcarum grossorum pragensium Bernardo de Cowalouicze obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi et usque ad plenam excempcionem fideiubens et promittens pro omni impedimento et dampno ab uxore sua et a debito iudaico ac ab omnibus debitis ipsum Bernardum releuare

**7144.** (Pena) — Cristco de Sadowe contumax contra Philippum de Mislouicze pro XL marcis fideiussorie dotalicii et pro XL marcis dampni in termino concitato. =Satisfecit Cristco idem pro pena iudicii.=

**7145.** *(Cr. II p. 142).* Pena — Bernardus de Woyczechouicze actor contumax cum intercessore contra Sobeczonem de Deschno pro *dzedzina* et pro aliis, pro quibus citabat. =Satisfecit pro pena.=

*In Cracouia feria secunda in Vigilia Visitacionis sancte Marie termini continuantur (d. 1 Julii 1398). Alii positi sunt cras ad duas septimanas. (Cr. II.).*

**7146.** *(1) (Cr. II p. 142).* Nota — Stanislaus heres de Radwanouicze XVI scotos in Jancone de Sdbyk per iuramentum testium iure acquisiuit.

**7147.** *(2)* Pena — Idem Janco penas XV eidem Stanislao et XV iudicio pro eo, quod testem ipsius Stanislai ad iuramentum admisit.

**a.** *(10) (Cr. IIa p. 230).* Pena — Janco de Stbyk penas Stanislao de Radwanouicz XV et iudicio XV pro eo, quod testem ipsius Stanislai ad iuramentum admisit.

**7148.** *(3)* Nota — Inter Jacussium de Streschcouicze awnculum et Woythconem de Pancouicze patruum Swantochne filie Abrahe olim ibidem de Pancouicze talem contractum iudicium disposuit ita, quod idem Woytek eandem Swantochnam tamquam orphanam sibi recepit in regimen et tutelam debetque ipsam cum parte hereditatis sua usque ad legitimam etatem annorum duodecim circa se obseruare et tenere et de dicta sua parte hereditatis unam marcam prouentus singulis annis reponere eidem Swantochne et soluere ac ad utilitatem ipsius filie de scitu dicti Jacussy awnculi in hereditate uel alibi conuertere sub pena XV eiusdem Jacussii et iudicii alia XV. — (l. s.).

**7149.** *(4)* Nota — Setegius heres de Czirnechow et Stachna uxor eius legitima ambo manu coniuncta $L^{ta}$ et $V^{1}/_{2}$ grossorum marcas infra duas septimanas proximas Andree de Czaslaw obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi omne dampnum habendum ob non solucionem huiusmodi tenebuntur refundere, quas $L^{ta}$ et $V^{1}/_{2}$ marcas in ipsis dictus Andreas iure acquisiuit.

**7150.** *(5)* Idem Setegius cum dicta uxore sua pro penis regalibus et iudicii satisfacere se obligauit ad terminos proximos, si non satisfecerit, tunc partem hereditatis ibidem debet cedere hiis, qui ad hoc ius habuerint, in dictis penis. (z. p.).

7151. *(6) (Cr. II p. 143).* P e n a — Margareta relicta Staschconis de Budzeyouicze contumax contra Jacussium Probolo de Modlnicza pro XXXII marcis monete currentis principalis debiti et XXX marcis dampni in termino concitato, quia non paruit iuri.

7152. *(7)* N o t a — Zegota vexillifer Cracouiensis veniens confessus est, quod Symyl frater suus germanus pro omnibus debitis patris sui et ipsius domini Zegote, quantum ad partem suam quomodolibet ante datam presencium per ipsos tam in iudea, quam inter christianos contractis iam in totum satisfecit assumensque dictus dominus Zegota in se onus solucionis debitorum quorumlibet iudeorum et christianorum dictum Smylonem fratrem suum dimisit solutum et quitatum ac liberum in perpetuum a solucione debitorum eorundem ante datam presencium contractorum in totum. =Nicolaus Krupa litteram recipiat.= (l. s.; — soluta, et a sigillo).

7153. *(8)* N o t a — Elizabeth uxor Martini de Zarogow veniens confessa est, quod sibi Jaschco Mleczco et Clichna uxor eius legitima $L^{ta}$ marcas in paratis pecuniis et X marcas in obligacione dotalicii sui, alias sibi per Jaschconem maritum suum primum de Czciborouicz assignati, in totum iam persoluit, quitauitque eosdem Mleczconem et Clichnam de eisdem. — (l. s.).

7154. *(9)* N o t a — Item iidem Jaschco Mleczco et Clichna medium laneum et agrum unum *nywa* ibidem in Czciborzicze eidem Elizabeth in dictis decem marcis obligarunt promittentes pro dampno et impedimento. — (l. s.).

7155. *(10)* N o t a — Stephanus ciuis de Sczecocziny partem hereditatis, quam in relicta Petri de Bruchana acquisiuit, alias in Chechel in XVIII marcis (grossorum) monete currentis Abrahe de Woycowcosczoł obligauit promittens pro dampno et impedimento de premissis. — (l. s.; — soluta).

7156. *(11)* N o t a — Sigismundus heres de Czichawa veniens confessus est $XL^{ta}$ marcas grossorum teneri Katerine sorori sue germane, quasquidem pecunias eidem Katerine a festo sancti Stanislai tempore mensis May proxime preterito infra duos annos proximos obligauit se soluturum, si vero non soluerit, tunc sibi villam Slawcouicze in eisdem pecuniis tenebitur obligare, alias autem dampna habenda ob non adimplecionem premissorum refundendo. Idem Sigismundus eidem sorori sue per duas marcas de prouentu de dictis pecuniis ad quodlibet festum Natiuitatis Christi medio tempore se astrinxit soluturum sub caucione dampni. — (l. s.; — $III^{es}$ grossos soluit).

7157. *(12) (Cr. II p. 144)* N o t a — Stephanus principalis debitor et Wirzchoslaus fideiussor ambo in solidum XVI scotos obligarunt se ad diem Assumpcionis sancte Marie proximam Hosmano iudeo Cracouiensi soluturum, si non soluerint, tunc per grossum ab eisdem pecuniis singulis septimanis usurabunt et dabunt cum effectu.

7158. *(13)* P e n a — Symco Sulconis de Gora contumax contra Dobconem subiudicem pro debito iudaico in termino curie peremptorio.

a. *(68) (Cr. IIa p. 234).* P e n a — Simco Sulconis de Gora contumax in termino peremptorio curie contra Dobeslaum subiudicem pro debito iudeorum.

7159. *(14)* P e n a — Sulco de Zabawa contumax contra (s) actor contra Neprones pro contentis in libro videlicet pro debito iudeorum in termino peremptorio.

a. *(70)* P e n a — Sulco de Zabawa (contumax contra) actor contumax contra Neprones pro contentis in libro videlicet pro debito iudeorum. =Procurator et iudicium indulserunt.= (z. p.).

7160. *(15)* P e n a — Abbas cum conuentu de Wanchoczsco contumax contra Paschconem scoltetum de Doluschicze pro gagys, pro siluis, pro nemoribus, pro pratis, pro omnibus piscinis, ut in priuilegio scoltecie continetur, et pro omni iure priuilegy eiusdem ac pro labori-

a. *(72)* P e n a — Abbas cum conuentu de Wanchoczsko contumax contra Paschconem scultetum de Dolussziez pro gays, pro siluis, nemoribus, pro pratis, pro omnibus piscinis, ut in priuilegio scultecie continetur, et pro omni iure priuilegy eiusdem ac pro laboribus et

bus et honoribus kmetonum ac pro centum marcis dampni in termino peremptorio. — (l. s.; — soluta).

honoribus kmethonum ac pro centum marcis dampni in termino peremptorio.

**7161.** *(16)* (P e n a) — Relicta Zegote de Poramba contumax contra Elizabeth de Pilcia pro recepcione violenti duorum boum, pro vituperio littere et pro X marcis dampni in termino peremptorio. = Satisfactum pro pena. = (l. s.).

a. *(74)* P e n a — Relicta Zegothe de Poramba contumax contra Halscam de Pilcia pro recepcione duorum boum, pro vituperio littere, pro X marcis dampni in termino peremptorio. = Iudicium indulsit. = (z. p.).

**7162.** *(17)* P e n a — Petrassius Wlodconis de Charwynow contumax contra Drobny iudeum Cracouiensem pro XXIIII marcis grossorum debiti et usure et pro equo trium marcarum in termino peremptorio. — (l. s.).

a. *(79) (Cr. IIa p. 235).* P e n a — Petrassius Wlodconis de Charwin contumax contra Drobni iudeum Cracouiensem pro XXIIII^or marcis grossorum debiti et usure et pro equo trium marcarum in termino peremptorio.

**7163.** *(18) (Cr. II p. 145).* P e n a — Petrassius Wlodconis de Charwynow contumax cotra Hosman iudeum Cracouiensem pro C marcis debiti grossorum et usure in termino peremptorio et pro equo sex marcarum. — (l. s.).

a. *(80)* Petrassius predictus contumax contra Hosman iudeum pro C marcis debiti et usure in termino peremptorio et pro equo VI marcarum.

**7164.** *(19)* P e n a — Pyorco de Crziscouicze actor contumax contra kmetonem Jasfczonis de ibidem pro contentis in libro in termino peremptorio.

a. *(77)* P e n a — Pyoro de Crziszcouicze actor contumax contra kmethonem Jaschonis de ibidem pro contentis in libro in termino peremptorio.

**7165.** *(20)* P e n a — Margareta relicta de Budziwoyouicze contumax contra Petrum de Sweborouicze pro XVII marcis debiti iudaici et pro duabus marcis equi in termino concitato.

a. *(78)* P e n a — Margaretha relicta de Budziuogiouicze contumax contra Petrum de Sweborouicz pro XVIII (s) marcis debiti iudeorum et pro duabus marcis equi in termino concitato.

**7166.** *(21)* P e n a — Sbigneus Episcopus de Lappanow actor contumax contra Michaelem de Grabe pro piscatura violenti piscine in termino peremptorio.

a. *(81)* P e n a — Sbigneus Episcopus de Lappanow actor contumax contra Michaelem de Grabye pro piscatura piscine violenter, in termino peremptorio.

**7167.** *(22)* P e n a — Janek de Sdbyk penas iudicio XV et Stanislao de Radwanouicze XV ac regalem LXX pro eo, quod acquisita in ipso eidem Stanislao non fideiubens de iudicio discessit.

a. *(82)* (Janek de Stbyk penas . .) (zapiska niedokończona).

*[C r a c o u i e]. Feria quarta sequenti (d. 3 Julii 1398). (Cr. II.).*

**7168.** *(1)* Anna uxor Zaclice de Corzekwa cum Marco patre suo terminum habent ad terminos proximos primos post diem sancti Jacobi peremptorium.

**7169.** *(2)* Marcus de Tursko cum Zaclica de Corzekwa terminos C r a c o u i e n s e s et P r o s c h o u i e n s e s in C r a c o u i a habent ad terminos proximos post diem sancti Jacobi peremptorios.

**7170.** *(3)* P e n a — Meczslaus canonicus Cracouiensis contumax contra dominum Nicolaum notarium generalem terre Cracouiensis pro destruccione prati et pro eo, quod auertit uiam ad prata in Marschouicze, exinde dampni quingetorum *poccossow* feni in termino primo. = Satisfactum est pro pena. = (z. p.).

a. *(86) (Cr. IIa p. 235).* P e n a — Meczslaus canonicus Cracouiensis contumax in termino primo contra Nicolaum notarium generalem terre Cracouiensis pro falcacione prati. = Ad mandatum domine nostre regine litteralem. = (z. p.).

7171. *(4)* Pena — Margareta Fochstatowa ciuis de Kazimiria actrix contumax contra dominum Petrum rectorem Ecclesie medie partis sancti Jacobi pro priuilegio quodam in termino peremptorio.

7172. *(5) (Cr. II p. 146)*. (Pena) — Wroch de Woyslauicze contumax contra Nicolaum Jasuecz pro contentis in libris in termino peremptorio. =Satisfactum iudicio pro pena totaliter.=

7173. *(6)* Nicolaus Branczek cum Wlodcone et uxore sua de Wrocimirowa terminum ad concordandum uel ad idem faciendum habent ad terminos proximos.

7174. *(7)* Nota — Mathias de Jurzicouicze duas marcas et XIII scotos grossorum latorum ad diem sancti Nicolai proximam sub pena iudicii Nicolao de Olawyn obligauit se soluturum.

7175. *(8)* Nota — Woytek de Lusczouicze principalis debitor et Jacussius de Offczary fideiussor ambo in solidum manu coniuncta II½ marcas monete currentis ad diem sancti Martini proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos pro certo debito, si non soluerint, tunc per grossum unum a marca septimanatim tenebuntur usure ad soluendum. — (l. s.).

7176. *(9)* Nota — Paulus de Doluschicze scoltetus veniens priuilegium in pergameno scriptum super scoltecia sua ibidem in iudicio reposuit et exhibuit saluum, sanum et illesum non cancellatum, nec laceratum sed omni vicio et suspicione carens, in quibus inter cetera continetur, quomodo ipsa villa Doluschicze et scoltecia ibidem iure theutunico Magdeburgensi gaudere per totum dinoscitur, petiuitque idem Paulus, ut nostrum decretum ad dictum priuilegium pro fide habenda apponeremus, cui decretum nostrum apposuimus. — (l. s.; — soluta).

*Acta in Cracouia in vigilia Visitacionis sancte Marie (d. 1 Julii 1398). Termini continuantur feria tercia in crastino Diuisionis apostolorum. (Cr. IIa).* [1]).

7177. *(24) (Cr. IIa p. 231)*. Testes — Przibco de Srzanczicz ducit testes contra Boguszcam relictam Nicolai Klos dicti de ibidem pro hereditate in Srzanczicz: Petrus Przedbor dictus de Srzanczicz, qui (interfuit) scit, Martinus Kudlacz riualis Pribconis producentis de Srzanczicz, Jan Sdzechuicz de ibidem, Miczko Walanga de ibidem, Przibco frater filiastris de ibidem, Andreas Stopicz de Popouicz, qui interfuit; — [Rota]: *Jaco niwa Przibcowa stoÿ w zastawÿe w sszesczi grossÿ*; alii in testimonium, terminus ad terminos proximos.

7178. *(27)* Nicolaus de Kozmicz cum Woytkone de Pancouicz post visionem terminum receperunt peremptorium post primum festum sancte Marie ad terminos proximos.

7179. *(32) (Cr. IIa p. 232)*. Johannes de Xangnicze cum Paschone de Bibicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, Nicolaus aduocatus Cracouiensis faciet iusticie complementum Johanni cum predicto Paschone in Bibicze.

7180. *(33)* Petrassius de Czayanczczicz cum Gretha de Moycouicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Jacobi pro omnibus causis hic et in Cracouia inter ipsos vertentibus nulla dilacione per ipsos superveniente.

7181. *(34)* Kanan, Israhel iudei Cracouienses cum Janussio Werzingi terminum habent ad terminos proximos post Michaelis, — et Janussius hoc, quod hodie debuit facere, in illo termino faciet.

7182. *(44)* Ad colloquium — Andreas de Czussow cum Jaschone, Jacussio de ibidem terminum peremptorium habent ad colloquium proximum, et si non fiet colloquium, tunc ad terminos proximos post colloquium pro hereditate Sdzislawsky dicta inter Czussow et Climontow iacenti, obligata in XXX marcis.

7183. *(45)* Nota — Andreas predictus soluit Jaschoni de Czusszow VI scotos racione pene.

---

[1]) Zapiski z 1 Lipca w księdze Cr. IIa. odpowiadają zapiskom z 1 i 3 Lipca w księdze Cr. II.

7184. *(47) (Cr. IIa p. 233).* Cam— Andreas de Kosczeyow filius Nicolai de ibidem cum Nedoma Strzedz de Boczcouicz terminum peremptorium concitatum ad terminos proximos pro capite et quinque wlneribus apertis. Strzedz (confessus est in vigilia terminorum Simconi vicario de paruo Xansz). =Dimissus.= (z. p.).

7185. *(62) (Cr. IIa p. 234).* Jacussius de Mozgawa cum Marcissio de Olpicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos post primum festum Marie, Marcissius prout debuit iurare, iurabit.

7186. *(76) Cr. IIa p. 235).* Woytek de Przechod cum Jaschone de Raszcow terminum peremptorium habent ad terminos proximos post (primum festum sancte Marie) diem sancti Jacobi, Jascho iurabit pro equo, quod non recepit equum in tenuta Woytkonis.

7187. *(83)* Nota — Wenceslaus de Thassicz soluit pro pena regi tres fertones, et debet deleri de libro.

7188. *(84)* Remissio — Stanislaus Boczconis de Deszno cum Clemente de ibidem et duobus filiis terminum peremptorium habent in Xansz die proximorum terminorum.

7189. *(85)* Constitucio — Idem Stanislaus constituet suum procuratorem Dionisium de Piscorzouicz in causa, quam mouet Clementi de ibidem pro capite Boczconis patris ipsius, et Paschoni ac Floriano filiis ipsius Clementis pro duobus wlneribus — in omnem euentum.

**CCLVIII. Uwaga.** *(1)* Magdalena relicta Mathie de Sczodrcouicz cum Joh. Janowsky ibid. tabernat. et uxore term. peremp. — *(2)* Dominic. de Sczodrcouicz cum Woytc. Janowsky tabernat. ibid. et uxore term. peremp. — *(3)* Zuzka de Sczodrcouicz cum Woytc. Janowsky tabernat. ibid. term. secund. pro malis verb. et *spass-* — *(4)* Clem. de Paschouicz cum Zaclica de Korzkwa, Zaclica confessus capell., term. =Dimissus [capellanus].= (z. p.). — *(5)* Sando, Jascho actores de Czczicouicz cum Milotha de Chodinicz term. peremp. — *(6)* Abbas de Mogila cum Margar. relicta Clem. de Sdzeslauicz et Dersl., Flor., Petro filiis ipsius term. secund. pro granicieb. inter Wanzirow et Prandoczin iacentibus, et ultra granicies arauit violenter. — *(7)* Jascho de Proszouicz cum Sigism. de Czichawa et Jasc. de Buczina term. peremp. post Jacobi. — *(8)* Abbas de Mogila, Stanislaus de Caczicz cum Clem. de Nassanchouicz (term.), Clemens confessus (capell.), term. =Dimissus [capellanus].= — *(9)* Item Petrus kmetho de Nassanchouicz confessus capell. contra Stanisl. de Caczicz, term. — *(11)* Vencesl. de Lubochow actor cum Msczisc. de Gory term. peremp. -- *(12)* Stachna Hermaszcowa de Mechow (intercedens Potruszcam de Budziuogyouicz) cum Bethca Micosii de Budziuogyouicz term. ad uidend; Mart. officialis. — *(13)* Stachna Hermaszcowa de Mechow comisit causam Jacussio de Modlnicza, quam habet cum Bethca Micossy de Budziuogyouicze et Potruszca ibid. in omn. euent. — *(14)* Clem. de Grayow cum Jasc. de Falcouicze, Jasco confessus capell., term. — *(15)* Thomek, Pascho de Ulina cum Boxa de Lexsicz term. peremp. — *(16)* Pascho Beczensis castell. cum Nicol. Drogossy de Chroberz term. peremp. post Laurencii. — *(17)* Barthol. de Wilczcouicz cum Jacus. ibid. term. peremp. — *(18)* Bogutha de Wirzbno cum Zira de Starzini term. peremp. ad term. secund. — *(19)* Nicol. kmeto de Belany cum Sobc. et uxore ibid. term. peremp. — *(20)* Strzedzedz de Boczcouicz cum Christ. de Peczinegi et Bozegyo de Swanczicz, Strzedzedz confessus capell., term. — *(21)* Jasco de Gay cum Wisc. de Polaninouicz term. peremp. post Mich. — *(22)* Clem. de Paschouicz cum Jacus. de Owczari term. peremp. — *(23)* Jacus. de Modlnicz cum Potruszca de Budziuogiogiouicz term. peremp. ad term. secund. — *(25)* Kasschel iud. cum Katherina relicta palatini Przibconis de Irzansz term. peremp. — *(26)* Jascho de Pancouicz cum Joh. de Wilczcouicz; Joh. confessus capell, term. (z. p.). — *(28)* Wilczko de Zakrzow confessus capell. contra Kathussam uxor. Thomasii de Czaslauicz actorem, term. (z. p.). — *(29)* Petras. aduocat. Bochnensis cum Boxa Lucouiensi term. secund. pro CCC mar. et prato in Kobilanca. — *(30)* Wanch de Thassicz cum Stanisl. de Surowky term. peremp. — *(31)* Stanek de Negouanicz cum Nicol. et Steph. ibid. term. peremp. pro VI mar. fideiuss. — *(35)* Chaschel cum Nicol. de Chotlicz term. ad declarandum usuram. —

*(36)* Josman cum Zauissza de Kowale term. peremp. post Jacobi. — *(37)* Josman cum Machna Dziuissii de Przeczslauicze term. peremp. post Jacobi. — *(38)* Prepositus Mechov. cum Sigism. de Michalouicze et Joh. de Luczicze term. peremp. — *(39)* Joh. de Stbyk soluet I mar. et VI gross. sub pena ad term. racione pene XV contra Stanisl. de Radwanouicz. — *(40)* Stanisl. de Radwanouicz cum Janc. de Stbyk term. peremp. ad uidend. — *(41)* Josman cum Wirzbantha de Branicz term. peremp. post Jacobi. — *(42)* Josman cum Jacus. de Czanstossouicz term. peremp. post Jacobi. — *(43)* Borco de Tsczenecz cum abbate de Andrzeow term. ad coll. — *(46)* Marcus de Paulicouicz et Sulco testis suus de Methnow cum Clara uxore Msczugii de Mocrzeska term. peremp. — *(48)* Petr. et Laur. kmetones de Solcza confessi capell. contra Joh. Szado de Bolow et Swanch. suum colonum., term. (z. p.). — *(49)* Josman cum relicta Hanc. de Chelm term. peremp. post Jacobi. — *(50)* Zaclica de Korzkwa soluet $I^1/_2$ marcam Swantoslao de Modlnicza ad term. sub penis iudicio XV et Swantoslao XV. (z. p.). — *(51)* Zaclica de Korzkwa soluet $I^1/_2$ mar. Swantoslao de Modlnicza ad term. sub penis iudicio XV et Swantoslao XV. — *(52)* Prand. de Neprzesna cum Marciss. de Igolomia cum testib. term. peremp. post Mich. — *(53)* Prand. de Neprzeszna cum Woytk. ibid. et uxore term. peremp. post Mich. — *(54)* Jacus. de Kawky cum Woytk. ibid. term. peremp. post Mich. — *(55)* Petras. de Sweborouicz cum Miczk. ibid. term. secund. pro aracione prati trium lirorum et aracione vie magne in suo ordeo facte, malis verb. (z. p.). — *(56)* Josman cum Prand. de Neprzeszna term. peremp. post Mich. pro fideiussoria Chebde et Jasc. de Glew. — *(57)* Bernard. de Kowale cum Math. de Jurzicouicz term. ad coll. pro VII mar. damp. (z. p.). — *(58)* Drobni iud. cum Wirzchosl. de Sedliscza term. peremp. — *(59)* Derszco de Tassicz cum (Marcis.), Stanone de Lednicza term. peremp. — *(60)* Jan Kobyalca de Olpicz cum Nemsta de Slawosszouicz term. peremp. post prim. f. s. Marie. — *(61)* Jacus. de Mozgawa cum Nemsta de Slawossouicz term. peremp. post prim. f. s. Marie. — *(63)* Bogun de Parcze cum Swanch., Woytk. ibid. term. peremp. pro omnib. caus. — *(64)* Jacus. de Kawky cum Miczk. de Kozmicz term. peremp. — *(65)* Petras. de Sweborouicz cum Stasc. ibid. term. secund. pro depascac. prati uiolenter et mal. verbis. (z. p.). — *(66)* Pascho de Doluszicz litt. ponet priuilegii contra Joh. de Mislimicze, term. — *(67)* Jascho de Sandzisszouicze cum Andr de Kyani term. peremp. — *(69)* Simco predictus [Sulconis de Gora] contumax in term. concit. contra Margar. Sczeczine de Crac. pro IX scot. — *(71)* Sassin de Kyge contumax in term. concit. contra Margar. Sczeczine de Crac. pro I mar., VII scot. et totid. damp. — *(73)* Nicol. Campsky de de Medzuedz contumax in term. concitato contra Margar. Sczeczine de Crac. pro 3 sexagenis et totid. damp. — *(75)* Niclos ciuis de Kazimiria contumax in term. peremp. contra Petr. Rector. Eccles. de s. Jacobo in Kazimiria pro priuilegio, XX mar. dampni. =Wszystkich zapisek z 1 Lipca w księdze Cr. IIa 86.=

*In Proschouicze feria quinta ipso die sancti Procopii termini continuantur (d. 4 Julii 1398). Alii positi sunt ad duas septimanas proximas.*

**7190.** *(Cr. II p. 147).* Nota — Lambertus heres de Stanislauicze et de Bobyn centum marcas pro dote et centum marcis pro dotalicio in omnibus partibus suis hereditatis ibidem in Stanislauicze et in Bobyn Cztawe uxori sue legitime assignauit et indicauit in forma. — (l. s.; — soluit II grossos).

**7191.** Nota — Clichna relicta Stanislai olim heredis de Socolniky veniens duos (laneos) mansos wlgariter dictos *Rzebe* suos cum omni iure, dominio et pertinenciis ac cum tota parte sua in Dunossy pro centum marcis grossorum Smyloni filio Abrahe ibidem in Dunossy vendidit et in forma resignauit promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluta).

**7192.** Nota — Wroch de Woyslauicze expediat Florianum de Zarisin de IIII^or marcis fideiussorie et de omni dampno ad terminos proximos sub pena XV Floriano et XV iudicii.

**7193.** Nota — Florianus heres de Zarischin veniens omnimodam villam suam eandem Zarischin pro sexingentis marcis grossorum et pro parte hereditatis, que pars fuit Zaclice heredis de Seczechouicze, in Czischicze in terra Sandomiriensi Bernardo de Cowalow et eidem Zaclice in perpetuum vendidit et in forma resignauit cum omnibus iure, dominio et pertinenciis ac cum parte Nicolai fratris sui germani promittens et fideiubens eisdem ab omni impedimento et dampno ubilibet relevare et ab impedimento uxoris sue, debitorum iudeorum et christianorum quorumlibet intercedere.

**7194.** Nota — Stanislao Jeszowski iudicium decreuit, si Symon kmeto de Gramboczyn causam perdet, debet perdere et ipsius dominus Jacussius Lonscz\( ; — eciam e conuerso, si perdet Lonscz\(, perdet et kmeto. =Concordatum est per totum.= (z. p.).

**7195.** *(Cr. II p. 148).* Nota — Machna relicta Nicolai de Wanczcouicze veniens se submisit et dedit in regimen et curam wlgariter *oppeca* Petrassio de Zagorze ad beneplacitum suum. — Eadem Machna publice confessa est, quod nulli hereditatem, quam in dotalicio tenet ibidem in Wanczcouicz, obligauit, sed dixit: sedeo in sede viduali. — Item dixit: hereditas predicta post mortem meam ad proximiores debet devolui. — Item promisit ipsam hereditatem a propinquioribus suis, nec debet alienare.

*In Xansch feria secunda post diem Visitacionis sancte Marie termini continuantur (d. 8 Julii 1398). Alii positi sund ad crastinum sancte Marie Magdalene.*

**7196.** Nota — Johannes de Chodow tres marcas ad diem Assumpcionis sancte Marie Stanislao de Zarnowecz ciui dicto *Wlodiczca* obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sex boues dare tenebitur alias de omni dampno cauendo.

**7197.** Nota — Dobco de Wanchadlow Machnam uxorem Dominici de Sobowicze pro pecuniis dotis de causa per concordiam in perpetuum dimisit.

**7198.** Nota — Petrassius et Faliss filiaster eius de Paulouicze heredes ex concordia venientes talem contractum cum Nicolao de Michalow inter se pro hereditate Paulouicze fecerunt, ita quod eidem Nicolao a magno molendino in totum et duabus partibus in paruo molendino ibidem in perpetuum recesserunt ita tamen, quod semper in molendinis eisdem pro curia ipsorum libere sine metreta, non cum ponderato curru, habent mollere. — Item dictus Faliss terciam partem in dicto paruo molendino perpetue obtinet — Item iidem Petrassius et Faliss ab omni parte hereditatis, quam quomodolibet habent et haberent, pro flumine Bistrzecz ex una parte ad Graliczyn et quod flumen predictum diuidit tam ab agris quam a pratis eidem Nicolao recesserunt. — Item dicti Petrassius et Faliss flumen ibidem ad piscinas ipsorum habent ducere et de piscinis ad dictos molendinos (s) realiter, ut possint mollere, dimittere. — (l. s.; — soluta).

**7199.** *(Cr. II p. 149).* Nota — Petrassius heres de Deschno tres marcas ad diem Natiuitatis sancte Marie proximam Jacussio camerario sub pena iudicii obligauit se soluturum.

**7200.** Nota — Petrassius de Deschno penam *nestane* pro Swanchone ibidem iudicio in totum persoluit videlicet $^1/_2$ marcam, quam idem Swanch contra Annam ibidem incurrebat. =Satisfactum.= (z. p.).

**7201.** Nota — Jacussius heres de Tsczicza IIII$^{or}$ laneos suos ibidem in Tsczicza soluentes per marcam in XXX marcis grossorum et VIII marcis quartensium ad feriam quintam proximam domine Dorotee de Conary dare et obligare se astrinxit, si non dederit, tunc die dominico proximo L$^{ta}$ marcas tenebitur ad soluendum et in eisdem obligacionem ad dandum, alias omnia dampna tenebitur refundere super sola eius fassione.

**7202.** Nota — Angnes de Wanchadlow vidua vnam sexagenam [ad] feriam secundam proximam et tres marcas cum sex scotis ad diem Assumpcionis sancte Marie proximam Stephano de Wilczcouicze obligauit se soluturum sub caucione dampni.

**7203.** Pena — Andreas de Sandzissow penam XV contra Gnewomirum de Paulouicze et XV iudicio pro eo, quod eundem Gnewomirum pro una et eadem re citauit terminum ad terminum sibi dando.

7204. Nota — Johannes de Chodow Jaschconi Picek fideiussorem ad terminos proximos post Assumpcionem sancte Marie debet statuere pro eo, quod sibi nonaginta marcas et tres marcas ad diem sancti Nicolai debet soluere, et si non soluerit, tunc scolteciam sibi in Wola Mechowsca debet obligare pro impedimento et dampno cauendo, alias autem si quodlibet non adimpleuerit, tunc sibi omne dampnum super sola eius fassione tenebitur refundere. — (l. s.; — soluit III grossos).

7205 *(Cr. II p. 150)*. Pena — Laurencius Drwal actor contumax contra Stanconem de Sobouicze pro wlneribus, et contra Wneslaum ibidem pro *spass*.

7206. Nota — Petrassius de Bolesczicze vnam sexagenam pene petite iudicio pro Andrea de Sandzissow ad terminos proximos soluere fideiussit sub pena XV; idem Andreas de Sandzissow eundem Petrum racione eiusdem fideiussorie reddere promissit indempnem.

7207. Nota — Martinus de Deschno Rynerz in Martino ibidem per iuramentum iure acquisiuit hoc, quod idem Martinus *przegrodam* circa ipsum ibidem perpetuo debet et tenetur sepire.

7208. Nota — Nicolaus, Spithco, Jaschco, Stanislaus et Swentoslaus heredes de Janouicze venientes ex fideli concordia confessi sunt, quod fuit *wygon* in partibus hereditatis ipsorum, et sic omnes se ipsos astrinxerunt dare *wygon* quarto anno semper in perpetuum Stanislao de Ilicouicze et suis kmetonibus et habere admiserunt, ita ut ab antiquis temporibus fuit ibidem tentum et obseruantum. — Idem Stanislaus eisdem heredibus similiter confessus est et per suos campos habere admisit, velud antiquitus tenebatur, dictum *wygon*.

7209. Pena — Przeczslaus de Boczcow nomine Strzedz penam XV contra dominam Nedomyna de Xansch (et XV iudicio) pro eo, quod contra ipsam dominam pro violenta perarracione agrorum proponebat non citando.

7210. Nota — Woytco et Maczek Strzedzonem de Boczcow pro fideiussoria XXX marcarum vadii ex intercessione domine Nedomyna de Xansch iure euaserunt. — Eadem domina ipsum Strzedzonem pro arracione agrorum iure euasit, qui ager dicitur *nywa* et iacet circa longam metam. — (l. s.; — soluit IIII^or [grossos]).

7211. Pena — Cristco de Sadowe contumax contra Philippum de Mislouicze pro XL marcis fideiussorie dotalicii uxoris patris ipsius Cristconis in termino concitato.

7212. Pena — Cristco de Sadowe contumax in termino concitato contra Philippum de Mislouicze pro XL marcis fideiussorie et totidem dampni.

7213. *(Cr. II p. 151)*. Nota — Petrassius de Bolesczicze duas marcas ad terminos proximos et unam ad alios terminos proximos sequentes pro Andrea de Sandzissow Gnewomiro obligauit se fideiubendo soluturum sub assignacione sex boum. — Idem Andreas eundem Petrum fideiussorem promisit sub solucione VIII marcarum reddere indempnem. =Solutum est iam.= (z. p.).

7214. Pena — Przeczslaus Nedoma de Boczcouicze penas XV contra dominam Nedomyna de Xansch (et iudicio XV ac Regalem LXX) pro eo, quod penam XV eidem domine Nedomyna, quam supra incurrit, non fideiubens de iudicio discessit. =Satisfactum.=

*In Cracouia feria tercia in crastino diuisionis beatorum apostolorum termini continuantur (d. 16 Julii 1398). Alii positi sunt ad feriam terciam post diem sancti Laurencii videlicet ad quatuor septimanas proximas. (Cr. II.).*

7215. *(1) (Cr. II p. 151)*. Nota — Stanecz filius Bogute ministerialis veniens confessus est abbatem cum suo conuentu de Wanchoczsco ad instanciam Paschconis scolteti de Doluschice pro acquisitis supra in libro presenti contentis concitasse et terminum concitatum assignasse eisdem.

7216. *(2)* Nota — Smychna relicta Miczconis de Srzenawa triginta marcas, quas habuit in obligacione duorum kmetonum et unius marce census in molendino in Xansch cum eo iure,

sicut sola tenuit, Beate matri sue de Chlewisca obligando assignauit, ut in litteris domini Drogomiri iudicio plenius continetur, et predicte obligacionis sibi condescendit. — (l. s.; — grossum soluit).

**7217.** *(3)* Item eadem Beata ulterius censum unius marce obligatum in molendino predicto Margarete filie Clementis de Xansch, moniali monasterii sancti Andree in Cracouia, videlicet decem marcas assignauit et eciam obligauit recipiendas — (l. s.; — grossum soluit).

**7218.** *(4)* N o t a — Jacussius Probolo heres de Modlnycza prata in Budzyuoyouicze, que prata Stanislai Karzelk fuerunt, in VIII marcis monete currentis obligauit Janussio Irzmassek ciui Mechouiensi tenendum in forma. — (l. s.; - soluta).

**7219.** *(5) (Cr. II p. 152).* N o t a — Przibco et Angnes uxor eius legitima de Maslomancza omnimodam partem hereditatis ipsorum, exceptis obligacionibus, in XII marcis grossorum Leonardo de ibidem obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi.

**7220.** *(6)* N o t a — Petrassius de Budziwoyouicze equum, quem recepit, restituet Dorotee relicte Stanislai ibidem ad terciam diem proximam sub pena iudicii.

**7221.** *(7)* P e n a — Borzco de Olbrachicze contumax contra dominum Dobconem subiudicem pro CCCC liris peraratis in Conary, in termino primo.

a. *(75) (Cr. IIa p. 241).* P e n a — Borzco de Olbrachcicze contumax contra dominum Dobconem subiudicem pro CCCC liris peraratis in Konari in termino primo. = Iwan pro curator indulsit per relacionem Odrowanz. = (z. p.).

**7222.** *(8)* P e n a — Symco Sulconis de Gora contumax contra dominum Dobconem predictum pro fideiussoria iudeorum in termino concitato.

a. *(76) (Cr. IIa p. 242).* P e n a — Simco Sulconis de Gora contumax contra dominum Dobconem subiudicem pro fideiussoria iudeorum in termino concitato. (z. p.).

**7223.** *(9)* N o t a — Paschco et Thomco heredes de Vlyna Boxam de Lexicze de LX marcis *pusczyny* post Jaschconem dictum *trabka* liberum in perpetuum dimiserunt.

**7224.** *(10)* N o t a — Nawogius de Damyce et Stanislaus de Wilczcouicze fideiussores pro Msczischcone de Gory X marcas ad diem sancti Jacobi monete currentis et XX marcas grossorum et X marcas monete currentis ad diem sancti Michaelis proximam Jacussio de Wilczcouicze obligarunt se soluturos; si vero X marcas predictas ad diem sancti Jacobi non soluerint, tunc XX marcas tenebuntur ad soluendum, et si iterum alias XX marcas grossorum et X monete currentis predictas ad diem sancti Michaelis proximam non soluerint, tunc ad LX marcas tenebuntur eidem Jacussio sub caucione dampni. = Solutum, propter hoc cancellatum ad consensum Jacussii. = (z. p.).

**7225.** *(11)* N o t a — Nicolaus de Chothla XV½ marcas grossorum principalis debiti ad terminos proximos sub pena iudicii et regali Kaskel iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum et pro usura terminum habent ad colloquium proximum.

**7226.** *(12)* N o t a – Jacussius heres de Trzebinice fideiussor pro Teodrico de Cosmicze Nicolao Falislaouicz ibidem et Woytchcone Coslek de paruo Cosmicze V½ marcas ad diem sancti Michaelis et V½ ad diem sancti Martini proximam Canaan iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum, si non soluerit ad prefixum terminum, tunc sibi XX marcas tenebitur ad soluendum. Idem Theodricus, Nicolaus et Woytek eundem Jacussium fideiussorem huiusmodi debent similiter et se astrinxerunt liberare, si non liberauerint, tunc sibi omne [dampnum] habendum super sola eius fassione et absque iuramento tenebuntur refundere, tam inter christianos quam inter iudeos nulla contradiccione obstante.

**7227.** *(13) (Cr. II p. 153).* N o t a — Paszco et Paschco alter fratres heredes de Sluppow fideiussores pro Wenceslao de Mirossow X marcas pecunie communis pro capite Jaschconis de Lancawa ad diem sancti Nicolai proximam obligarunt se soluturos Mathie de Jurzicouicz et pueris dicti capitis (s); si non soluerint, tunc sibi ad XV marcas tenebuntur sub dampni

caucione. — Idem Wenceslaus eosdem fideiussores suos pro premissis sub omnium bonorum suorum [caucione] promisit reddere indempnes.

**7228.** *(14)* Nota — Nicolaus de Chothla litteram (iudicialem) Petrassy castellani Malogostiensis ad fideles manus a Kaskel iudeo Cracouiensi recepit, quam ad diem sancti Michaelis proximam eidem iudeo debet et se astrinxit restituere; si non restituerit, tunc sibi L[ta] marcas tenebitur ad soluendum, et si iterum dictas L[ta] marcas in termino eodem sibi soluere non curauerit, tunc usuram per grossum a marca qualibet septimanatim debet soluere tamdiu, donec pecunias easdem persoluerit; et nichilominus litteram predictam debet reddere. =Adimpletum est iam, propter hoc cancellatur.= (z. p.).

**7229.** *(15) (Cr. II p. 154).* Nota — Benyk et Nicolaus filius scolteti de Blizice unum kmethonem ipsorum in Thopola cum omni iure, dominio et pertinenciis in V marcis monete currentis Katerine heredi in Irzandz obligarunt promittentes pro dampno et impedimento tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi in forma.

**7230.** *(16)* Pena — Nicolaus de Lappanow canonicus Cracouiensis contumax contra Clementem ibidem de Lappanow pro CCCC marcis vadii, que continentur in libro, in termino peremptorio concitato.

a. *(73) (Cr. IIa p. 241).* Pena — Nicolaus canonicus Cracouiensis alias Lappanowsky contumax in termino primo concitato contra Clementem de Lappanow pro (quatuor) quadringentis marcis vadii, que continentur in libro.

**7231.** *(17)* Pena — Niclos de Kazimiria ciuis actor contumax contra Petrum plebanum a sancto Jacobo ibidem reum pro priuilegio et XX marcis dampni.

a. *(74)* Pena — Niclos de Kazimiria ciuis contumax in termino secundo concitato contra Petrum plebanum a sancto Jacobo de Kazimiria pro priuilegio et XX marcis dampni.

**7232.** *(18)* Pena — Zegotha de Rogow penam XV iudicio contra Petrum Pecz de Przelubsco pro eo, quod coram iudicio eidem Petro publice dixit: mentiris.

a. *(78) (Cr. IIa p. 242).* Pena — Zegotha alias Rogowsky penam XV, quia coram iudicio Peczoni dixit; mentiris.

**7233.** *(19)* Pena — Michalco de Grabe penam XV Wanchniconi camerario et totidem iudicio pro eo, quod eidem Wanchniconi in iudicio dixit vituperando: breuiter michi facis.

a. *(80)* Pena — Michael de Grabye penas iudicio XV et Wenceslao camerario XV, quia dixit eidem Wenceslao: quod stricte mihi facis. =Olandus soluit pro eo regi medietatam IX scotos, quos subiudex Dobeslaus recepit.= (z. p.).

**7234.** *(20)* Nota — Olanth de Woyczow dictam penam trium marcarum pro dicto Michalcone infra tres septimanas fideiubendo eidem Wanchniconi obligauit se soluturum sub pena iudicii et XV Wanchniconis. =Satisfactum est.= (z. p.).

a. *(83)* Nota — Olandus de (Lubocza) Boczow fideiussit III marcas Wenceslao camerario pro pena in qualibet septimana I marcam pro Michaele de Grabye sub pena iudicii XV et Wenceslao XV. =Indulsit.= (z. p.).

**7235.** *(21)* Pena — Angnes de Chechel penam sex scotorum et iudicio tantum contra Johannem de ibidem [incurrit] pro eo, quod recepit pro recursiua ad librum, et liber eundem Johannem adiuuauit.

**7236.** *(22)* Nota — Stanislaus heres de Lednicza XV marcas monete currentis ad diem sancti Martini proximam Derslao de Staszicze obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc L[ta] et tres marcas prius solutas perdendo eidem Derslao ad soluendum tenebitur.

**7237.** *(23) (Cr. II p. 155).* Nota — Marcus de Paulicouice heres nobilitatem suam conpurgando testes sex videlicet Sulconem, Woythconem, Philippum, Marcissium de Methnow, Petrassium de Gorca et Jacussium de Modlnicza fratres contra Claram uxorem Msczugy et Nicolaum filium eiusdem de Mocrzesca vituperantes produxit, qui testes pro ipso Marcissio

iurarunt, quod sit frater ipsorum nobilis de clenodio cornua angni, de proclamacione *Romany*. — (l. s.; — soluit VIII [grossos]).

**7238.** *(24)* Pena — Idem Clara et Nicolaus penas XV eidem Marco et iudicio tantum pro huiusmodi vituperio [incurrerunt].

*Acta in Cracouia in crastino diuisionis apostolorum feria tercia (d. 16 Julii 1398). Termini continuantur feria tercia proxima post Laurencii. (Cr. IIa).*

**7239.** *(1) (Cr. IIa p. 236).* Ca[m] — Dauid vicarius de Dzecanouicze confessor Nicolai de Falcouicze, cui confessus fuit ipse Nicolaus die terminorum, confessus est Kuchniconi vicario de Dobsicz (die) in vigilia terminorum contra Clementem de Grayow, terminus ad terminos proximos.

**7240.** *(15) (Cr. IIa p. 237).* Nota — Petrassius Bobrek de Bibicz soluet marcam domino Nicolao notario terre Cracouiensis ipso die Assumpcionis sancte Marie sub pena XV eidem Nicolao.

**7241.** *(18)* Ca[m] — Woytek plebanus de sancto Laurencio confessor Wilczconis de Zacrzow, cui ipse Wilczco confessus fuit die preteritorum terminorum, confessus est Philippo vicario de sancto Laurencio, et ipse Wilczco confessus est die terminorum contra Kathusszam Thomassy de Czaslaw, terminus ad terminos proximos. =Dimissus.= (z. p.).

**7242.** *(23)* Constitucio procuratoris — Bethca relicta Micossy de Budziuogiouicz constituit suum procuratorem Nicolaum Irpiszca de Luczicze contra Stachnam Herzmaszcowa de Mechow in omnem euentum.

**7243.** *(24)* Nota — Bethca eadem intercessit Potruszcam suum filium contra Stachnam predictam in causa, quam eidem Potruszce mouebat.

**7244.** *(26)* Milotha de Chodinicz cum Petrassio, Paschone et Nicolao de Slupow terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Michaelis; Milotha, Pascho, Petrus et Nicolaus debent arbitros ducere in Rokithno videlicet Iwonem et Borconem; Martinus vero Spitkonem iudicem et Wirzchoslaum, aut alios loco ipsorum feria tercia post Natiuitatem sancte Marie sub X marcarum vadio, quis eorum non adduceret. (z. p.).

**7245.** *(27) (Cr. IIa p. 238).* Nota — Pascho de Slupow fideiussit pro Wenceslao de Miroszow, quod idem Wenceslaus debet iuri conparere Mathie de Jurzicouicz pro capite, si non conparuerit, tunc Pascho caput predictum soluet: LX[ta] marcas, tamquam pro capite militali et nobili.

**7246.** *(32)* Wissotha de Dupye cum Stancone Caÿfas de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro L[ta] palis fixis in sua hereditate, pro boue mactato, quod obligaciones arauit, sex mellificia dilacerauit wlgariter *widarl*, tres arborum *sczepi* extra ortum ipsius sepiuit.

**7247.** *(34)* Constitucio officialis — Stachna [Hermasczcoua de Mechow] debet constituere ministerialem, cum quo Potruszcam citare procurauit, terminus ad terminos proximos.

**7248.** *(40)* Clemens de Cracouia cum Gregorio de Dupye terminum secundum habent ad terminos proximos pro capite Nicolai filiastri Clementis et XVI wlneribus apertis et spolio. =Concordauerunt.= (z. p.).

**7249.** *(43) (Cr. IIa p. 239).* Ca[m] — Stanislaus vicarius de Dzalosszicz confessor, Petrus et Laurencius dictus Dzecan kmethones de Solecz, qui sibi sunt confessi die terminorum preteritorum, confessus (s) est die terminorum contra Johannem Szado de Bolow et Swanchonem colonum ipsius ibidem de Bolow, terminus ad terminos proximos.

**7250.** *(48)* Nota — Bartholomeus de Wilczcouicze cum Jacussio de ibidem pro eo, pro quo ipse Bartholomeus Jacussium citari procurauerat, concordauerunt.

**7251.** *(49)* Pena — Jascho de Sobolow penas (ex eo) incurrit iudicio binum XV (Nicolao notario terre XV et Wenceslao camerario XV) ex eo, quia cuilibet ipsorum mediam

marcam super festum sancti Stanislai tempore May nunc proxime preteritum sub eisdem penis soluere se obligauit. =Camerarii in iudicio presidentes pepercerunt.= (z. p.).

**7252.** *(54) (Cr. IIa p. 240).* Testes — Pascho de Bibicz ducit testes contra Johannem kmethonem de Xangnicz pro capite: Stanislaus de Geboltow, Jacussius de Modlnicza, Andreas de Bandcouicz, Miczko de Vyasd, Raphael de Radwanouicz, Marcussius de Radwanouicz; — [Rota]: *Jaco sye oglowa yednal y przebral;* terminus ad terminos proximos.

**7253.** *(58)* Nota — Pascho de Slupow dimissus est de fideiussoria a Mathia de Jurzicouicz, in qua fuit pro Wenceslao obligatus.

**7254.** *(68) (Cr. IIa p. 241).* Testes — Petrassius predictus ducit testes contra Margaretham de Budziuogiouicz pro debito iudeorum: Slawco de Mlosszowa, Swantoslaus de Modlnicza Martinus de Jedlcza — iuramentum tenetur facere, Staszco de Modlnicza, Andreas de Pampicz, Wroczslaus de Radszicz; — [Rota]: *Jaco Margaretha obwazala sye dlugu zidowskego smazem;* terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**7255.** *(69)* Testes — Jacussius de Strzeszcouicz ducit testes contra Gregorium de Pancouicz pro XX marcis remanenciis Abrahe de Pancouicz: Stephanus de Borow, qui scit, Jascho de Potok, Jasczolth de Zacrzow, Miczko de ibidem, Martinus de Zarogow, Staszco de Borow; — [Rota]: *Jaco ma dzecza XX grziwen szcodi dzeczanczego ymena;* terminus ad terminos in Xansch; ad terminos proximos ibidem in Xansch (s). (z. p.).

**7256.** *(77) (Cr. IIa p. 242).* Nota — Olandus reus incepta querulacione contra ipsum mota per Peczonem de Przelubsko pro penis subcamerarii, ipse Olandus a iure recessit, et tunc ipse Pecz memoriale posuit. =Olandus soluit pro eo regi medietatem IX scotos, quos subiudex Dobeslaus recepit.= (z. p.).

**7257.** *(79)* Pena — Pecz de Przelubsko cum Zegotha alias de Rogow terminum secundum habent ad terminos proximos pro vituperacione milicie; Pecz cum testibus.

**7258.** *(81)* Testes — Stanislaus de Negowanicz ducit testes contra Stephanum et Nicolaum de ibidem pro VI marcis fideiussorie grossorum: Staszco Lusczek de Negowanicz, qui interfuit, Sandco de Karlin qui interfuit, Clemens de Zarow, Jacussius de Zarow, Jacussius de Zandow, Wenceslaus de Pancouicz; — [Rota]: *Jaco ranczili pospolita ranka VI grziwen za Maczeya sdobracowa;* terminus ad terminos proximos.

**7259.** *(82)* Wenceslaus de Lubochow pro penis Budconis de Damianow satisfecit iudicio nec non et [pro] suis penis pro Budcone cum duabus marcis.

**CCLIX. Uwaga.** *(2)* Heduigis uxor Michaelis de Sycorzicz cum Jurc. et Joh. de Koczonow term. ad coll. pro parte hered. patrimonii in Koczonow et in Sdzislauicze. — *(3)* Nicol. notar. terre Crac. cum Petro pleb. de Zelonky term. ad uidend. in Marszouicze — *(4)* Clem. de Paschouicz cum Jacus. de Owczari term. peremp. — *(5)* Zaclica de Korzkew (confessus capell.) contra Clem. de Paschouicz, term. =Dimissus [capell.].= — *(6)* Msczisco de Gori litt. de Wislicia contra Wencesl. de Lubochow, quod habuit imbi pro maiori, term. — *(7)* Joh. de Wilczcouicz confessus capell. contra Jasc. de Pancouicz, term. — *(8)* Petras. Bochnensis aduocat. cum Boxa Lucouiensi term. peremp. — *(9)* Sandek de Czicouicz cum Milotha de Chodinicz term. peremp. ad concord. uel idem faciend. post Mich. — *(10)* Przibco de Srzanczicz cum Boguska ibid. term. secund., Przibco cum testibus. — *(11)* Strzechna Miculonis de Byala et Zaclica suus filius cum Mrocze. de Srzenawa term. secund. pro fideiuss. iud. — *(12)* Joh. de Neswogiouicz cum Henrico canonico Crac. term. ad videndum pro prato. Thomek officialis. — *(13)* Nemerza de Przibislauicz cum Pachna Widzdze nunc Marcissy de Drwyenya et Hanca ipsius filia term. peremp. — *(14)* Margar. Nicolai Mazowitha de Crac. cum Wroch de Woyslauicz term. secund. pro IV milibus liris aratis wlgariter *brosdi.* — *(16)* Pecz de Przelubsco cum Janc. de Bzow term. peremp. — *(17)* Magdalena Mathie relicta de Sczodrcouicz cum Kathussza uxore Alberti Janowski ibid. term peremp. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(19)* Dominic. de Sczodrcouicz cum Woytk. Janowsky ibid. term. peremp.

ad concord. uel ad idem faciend. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(20)* Nicol. kmeto de Byelanye cum Sobc. et uxore eius ibid. term. peremp. ad concord. uel idem faciend. — *(21)* Preposit. Mechow cum Sigism. de Michalouicze et Joh. de Lucziecze term. peremp. — *(22)* Andr. de Koszczeyow filius Nicolai ibid. cum Przeczsl. Strzedz de Boczcouicz term. peremp. ad concord. uel idem facieed. — *(25)* Mart. procurator Sanctimonialium a s. Andr. de Crac. cum Milotha de Chodinicz et uxore term. peremp. post Mich. — *(28)* Preposit. Swerzinciens. confessus capell. contra Smerl. iud., term. — *(29)* Dobco de Witcouicz cum Joh. de Neswogiouicz term. peremp. personal. sine dilac. =Concordauerunt.=(z. p.). — *(30)* Jan de Crziscouicz cum kmetonib. Jazwczonis ibid. term. peremp. — *(31)* Nicol. Jazwecz confessus capell. contra Joh. ibid. pro 3 wlnerib. apert. et 3 liuid., term. curie. =Dimissus [capell.].= (z. p.). — *(33)* Stachna Hermascoua de Mechow cum Bethca Micossy de Budziuogiouicz term. ad uidend., Mart. official. — *(35)* Jacus. Clamp. de Gdow cum Joh. de Mislimicze term. peremp. personal. sine dilac. — *(36)* Josman cum Pasc. de Bibicz term. peremp. post Mich. — *(37)* Drobni cum Wirzchosl de Sedliscza term. peremp. post Mich. — *(38)* Doroth. Stanislai cum Potruszca de Budziuogiouicz term. ad uidend., Mart. official. — *(39)* Swanch de Parcz cum Petroborg de Crac. ad uidend. term., visio in Parcz, Mart. official. — *(41)* Petr. de Wilczcouicz cam Adamc. de Damicz term. secund. pro fideiussor. Wirzchoslai 6 mar. — *(42)* Andr. de Lewnow confessus capell. contra Pecz. de Przelubsco, term. curie pro XV et mal. verb. =Dimissus [capell.].= — *(44)* Bogun de Parcz cum Swanszc. et Woytk. ibid. term. peremp. — *(45)* Brzanczek de Czudzinouicz cum Wlodc. et Kathca uxore de Wrocimirowa term. peremp. ad concord. uel idem faciend. — *(46)* Abbas de Mogila et Stanisl. de Cacicze cum Clem. de Nassanchouicz term. peremp. (z. p.). — *(47)* Prand. de Neprzeszna confessus capell. contra Jasc. de Polaninouicze, term. curie. — *(50)* Pascho de Doluschicz litt. priuileg. ponet contra Joh. de Mislimicze, term. — *(51)* Swantosl. de Modlnicza cum Miczc. de Vyasd term. secund. pro 4 mar. fideiuss. et damp. totidem. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(52)* Stanisl. de Modlnicza cum Miczk. de Vyasd term. secund. — *(53)* Jacus. Probolo de Modlnicza cum Mart. ibid. Gawron term. peremp. ad concord. — *(55)* (Nicol. de Chotlicz penas. . ) (zapiska niedokończona). — *(56)* Mich. de Sicorzicz cum Jurc. de Koczonow term. peremp. ad coll. pro XX mar. fideiuss. — *(57)* Leonard. de Maslomancza cum Barthc. de Wilczcoue term. secund. pro 1 wlnere et equi wlnere aperto. — *(59)* Izaak iud. cum Stanisl. de Chodinicz term. secund. pro debito, quod litt. declarabit. — *(60)* Abbas de Mogila cum Derszc., matre et fratrib. de Wanzirow term. peremp. — *(61)* Abbas de Mogila cum Przeczsl. de Opathcouicz term. secund. pro fideiussor. manu coniuncta equi 8 mar. — *(62)* Wanch de Tassicz cum Stanisl. de Surowky term. peremp. — *(63)* Joh. de Mislimicze iurabit contra abbat. de Mogila pro 2 mar., term. — *(64)* Leonard. de Maslomancza cum Budc. de Wilczcouicz term. secund. pro wlnere liuido. — *(65)* Jacus. de Kawky ducet testes contra Nicol. de Kozmicz super m i l i c i a, term. — *(66)* Petras. de Sweborouicz iurabit super 2 mar. et VIII scot. contra Margar. de Budziuogiouicz, term. — *(67)* Petras. de Sweborouicz cum Miczc. et Stasc. ibid. term. peremp. (z. p.). — *(70)* Chaschel cum relicta Przibc. de Irzanz term. peremp. sine dilac. per 8 septim. — *(71)* Abbas de Mogila cum kmetonib. de Wola Lubczska term. secund. pro repercus. pignorum. — *(72)* Jacus. de Strzezcouicz cum Greg. de Pancouicz ad uidend. term., visio in Pancouicz. (z. p.). =Wszystkich zapisek z 16 Lipca w księdze Cr. IIa 83.=

*In (C r a c o u i a) P r o s c h o u i c z e feria quinta in crastino sancti Allexy termini continuantur (d. 18 Julii 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas proximas ante diem sancti Laurencii proximam.*

**7260.** *(Cr. II p. 155).* N o t a — Derslaus de Plaouicze Nicolaum Wantrobca de Strelcze pro omnibus causis habitis et acquisitis tam suis, quam kmetonum suorum, et uxorem eius dominam Swentochnam in perpetuum liberum dimisit.

**7261.** Nota — Potrunula et Imramus maritus eius de Rawulouicze ex una et Kachna filia eiusdem Potrunule ac Andreas maritus eiusdem Kachne de Zalesse parte ex alia concordiam inter se hincinde perpetuam pro hereditate Rawulouicze omni et pro aliis causis omnibus concordarunt et fecerunt se ipsos de causis motis liberos dimittentes; ita quod dicta Potrunula eidem Kachne dicte hereditatis Rawulouicze cum omnibus iuribus in perpetuum condescendit, et predicta Kachna cum marito predicto suo CLXX minus duabus marcas grossorum pragensium ad festum Natiuitatis Christi proxime nunc venturum se astrinxit soluturum. Si non solverit, tunc ipsa Petrunula dictam hereditatem Rawulouice pro dictis pecuniis in obligacione a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi tenere habebit tamdiu, donec sibi pecunie predicte fuerint persolute, premissamque concordiam sub vadio centum marcarum perpetuo inviolabiliter se ipsos hincinde submiserunt et debent obseruare, nec predicta Katherina Imramum predictum in aliquo premissorum habet impedire sub vadio predicto.

**7262.** *(Cr. II p. 156).* Pena -- Miczco de Maczeycouicze heres penam XV contra Jacobum officialem iudicio et ipsi Jacobo sex scotorum, iudicio tantum ac Regalem LXX pro eo, quod eidem officiali in iudicio diffidauit, ut Smach confessus est; idem Miczco eidem Jacobo sex scotos soluat ad terminos proximos sub pena iudicii. (z. p.).

**7263.** Nota — Derslaus de Plaouicze cum Thomislao de Curoswank talem contractum inter se fecerunt, ita quod idem Thomislaus XL marcis dotis in ipso per Derslaum acquisitis debet uti ad tempora vite Annce filie sue, et post mortem eiusdem filie dicte XL marce ad ipsum Derslaum debent devolui, quas tunc ipse Derslaus in parte hereditatis Thomislai ibidem in Curoswank habebit conspicere. — (l. s.; — soluit V grossos).

**7264.** Idem Derslaus memoriale iudicio ad terminos proximos sub pena iudicii debet soluere. (z. p.).

*In Xansch feria tercia in crastino sancte Marie Magdalene termini continuantur (d. 23 Julii 1398). Alii positi sunt ad feriam secundam proximam post diem sancti Laurencii.*

**7265.** Nota — Cristco de Sadowe omnimodum borrum suum in villa Droszicouice pertinentem ad hereditatem Sadowe pro via, que currit de Starzyny ad granicies Sczecocziny et ad granicies Tarnowska et ad granicies Mancarska, pro graniciebus Dambrowsca et pro granicie Woyslawsca et pro granicie Szassiny Wola et pro Psarsca granicie in hereditate Starzinsca pro Pyplow, pro C marcis grossorum Zyre de Drzoszicowa vendidit et in perpetuum resignauit promittens pro dampno et impedimento de premissis. — (l. s.; — soluta, [soluit] III grossos).

**7266.** *(Cr II p. 157).* Arestacio — Idem Zyra confessus est adhuc circa se VIII⁰ marcas predicti Cristconis habere, et camerarii racione penarum iudicii, quas penas idem Cristco incurrit, easdem VIII⁰ marcas arrestauerunt et ad terminos proximos dari ipsis fecerunt.

**7267.** Terminus — Jacussius veniens tamquam nunccius simplex Stanislai Jelitco de Gosdna terminum cum Johanne de Mocrsco continuauit per cappellanum et continuato postea cum littera procuracionis in iudicio in alia causa et contra aliam personam conparuit et *przasse* cum eadem littera; idem Johannes videns eandem litteram, causam propterea voluit obtinere; datur terminus eisdem ad interrogandum ad terminos proximos.

**7268.** Nota — Johannes de Chodow Helye fratri monasterii de Mechow sex scotos in terminis Cracouiensibus proximis obligauit se soluturum sub pena iudicii.

**7269.** Nota — Idem Johannes Miczconem cum uxore et filia kmetones suos de Chodow ad statuendum iuri ad feriam quartam proximam post Assumpcionem sancte Marie fideiussit preposito monasterii predicti in Mechouia, alias si non statuerit, tunc XXX marcas eisdem tenebitur ad soluendum.

7270. Nota — Stanecz de Bruss procurator Stanislai Jelitco iure euasit.......[1]) de .......[2]) pro hiis, pro quibus eum impetebat.

7271. Nota — Andreas heres de Sandzissow actor viam per prata sua ibidem contra Gnewomirum de Paulouicze et Dobconem de Witcouice perdidit, quia eosdem de iuramento dimisit ipsique Gnewomirus et Dobco ipsam viam perpetuo acquisierunt, que via seu strata iacet eundo a taberna inter granicies Wolsca et Sandzissowsca.

7272. Pena — Nicolaus Knyschynsky contumax contra Cristinum heredem de.......[3]) actorem pro XVIII marcis in termino concitato.

*In Proschouicze feria tercia proxima ante diem sancti Laurencii termini continuantur (d. 6 Augusti 1398). Alii positi sunt ad feriam quintam proximam post diem sancti Bartolomei.*

7273. *(Cr. II p. 158).* Pena — Boxa de Lexice actor pronunciatur contumax ad instanciam Cristini de Manoczicze pro wlneribus XV kmetonum et pro tempore in termino peremptorio, quia simpliciter terminum nunccius eius expediebat.

7274. Nota — Katerina uxor legitima Goworconis de Jedlcza a dote et dotalicio, si que habuit ibidem in Jedlcza, in perpetuum recessit et ipsis renuncciauit et si quod ius habuit, eidem renuncciauit.

7275. Pena — Stanislaus de Marschouice pronunciatur contumax contra Nicolaum de Proschouice pro VII½ marcis in termino primo.

7276. (Pena)-Nota — Jaschco de Sarbe Sandconem de Gorca actorem iure euasit pro III$^{bus}$ marcis et totidem dampni, quia idem Sandco existens actor terminum peremptorium simpliciter continuauit.

7277. Pena — Andreas procurator de Nadzow pronunciatur contumax contra Nicolaum de Slup pro V wlneribus kmetonis cruentatis et pro pecoribus in termino (peremptorio) primo *zalycem.*

7278. Nota — Swanszek officialis confessus est, quod eundem procuratorem in domo domini Nicolai ibidem in Nadzow per predictos arrestatum vidit.

7279. Pena — Michael de Radzimice actor pronunciatur contumax contra Zaclicam, unum kmetonem et wladarium ipsius Zaclice de Thochol pro hiis, pro quibus eosdem impetebat, in termino primo.

*In Xansch feria secunda proxima post diem sancti Laurencii termini continuantur (d. 12 Augusti 1398). Alii positi sunt ad tres septimanas proximas in crastino sancti Egidii.*

7280. Nota — Gregorius et Jacussius fratres de Grodzyna cum Johanne preposito sancti Michaelis de Tur debent omnes venire inter villas easdem et Rosyechane habere infra duas septimanas post diem sancti Michaelis, si quis vero ibidem non venerit, tunc XXX marcas pars parti alteri parcium predictarum tenebitur ad soluendum, si autem non fuerint concordati, tunc Gregorius et (Pacossius) Jacussius predicti cum Pacossio fratre dicti domini prepositi terminum similem ad idem faciendum habent ad terminos primos post diem sancte Heduigis.

7281. *(Cr. II p. 159).* Pena — Swanch de Parce penam VI scotorum iudicio pro eo, quod alium loqui in iudicio informauit.

7282. Nota — Phillipus de Droszicouice actor causam contra Ziram de Starzyny pro borro Droszicowsky émpto per Ziram perdidit, quia existens actor terminum per nunccium simplici infirmitate continuauit.

7283. Nota — Johannes de Chodow XV marcas grossorum latorum ad terminos proximos domino abbati de Andrzeow obligauit se soluturum sub impignoracione XXX bouum, alias si pingnus non dederit uel non (s) repercusserit, tunc sibi omne dampnum refundere habebit.

---

[1]) [2]) [3]) Luki w oryginale.

**7284.** Nota Pena — Ossanca de Lubochow palium pro media marca furatum in Stanislao herede de Grabow iuramento acquisiuit pro eo, quod Stanislaus intercessorem *neoszadly* statuerat. — Idem Stanislaus penam XV iudicio et XV dicte Ossance pro premissis.

**7285.** Nota — Stassek de Grabowich Petrassium Sulconis de Chechel pro VIII marcis et pro hereditate Gardonowska iuramento euasit. — Idem tenetur memoriale ad terminos proximos sub pena iudicii, et notario grossum.

**7286.** Pena — Gregorius de Pancouice contumax contra Jacussium camerarium iudicii pro XX marcis in termino testium.

**7287.** Pena — Andreas de Wanchadlow contumax contra Stephanum de Wilczcouice pro una sexagena et pro tanto dampni in termino concitato.

**7288.** *(Cr. II p. 160).* Pena — Nicolaus de Knyschyna penam XV Cristino de Peczenegy et iudicio tantum pro repercussione pingnorum, Coczel officialis confessus est repercussionem.

*In Cracouia feria tercia proxima post diem sancti Laurencii termini continuantur. (d. 13 Augusti 1398). Alii positi ad duas septimanas. (Cr. II.).*

**7289.** *(1) (Cr. IIa p 160).* Nota — Andreas de Serzidlna Subcamerarius Mazovie XL minus duabus marcas grossorum pragensium apud Derslaum de Stassice mutuo concessisse confessus est, quas eidem Derslao infra duas septimanas ante Natiuitatem Christi proxime nunc venturam obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi omne dampnum habendum ob premissa habet refundere, nulla obligacione ipsum pro pecuniis et pro dampno euadendo, et super eo filii eiusdem Andree videlicet Johannes et Marcus manu coniuncta fideiusserunt promittentes dictum Derslaum de premissis sub caucione dampni reddere indempnem.

**7290.** *(2)* Nota — Swentochna filia Blasy de Mocrzeschca partem hereditatis patrimonii sui ibidem in Msczugio et Clara uxore eiusdem legitima de ibidem iure et per iuramentum testium acquisiuit, et iudicium sibi adiudicauit.

**7291.** *(3)* Pena — Idem Msczugius et Clara penam XV contra eandem Sweutochnam pro huiusmodi detencione hereditatis, et XV iudicio, et eandem partem hereditatis, soluta huiusmodi pena XV iudicio et Swentochne, restituant.

**a.** *(87) (Cr. IIa p. 249).* Pena — (Msczugius) Msczìwoy̆ et Clara uxor eius de Mocrzeska penam XV contra Swantochnam filiam Blasy de ibidem pro detencione partis hereditatis et iudicio XV, et eandem partem hereditatis, soluta huiusmodi pena XV iudicio et Swantochne, restituant.

**7292.** *(4)* Procurator — Margareta uxor Nicolai *Mazoschanyn* heres de Gorzcow contra Wrochonem de Woyslauice procuratorem suum Jacussium Probolo constituit et causam sibi commisit.

**7293.** *(5)* Pena — Johannes de Chodow Mathie de Jurzicouice binam XV et iudicio tantum pro eo, quod sibi dixit: iudicatus es pro capite tuo et pro littera male scripta, et Mathias se iustum per litteras conpurgauit.

**a.** *(88)* Pena — Johannes de Chodow Mathie de Jurzicouicz binam XV et iudicio tantum pro eo quod sibi dixit: iudicatus es pro capite tuo et pro littera male scripta, et Mathias se iustum per litteras conpurgauit.

**7294.** *(6) (Cr. II p. 161).* Nota — Petrus Pecz heres de Przelubsco vituperatus nobilitatem suam contra Zegotam de Rogow vituperantem pro vituperio conpurgando sex testes fratres videlicet, Janussium de Starowa nywa, Petrassium de Boleszicze, Jaschconem de Mislouice, Philippum ibidem, Stephanum Zelasco de Lowyna, Marcissium de Olpice, (Nicolaum ibidem) produxit, qui fratres et testes pro ipso Pecz iurauerunt, quod sit nobilis frater ipsorum de clenodio due cum media cruces et de proclamacione *Pylawa*; et iudicium eundem Pecz nobilem esse declarauit. — (l. s.).

**7295.** *(7)* Nota — Smerlyn iudeus Cracouiensis XXX marcas principalis debiti et usuram per grossum a marca septimanatim duorum annorum iuxta tenorem litterarum suarum in Stogneo preposito de Swerzinecz iure acquisivit.

**7296.** *(8)* Zuschca de Offczary Katerine Hanconis relicte de Chelm pro VIII marcis debiti fideiussores ad terminos proximos habet statuere, alias sedecim marcas tenebitur eidem ad soluendum, et sub caucione dampni adimplere tenebitur.

**7297.** *(9)* Pena — Sigismundus de Michalow penam XV contra prepositum Mechouiensem pro eo, quod sibi non persoluit penam sex scotorum.

a. *(89)* Pena — Sigismundus de Michalouicze XV contra prepositum Mechouiensem pro eo, quod sibi non persoluit penam sex scotorum. =Judicium sedens indulsit.= (z. p.).

**7298.** *(10)* Nota — Johannes de Chodow XL marcas dampni Imramo iuniori de Czulice confessus est teneri

**7299.** *(11)* Nota — Johannes de Gardlicza pro debito acquisito et confesso, ut in libro continetur, Hosmano iudeo Cracouiensi satisfaciat ad terminos proximos sub pena iudicii et Regali, quantum iudeus litteris suis demonstrabit.

**7300.** *(12)* Nota — Idem Sigismundus duas marcas ad terminos proximos et unam marcam ad octo dies post eosdem terminos predicto preposito sub pena iudicii debet soluere, Michaeli ad manus, notarii [pena] et sex scotorum die dominica proxima. =Satisfactum est de consensu prepositi.= (z. p.).

**7301.** *(13)* Idem Sigismundus kmetoni prepositi pro sex grossis satisfaciat; et kmeto, si voluerit, super residuo iurare habebit ad terminos proximos.

**7302.** *(14) (Cr. II p. 162).* Nota — Dobco subiudex terre Cracouiensis fideiussor pro Johanne de Chodow sex marcas pene infra sex septimanas videlicet per duas marcas ad terminos quoslibet continue se sequentes sub penis XV iudicii et Mathie obligauit se soluturum Mathie de Jurzicouice. Idem Johannes eidem subiudici se similiter obligauit indempnem reddere.

**7303.** *(15)* Nota — In causa Stachne uxoris Irzmasconis de Mechouia et Petrassÿ de Budziwoyouice iudicium decreuit, quod Petrus hereditatem ibidem aue sua Bethce debet tenere, et post mortem eiusdem Bethcze debet partem ipsi Stachne dare prescripcione aliqua non euadendo, dicta vero hereditas omnimodo non debet indebitari. — (l. s.; — soluit).

**7304.** *(16)* Pena — (Petrus) Marcissius actor de Glanow contumax contra Johannem de Solecz pro parte hereditatis materne ibidem in Solecz, quia ad videndum testes statui non conparuit. — (l. s.; — soluit VI grossos).

a. *(73) (Cr. II p. 248).* Petrus de.....(?) contumax contra Johannem de Solecz pro parte hereditatis. (z. p.).

b. *(75)* Pena — Marcissius de Glanow contumax contra Jaschonem de Solecz pro parte hereditatis materne ibidem in Solecz, quia ad uidendum testes statui non conparuit. =Pro rege soluit Petro de Bolesczicz VI grossos.= (z. p.).

**7305.** *(17)* Pena — Wanch de Stassice contumax contra Andream de Cosmice pro bireta trium fertonum, pro balista cum attimenciis, pro I½ marca et pro decem marcis dampni, in termino curie. Boguta officialis confessus est terminum curie dedisse. (z. p.).

a. *(76)* Pena — Wanch de Thassicz contumax contra Andream de Kosmicz pro bireta trium scotorum, pro balista cum attinenciis, pro I½ marca et pro X marcis dampni, in termino curie. Bogutha officialis confessus est terminum curie. =Pro rege soluit subiudici mediam marcam.= (z. p.).

**7306.** *(18)* Pena — Olanth de Boczow contumax contra Petrum Pecz de Przelubsco

a. *(77)* Pena — Oland de Boczow contumax contra Peczonem de Przelubsco pro

pro trina XV penarum subcamerarii Cracouiensis iin termino curie.

trina XV penarum subcamerarii Cracouiensis in termino curie.

**7307.** *(19)* Pena — Andreas Mencouicz de Wanchadlow contumax contra Nicolaum de Chotla pro fideiussoria debiti iudeorum, in termino primo.

**a.** *(78)* Pena — Andreas Mencouicz de Wanchadlow contumax contra Nicolaum de Chotla pro fideiussoria debiti iudeorum in termino primo.

**7308.** *(20)* Pena — Clemens de Lappanow contumax contra Nicolaum fratrem suum de ibidem pro CCCC marcis vadii in termino primo et pro termino non iuridice obtento alias per Clementem.

**a.** *(79)* Pena — Clemens de Lappanow contumax contra Nicolaum fratrem suum de ibidem pro CCCC marcis vadii in termino primo et pro termino non iuridice obtento alias per Clementem.

**7309.** *(21)* Pena — Stogneus prepositus de Swerzinecz contumax contra Dzeczmarum de Rosseow et Jacussium fratrem eius pro iuramentis, que contra ipsum debent prestare et pro littera, quam reposuerant in iudicio.

**a.** *(80)* Pena — Stogneus prepositus de Swerzinecz contumax contra Dzeczmarum de Rossyeow et Jacussium fratrem eius pro iuramentis, que contra ipsum debuerunt prestare, et pro littera, quam reposuerunt in iudicio.

**8024.** Terminus — Dominus Martinus procurator Sanctimonialium sancti Andree monasterii de Cracouia cum Milota de Chodinice terminum simplicem habent ad terminos secundos proximos post diem Cinerum.

*In Cracouia feria tercia in crastino Epiphanie domini anno eiusdem domini Millesimo CCC° Nonagesimo nono termini continuati fuerunt (d. 7 Januarii 1399). Alii positi sunt ad duas septimanas proximas.*

**8025.** *(1) (Cr. II p. 243).* Nota — Jachna uxor Alberti Lassota de Radwanouice omnimodam partem hereditatis sue maternam ibidem in Radwanouiae cum omni iure, dominio et pertinenciis, que pars dicitur Falczinsca, in X grossorum et duabus quartensium marcis Pe-

trassio scolteto de Paczoltouice obligauit tenendum in forma promittens pro dampno et impedimento. — Item dicta Jachna dictam partem hereditatis apud eundem Petrassium pro duobus marcis ad annuam pensionem conuenit, excepto uno prato, mere ad beneplacitum ipsius Petrassy utifruendum. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

**8026.** *(2) (Cr. II p. 244).* Nota — Andreas de Thrzewlin reus Andream de Widzdzice actorem pro villa Prococin dicta iure in perpetuum euasit, ex eo, quod idem Andreas actor contra ipsum Andream reum pro eadem villa iurare decisorie noluit in hunc modum: scilicet sicut idem Andreas reus dictam villam ultra spacium XXX annorum pacifice non tenuisset, quousque prescripcio legitima exspirauit.

**8027.** *(3)* Nota — Veniens Mathias heres de Jurzicouice XXVI marcas quartensium et decem scotos a domino Michaele iudice pro parte hereditatis ibidem in Jurzicouice sibi alias per Prandotam de Przelank obligata recepisse publice recongnouit.

**8028.** *(4)* Nota — Jacussius Probolo de Modlnicza V marcas principalis et V marcas dampni in Potruschca de Budziwoyouice iure obtinuit, quia idem Potruschca, incipiens causam expedire et non perficiens, de iudicio discessit.

**8029.** *(5)* Pena — Wroch de Woyslauice penam Regalem LXX contra Canaan iudeum de Cracouia pro eo, quod debitum congnitum in termino solucionis eidem iudeo non persoluit. =Domini iudicio presidentes penam indulserunt.= (z. p.).

**a.** *(33)* [1] *(Cr. IIa p. 360).* Pena — Wroch de Woyslauicze penam Regalem LXX contra Kanan iudeum de Cracouia pro eo, quo debitum congnitum in termino solucionis eidem iudeo non persoluit.

**8030.** *(6)* Nota — Cristinus de Imramouice decem [marcas] ad diem Carnispriuii et decem ad Dominicam Ramispalmarum pro X mensuris siliginis Borconi de Tsczenecz obligauit se soluturum, si quociens non soluerit, tunc X marcas tociens eidem tenebitur ad soluendum.

**8031.** *(7)* Nota — Jaschco de Buczina sex marcas debiti certi ad terminos proximos Martino de Raczechouice obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc X marcas ad alios terminos sequentes tenebitur ad soluendum.

**8032.** *(8)* Nota — Petrassius heres de Polanynouice C marcas dotis et C dotalicy in omni medietate bonorum suorum hereditariorum habencium et habendorum Dorotee uxori sue legitime in forma assignauit.

**8033.** *(9)* Petrus kmeto de Parcossouice Cristinum de Imramouice pro XL capeciis frumenti de causa et terminis liberum dimisit.

**8034.** *(10) (Cr. II p. 245).* Nota — Jaschco de (Lednicza) Gethcice et Stanislaus de Lednicza fideiussores pro Wirzbanta de Racziborzani XXX marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Jaschconi et Lassote de Cossocice fideiubentes obligarunt se soluturos sub caucione dampni. — Idem Wirzbanta dictos suos fideiussores promisit similiter indempnes reddere. — (l. s.; — soluta).

**8035.** *(11)* Nota — Hosmanus iudeus Cracouiensis veniens recognouit, quod sibi de debito L$^{ta}$ marcarum fideiussorie pro Jancio XL marcas Wirzbanta de Branice iam persoluit, et in littera, quam super hoc habet, non plus, nisi XII marcas nunc contineri.

**8036.** *(12)* Nota — Idem Hosmanus recongnouit, quod Johannes de Chodow se de omni suo debito et usura apud eum expediuit et sibi pro toto debito satisfecit excepto hoc, quod adhuc idem Johannes eidem Hosmano XX marcas ad diem sancti Stanislai proximam obligauit se in residuo soluturum, et super eisdem XX marcis ipsi fideiussores ad terminos proximos debet statuere, si non statuerit, tunc litteras circa se idem Hosman habebit retinere.

**8037.** *(13)* (Pena) — Pecz de Przelubsco cum capellano contumax contra Andream de

**a.** *(34) (Cr IIa p. 360).* Pena — Pecz de Przelubsko cum capellano contumax contra

[1]) Równoległymi zapiskom z 7 Stycznia w księdze Cr. II, są zapiski z 8 Stycznia w księdze Cr. IIa.

Widzdzice pro verbis vituperii et pro parte pene Subcamerii. =Dominus iudex penam indulsit.=

Andream de Widzdzicze pro verbis vituperii et pro parte pene Subcamerarii. (z. p.).

**8038.** *(14)* Nota — Petrus de Sedlecz XV marcas et XVI scotos grossorum pragensium Johanni Spicimir ciui Cracouiensi ad diem sancti Stanislai tempore May proximam obligauit se soluturum sub penis iudicii et Ragali.

**8039.** *(15)* Nota — Moyses de Odunow veniens omnimodam partem hereditatis sue ibidem cum omni iure et pertinenciis pro C marcis grossorum pragensium domino Johanni Liganza palatino Lanciciensi vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento in forma.

**8040.** *(16) (Cr. II p. 246).* Pena — Nicolaus Cobalka kmeto de Irzandze cum capellano contumax contra Beniconem de Thopola pro duobus wlneribus apertis, exinde ad XX marcas codempnatur. — (l. s.; — soluta).

a. *(35) (Cr. IIa p. 360).* Pena — Nicolaus Kobilca (s) kmeto de Irzanz cum capellano contumax contra Benconem de Thopola pro duobus wlneribus apertis, exinde ad XX marcas condempnatur.

**8041.** *(17)* Nota — Sigismundus de Paczoltouice uxorem Derslai de Srzenawa pro XXV marcis iure euasit, sed dicta uxor in uxore eiusdem Sigismundi respiciat easdem.

**8042.** *(18)* Nota — Derslaus de Srzenawa IIII^or marcas ad diem Purificacionis sancte Marie et IIII^or marcas ad diem Cinerum Spicimiro Petro ciui Cracouiensi obligauit se soluturum sub pena iudicii et Regali.

**8043.** *(19)* (Pena) — Pecz de Przelubsko actor contumax contra Janconem de Bszow pro citatis. =Dominus Michael iudex indulsit penam.=

a *(36)* Pena — Pecz de Przelubsko actor contumax contra Janconem de Bszow pro citatis.

**8044.** *(20)* (Pena) — Pecz idem actor contumax contra Petrum de Gbel pro hereditate obligata de Zandow. =Dominus Michael iudex indulsit penam.=

a. *(37)* Pena — Pecz idem actor contumax contra Petrum de Gbel pro hereditate in Szdow.

**8045.** *(21)* Nota — Przibco de Maslomancza partem hereditatis ibidem obligatam in Leonardo de Wilczcouice iure acquisiuit, et idem Leonardus, receptis pecuniis in libro contentis, restituat hereditatem sabbato proximo.

**8046.** *(22)* Pena — Imramus iunior de Czulice contumax contra Wenceslaum sartorem de Weliczca pro II^bus sexagenis principalis [pecunie] et totidem dampni in termino curie.

a. *(38)* Pena — Imram iunior de Czulicze contumax contra Venceslaum sartorem de Weliczka pro II^bus sexagenis principalis et totidem dampni, in termino curie.

**8047.** *(23)* Pena — Creslaus de Mascicice actor contumax contra Nicolaum de Olelyna pro seruicio.

a. *(39)* Pena — Creslaus de Masszicice actor contumax contra Nicolaum de Olelin pro seruicio.

**8048.** *(24)* Pena — Jaschco Paczorek cum littera contumax contra Sigismundum de Czichawa actorem pro contentis in libro, videlicet pro nouem mensuris ordei. — (l. s.; — soluta).

a. *(40)* Pena — Jascho Paczorek cum littera contumax contra Sigismundum de Cychawa actorem pro contentis in libro.

**8049.** *(25)* Nota — Beata relicta Bartholomei de Tranthnouice euasit Wirzchoslaum generum suum alias de Czyanouice pro hereditate ibidem in Trantnouice, quam dicebat se ab eodem et marito suo emisse, sed pecunias tamen non dedisse.

**8050.** *(26)* Pena — Cuncza de Cracouia actor contumax contra Clementem et Stanconem de Bantkouice pro una marca.

a. *(41)* Pena — Kuncza de Cracouia actor contumax contra Clementem et Stanconem de Bandcouicze pro una marca.

**8051.** *(27) (Cr. II p. 247).* Pena — Philipus de Mislouice contumax contra Jaschconem de Solecz pro tribus [marcis] et totidem dampni in termino secundo.

a. *(42)* Pena — Phillipus de Mislouicze contumax contra Jaschonem de Solcza pro tribus marcis et totidem dampni, in termino secundo.

*Anno domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo nono acta Cracouie in crastino Epiphanie domini feria tercia (d. 7 Januarii 1399). Termini continuantur ad duas septimanas ipso die sancte Agnetis feria tercia. (Cr. IIa).*

**8052.** *(5) (Cr. IIa p. 351).* Ca$^{m}$ — Jascho de Raszcow confessus est (Martino plebano de Crassoczin) die terminorum contra Nicolaum Glamb de Charzstnicza, terminus ad terminos proximos pro eo, quod uiam ciraumfodit, qua itur ad missam, violenter. — Item pro I marca fideiussorie.

**8053.** *(18) (Cr IIa p. 352).* Nicolaus prepositus de sancto Floriano cum Nicolao, Nemerza patre suo et Beata, uxore ipsius Nemerze, terminum secundum habent ad terminos proximos pro mille quingentis marcis thezauri recepti most mortem Episcopi Wilnensis.

**8054.** *(26) (Cr. IIa p. 353).* Ca$^{m}$— Woytek de Przechodi cum Jaschone de Raszcow (terminum, idem confessus est Martino plebano de Crassoczin, terminus) die terminorum; terminus ad terminos proximos pro indebita termini inscripcione non sic, quam sibi mandauerat, per quem terminum perdidit sculteciam in Crassoczin, et XL$^{ta}$ marcis dampni et XL$^{ta}$ capitalibus, pro tribus bobus violenter receptis, pro censu recepto, siligine et humulo, perfodit piscinam in tribus locis et perdidit eam piscinam.

**8055.** *(27)* Jascho de Polaninouicz cum Martino, Stasszcone Stachura dicto, Stanislao Donecz, kmethonibus de Marszouicz, terminum secundum habent ad terminos proximos pro capite Wiszconis coloni Jaschonis et XVI wlneribus: VIII$^{0}$ apertis et VIII$^{0}$ liuidis.

**8056.** *(37) (Cr. IIa p. 354).* Pelca de Maslomancza cum preposito Mechouiensi terminum secundum habent ad terminos proximo pro agro *niwa* dicto, quem tenet, obligato Sigismundo de Michalow.

**8057.** *(42)* Dorothea Prandothe de Rzessoczicz cum Sigismundo de Cichawa terminum secundum habent ad terminos proximos pro X marcis dotalicii et pro VIII marcis vestimentorum ac tribus marcis census fideiussorie.

**8058.** *(65) (Cr. IIa p. 356).* Constitucio intercessoris — Petrus molendinator de Grambinicz constituet Clementem de Paschouicz contra Prandotham de Neprzeszna, terminus ad terminos proximos.

**CCLXXIV. Uwaga.** *(1)* Bizarek Petrus procurator de Pelcznicza cum Clem. Radomiensi term. secund. pro LXXVII mar. — *(2)* Spitko de Banouicz cum kmetonib. de Drogina term. peremp. post Purif. — *(3)* Jacuss. de Belsco iurament. faciet contra Woyszat. de Lucouicza, term. post Purif. (z. p.). — *(4)* Petras. de Czechy cum Jasc. Pusdro de Raczslauicz term. peremp pro fideiuss. iudeor. — *(6)* Szmerl iud. de Crac. cum Vencesl. de Marcinouicze term. peremp. post Cineres. — *(7)* Slawco de Mlosszowa cum Pasc. de Bolanczino term. peremp. post Stanisl. — *(8)* Andr. de Methnow cum Jacuss. Maldrzik de Sczepanow term. peremp. ad coll. — *(9)* Andr. de Koszczeyow cum Strzedz. de Bodczcouicz term. peremp. post Purif. — *(10)* Nicol. de Kozmicz cum Kochna Wanchonis de Thassicz term. peremp. post Cineres. — *(11)* Woytek de Tranthnouicz cum Beyta ibid. term. secund. pro XX$^{1}/_{2}$ mar. fideiuss. — *(12)* Mirosl. de Zarogow cum prepos. Mechov. term. secund. pro C mar. — *(13)* Josman cum Zegotha vexillif. Crac. term. peremp. post Stan. — *(14)* Josman cum Joh. de Radzonow term. peremp. concit. post Cineres. — *(15)* Josman cum Zauissio de Kowale term. peremp. post Cineres. — *(16)* Josman cum Jacuss. de Czanstosszouicz term. peremp. post Cineres. —

*(17)* Drobni cum Sbign., Przedbor. de Wladislauia et Czadrone de Kozmirzow term. concit. post Cineres. — *(19)* Josman cum Steph. de Przeczslauicze term. peremp. post Purif. — *(20)* Stanisl. Jelitko de Gosdna litt. Raphaelis capit. Opocznensis ponet contra Jacuss de Minino, quod coram eo hodie habuit pro maiori. — *(21)* Jacuss. de Minino iurament. faciet contra Stanisl. Jelitko de Gosdna, term. — *(22)* Swanch de Kazimiria cum Tomc. de Zamboczin term. peremp. — *(23)* Andr. de Zalas confessus capell. contra Steph. de Tsczicza, term. (z. p.). — *(24)* Wroch de Woyslauicz actor litt. ponet iudicis de Potrcouicz contra Jacuss. Probolo de Modlnicza, quod inibi habuit pro maiori, term. — *(25)* Franek de Ochonino cum Swanch. ibid. term. peremp. — *(28)* Josman cum relicta Hanc. de Chelm term. peremp. post Purif. — *(29)* Josman cum Andr. de Zalas et Nicol. de Zagorze term. peremp. — *(30)* Mich. iud. cum Pelca de Czaple term. peremp. — *(31)* Franek de Ochonino cum Joh. et Zofca ibid. uxore term. peremp. — *(32)* Simco de Slauicz cum Beata Petrassii et Pacos. filio ibid. term. secund. pro L mar. fideiuss. et L damp. (z. p.). — *(33)* Mali iud. cum Jacobo de Kobyle term. peremp. post Purif. — *(34)* Miczko de Przibcouicz cum Janus. ibid. term. peremp. post Purif., et cum Jacuss. — *(35)* Nicol. de Kunczicze cum Otha ibid. term. ad vidend. — *(36)* Josman Wirzbyantham de Branicze de termino dimisit. — *(38)* Kanan iud. cum Joh. de Medzuedz term. secund. pro debito, quod litt. docere potest. — *(39)* Joh. de Plaza cum Zauissa ibid. term. secund. pro debito, quod litt. docere potest. — *(40)* Boguta de Wirzbno cum Zira de Starzini term. peremp. ad vidend. post Stan. — *(41)* Pelca de Maslomancza cum Tomc. ibid. term. secund. pro decima. — *(43)* Bernard. de Kowalow cum Nicol. kmet Kiczka dicto de Czrzonow term. peremp. post Cineres. — *(44)* Gregor. ciuis Crac. cum Msczug. de Kozlow term. secund. pro X mar. et IV bobus VIII marcarum. — *(45)* Jasco de Bandcouicz cum Stanic., Mart., Woytk., Greg. de Bandcouicz term. peremp. post Conduct. Pasce — *(46)* Swanch de Kazimiria cum Greta de Moycouicz term. peremp. post Cineres. — *(47)* Petrus borg cum Swanch. de Parcze term. peremp. ad vidend. — *(48)* Joh. Spiczmir de Crac. cum Wanssio de Michow term. secund. pro XXVII mar. et damp. — *(49)* Clem. de Crac. cum Msczisze. de Gori term. peremp. concit. — *(50)* Joh. de Zacliczino confessus (capell.) contra Stanisl. de Luczicze famulum Johannis, term. — *(51)* Thomek de Zalessye cum Alberto de Sroczicze term. peremp. ad coll. — *(52)* Thomek de Walwram ciuis cum Benik. de Thopola term. peremp. ad coll., si non fuerit, ad term. post coll. — *(53)* Mart. Radwan sartor cum Nicol. Wantrobca term. peremp. post Purif. — *(54)* Swanch de Kazimiria cum Michaele de Strzelcze term. peremp. post Cineres. — *(55)* Drobni cum Petrass. de Luczianouicz term. peremp. post Purif. pro debito, quod litt. docere potest. — *(56)* Josman cum Jasc. Chamecz term. peremp. post Stan. — *(57)* Josman cum Joh. de Sczecoczini term. peremp. post Cineres. — *(58)* Josman cum Nicol. et Jasc. Falcouicze term. peremp. post Stan. — *(59)* Josman cum Jacuss. de Owczari term. peremp. post Purif. — *(60)* Kussiel cum Jacuss. de Owczari term. peremp. post Purif. — *(61)* Helena Martini de Ochonino cum Miczc. de Kozmicz term. secund. pro maxillac. et 2 bobus. — *(62)* Albert. de Parcz confessus capell. contra Nicol. kmet. de Parcz, term. pro 3 wlnerib. liuid. et uno aperto, term. — *(63)* Drobni cum Wirzchosl. de Sedliscza term. peremp. post Pascha. — *(64)* Stan. de Zandow cum Petro de Gbel term. peremp. ad coll. — *(66)* Petrass. de Luczianouicz cum Nicol. Wantrobca et uxore term. post Purif. — *(67)* Flor. de Slauicz alias de Zarissin confessus capell. contra Kather. Johannis Sczeczina de Crac., term. (z. p.). =Wszystkich zapisek z 7 Stycznia w księdze Cr. IIa 67.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 8 Januarii 1399).*

**8059.** *(1) (Cr. II p. 247).* Nota — Swantochna uxor legitima Johannis de Chodow veniens omni iuri, si quod habuit in Poramba Jasdonis, in perpetuum Pacossio de Sarnownicza condescendens renuncciauit.

**8060.** *(2)* Nota — Lorco de Libertow XX marcas grossorum et tres marcas quartensium apud Jaschconem de Jawcice concessit, quas habet soluere ad diem sancti Nicolai proximam, si non soluerit, tunc sibi ville Gay medietatem suam tenebitur obligare sub caucione dampni.

**8061.** *(3)* Nota — Johannes de Chodow omnimodas partes hereditatum suarum in Jacubow, in Dalechow, et in Staw cum omni iure, dominio et pertinenciis pro CCCC marcis grossorum pragensium Wilczconi de Zacrzow in perpetuum vendidit et forma resignauit pro mittens pro dampno et impedimento de premissis; Swentochna vero uxor eius legitima omni doti et dotalicio ac iuribus, si que ibidem habuit, omnino in totum renunciauit. — (l. s.; — soluta).

**8062.** *(4)* Nota — Pelca de Czaple VI$^1/_2$ marcas ad terminos proximos Katerine Sczecinina ad manus Wanchniconis camerarii obligauit se soluturum sub pena XV Wanchniconis et iudicii ac LXX regali.

**8063.** *(5)* Nota — Nicolaus Campsky unam sexagenam pro priuilegio ad terminos proximos domino abbati de Mogila uel Jaschconi de Polanynouice procuratori obligauit se soluturum sub pena XV Jaschconis et iudicii.

**8064.** *(6)* Nota — Prandota de Neprzesna unum fertonem pro kmetone suo Zaklice de Corzekwa soluat ad terminos proximos sub pena XV Zaklice et iudicii.

**8065.** *(7) (Cr. II p. 248).* Nota — Prandota de Neprzesna L$^{ta}$ marcas grossorum Nicolao de Olawyn racione fideiussorie et dampni super sola fassione teneri confessus est.

**8066.** *(8)* Nota — Przibco de Maslomancza XII marcas grossorum sabbato proximo Leonardo de Wilczcouice soluat sub pena seu obligacione, quam habet, eadem.

**8067.** *(9)* Pena — Beta uxor Gregorii de Plawna contumax contra Elizabeth filiam Abrahe ibidem actricem pro L$^{ta}$ marcis, in termino concitato.

a. *(43) (Cr. IIa p. 360).* Pena — Beata uxor Gregorii de Plawna contumax contra Elizabeth filiam Abrahe de ibidem actricem pro L marcis, in termino concitato.

**8068.** *(10)* Pena — Sigismundus de Michalouice contumax contra Andream de Grzegorzouice pro VI marcis in termino curie, et pro dampno.

a. *(44)* Pena — Sigismundus de Michalouicz contumax contra Andream de Grzegorzouicze pro VI marcis et dampno in termino curie.

**8069.** *(11)* Pena — Andreas de Carnow contumax contra Derslaum de Troxa pro L$^{ta}$ marcis dampni et pro priuilegiis in termino curie.

a. *(45)* Pena — Andreas de Karnow contumax contra Derslaum de Troxa pro L$^{ta}$ marcis dampni et pro priuilegiis in termino curie. =Iwan procurator indulsit.= (z. p.

**8070.** *(12)* Pena — Johannes de Chodow contumax contra Nicolaum de Olawyn pro recepcione violenta frumenti nouem capeciorum et pro decima campi in Chodow, in termino curie.

a. *(46) (Cr. IIa p. 361).* Pena — Johannes de Chodow contumax contra Nicolaum de Olelin pro violenta recepcione frumenti nouem capeciorum et pro decima campi in Chodow, in termino curie.

**8071.** *(13)* Nota — Pelca de Lappanow Clementem fratrem suum ibidem pro piscatoribus in Wislicia et pro censibus iuramento et iure euasit. — (l. s.).

**8072.** *(14)* Nota — Florianus filius Stanislai de Sweborouice aream dictam Potrowske et sortem cum omnibus pertinenciis ibidem pro XXX marcis grossorum et pro uno prato ante villam ibidem Petrassio de ibidem in totum vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento et cum hiis pertinenciis, que a dicta area essent obligate.

**8073.** *(15)* Nota — Jaschco de Becze veniens recongnouit, quod sibi pro castro Bochotnicza vendito dominus Clemens de Curow CCCCCL$^{ta}$ marcas grossorum iam persoluit, quitauitque eundem dominum Clementem de eisdem.

**8074.** *(16)* Nota — Johannes Zelasco de Janouice omnimodam partem hereditatis sue ibidem pro LX^ta marcis grossorum cum omni iure et pertinenciis Boxe de ibidem vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento. — Idem Boxa eidem Johanni VII marcas ad diem sancti Stanislai proximam obligauit se soluturum sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

* **8075.** *(17) (Cr. II p. 247).* Nota — Michael de Maslomancza omnimodam partem hereditatis ibidem cum omnibus pertinenciis exceptis gagiis, medio *lascouecz* ibidem, pro CC marcis grossorum et pro uno laneo sub monte vineo, pro *nywa zagumenna,* pro laneo sub antiquo gayo, et pro tribus gays in *lascouecz* retro *strona* in Sczegny conmutando vendidit Pelce ibidem et in perpetuum resignauit promittens pro dampno et impedimento.

**8076.** *(18)* Nota — Michael de Grabe sex marcas principalis et totidem dampni in Jacussio de Grzibowa iuramento acquisiuit, quia iurauit sibi partem hereditatis in Payancini in tempore obligato assignasse.

**8077.** *(19)* Nota — Jachna uxor legitima Przeczslai de Slauice veniens recongnouit, quod Symco ibidem L^ta marcas grossorum pro ipsa Prandote de Jarossyno racione ville Jawidz in terra Lublinensi obligata fideiussit ita, quod dicte pecunie debent post mortem ipsius Jachne ad dictum Prandotam reuerti, et easdem pecunias indicat in parte hereditatis in Slauice. — (l. s.; — retenta).

**8078.** *(20)* (Pena) — Corzekwa de Mnicow contumax contra Katerinam de Chelm pro dampno et debito iudaico et pro LX marcis et totidem dampni Katerine in termino peremptorio. = Satisfactum pro pena. =

a. *(47) (Cr. IIa p. 361).* Pena — Korzekwicza de Mnicow contumax contra Kathelinam de Chelm pro dampno et debito iudaico et LX marcis et totidem dampni, in termino peremptorio. (z. p.).

**8079.** *(21)* Nota — Nicolaus de Zagorze XL marcas grossorum ad festum Natiuitatis Christi proximum Petrassio de Methnow obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc medietatem ville Zagorze tenebitur obligare sub dampni caucione.

**8080.** *(21)* (Pena) — Corzekuicza de Mnicow contumax contra Bartolomeum de Marchocice pro I½ marca principalis et totidem dampni in termino peremptorio. = Satisfactum pro pena. =

a. *(48)* Pena — Korzekwicza de Mnicow contumax contra Bartolomeum de Marchoczicze pro I½ marca principalis et totidem dampni, in termino peremptorio. = Ad mandatum Johannis Cracouiensis. = (z. p.).

**8081.** *(23)* Nota — Jacussius et Miroslaus, Smychna uxor eius de Sedlisсza Petrassium de Zagorzice et Boxam de Czirnechow pro parte hereditatis Sbronowsca in Strzelcze in perpetuum liberos dimiserunt. — (l. s.; — soluta).

**8082.** *(24) (Cr. II p. 250).* Nota — Wanch officialis veniens confessus est, quod equitasset ter ad pingnorandum Stanislaum Sczecina cum Swenchone de Parce et nichil potuit inuenire; iudicium decreuit partem hereditatis in Grabowich.

**8083.** *(25)* Nota — Prandota de Neprzesna debitum, quod litteris poterit indicari, ad terminos proximos Hosmano iudeo Cracouiensi confitendo obligauit se expedire super pena iudicii et regali. — (l. s.).

**8084.** *(26)* Nota — Stanislaus aduocatus de Bochna debitum acquisitum Drobnemu et Pechaczowy ad terminos proximos persoluat sub pena Regali et iudicii.

**8085.** *(27)* Nota — Boguta Rector Ecclesie de Mlinoga heres de Rudna medietatem ville Rudno in LXXX marcis grossorum Alberto Oczosna de (?) obligauit tenendum; et pueros, filiastros suos, conmittendo ad gubernandum dedit in regimen promittens, pro dampno et impedimento. — Idem Albertus non habebit circa exempcionem ville ipsum Bogutam et pueros aliqua prescripcione [euadere]. — (l. s.).

**8086.** *(28)* Nota — Sobco de Grabowich XV marcas dotalicii et dotis in medietate omnium bonorum suorum, ubi habet ea, Kachne filie Marci de Bszow uxori sue assignauit. — (l. s.; — soluit V grossos]).

**8087.** *(29)* Nota — Nicolaus Briganth de Racziborsco XX marcas grossorum Nicolao de Zagorze obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc medietatem suam Wosnyky excepto suo agro eidem obligauit sub dampni caucione.

**8088.** *(30)* Nota — Andreas de Michalczowa tres kmetones suos in Gnoynik in XXX marcis Michaeli de Grabe et Jaschconi de Sbignew obligauit, et sex marcas ad carnispriuium habet soluere sub dampno.

*[Cracouie], Feria quarta (d. 8 Januarii 1399). (Cr. IIa)* [1]

**8089.** *(1) (Cr. IIa p. 356).* Nicolaus de Kampye confessus est octo marcas grossorum a Jacussio de Owczari, quas eidem concesserat, recepisse, et adhuc duas marcas tenetur eidem Nicolao, quas soluere promisit ad proximum festum Purificacionis subdens se ad omne dampnum, si quod haberet racione non solucionis predictarum duarum marcarum; et cum soluerit, tunc litteram, quam habet super pecuniis predictis, eidem Jacussio restituere tenetur.

**8090.** *(10) (Cr. IIa p. 357).* Procurator — Abbas de Mogila cum kmethonibus de Wola Lubeczska terminum peremptorium habent ad terminos proximos. — Iidem kmethones committunt causam suam domino Episcopo Sbigneo contra abbatem predictum in omnem euentum.

**8091.** *(17) (Cr. IIa p. 358).* Ad colloquium — Nicolaus canonicus Cracouiensis de Lubcza cum Clemente de Lappanow terminum peremptorium habent ad colloquium proximum ad interrogandum; si non fuerit colloquium, tunc ad terminos proximos post colloquium. — Nicolaus canonicus predictus constituit suum procuratorem Sbigneum Episcopum de Wola contra Clementem de Lappanow in omnem euentum.

**8092.** *(18)* Testes — Nicolaus de Olelin ducit testes contra Mathiam de Jurzicouicz: Nicolaus de Rapoczicz, Clemens de Tworow, Prandotha de Sanspow, Wirzchoslaus de Cyanouicz, Prandotha de Boczcouicz, Martinus de Zarogow; — [Rota]: *(Jaco oto vyednano ÿ dosszicz Wanczsla). Jaco czco Maczek bÿl ranczil za Miczka, to wÿednanu proszno uczÿnÿono u Wanczslawa;* terminus ad terminos proximos in Xansz. (z. p.).

**8093.** *(19)* Pena — Przibco de Maslomancza penas Michaeli notario XV et iudicio XV pro eo, quod dixit sibi: potuisti scribere, quid voluisti.

**8094.** *(26) (Cr. IIa p. 359).* Testes — Nicolaus de Kuczcow ducit testes contra Nicolaum Gandenek de Mlinoga: Miroslaus de Riczow, Widzga de Przelank, Thomassius de Zelislauicze, Venceslaus de Marcinouicze, Derszco de Marcinouicze, Jasco de Falcouicze; — [Rota]: *Jaco czso dano Miculaÿoui wina okon ossamostrzal, tego iest praw;* terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**8095.** *(29)* Littera — Wroch de Woyslauicze litteram ponet de Potrcouicze contra Prandotham de Neprzesna, quod in ibi habuit pro maiori; cum capellano conparebit; terminus ad terminos proximos.

**8096.** *(31)* Pena — Przibco de Maslomancza penas Michaeli notario XV et iudicio XV ac regalem LXX, quia de iudicio recessit non fideiubens eidem Michaeli XV.

**8097.** *(32)* Pena — Nicolaus Campsky de Medzuedz penas XV Venceslao camerario procuratori Katherine Johannis Sczeczina de Cracouia et XV iudicio ac Regalem LXX, quia recessit de iudicio non fideiubens pecuniam eidem Wenceslao procuratori; Bogutha officialis confessus est concitacionem.

**CCLXXV. Uwaga.** *(2)* Relicta Przibc. de Irzanz cum Jacuss. de Gdow term. peremp. post Purif. — *(3)* Jasco de Wola Getczina cum Simone kmet. de Janouicze term. secund. pro indebito recessu. — *(4)* Stachna Nicolai de Charznicza cum Margar. de Woyslauicze term.

---

[1] Zapiski z 8 Stycznia w księdze Cr. IIa odpowiadają zapiskom z 7 i 8 Stycznia w księdze Cr. II.

peremp. post Stan. — *(5)* Nicol. de Medzuedz cum Setheg. pleb. de Crczanczino term. peremp. ad coll. — *(6)* Kanan cum Petrass. de Ogrodzenecz term. peremp. — *(7)* Nawog. de Damicz cum Woytk. de Trantnouicz term. peremp. curie pro X mar. cum fert. fideiuss. — *(8)* Iwan de Wiwla debet dare intromiss. in kmet. in Cyanouicz ante term. Jacussio de Owczari sub pena iudicio XV et Jacussio XV. — *(9)* Stanecz kmeto de Lubcza constituet Vitum ministerial. contra Tomc. de Knisszin, term. — *(11)* Sbign. de Maczeycouicz confessus (capell.) contra Prand. de Neprzeszna, term. (z. p.). — *(12)* Jascho de Polaninouicz cum Math. de Jurzicouicz term. pro r e c u r s i u a a d l i b r u m S p i t k o n i s. — *(13)* Wilczco de Zacrzow cum Vencesl. term. peremp. ad coll. pro omn. causis inter ipsos vertentib. — *(14)* Jacuss. de Wilczcouicz cum Clem. et Andr. ibid. term. peremp. post Purif. — *(15)* Wilczco de Zacrzow cum Mart. et Joh. kmetonib. de Nedzeliska term. peremp. — *(16)* Wirzchosl. de Cyanouicz cum Beata de Trantnouicz term. peremp. post Cineres. (z. p.). — *(20)* Nicol. de Olelin cum Wencesl. de Marcinouicze term. peremp. post Purif. pro omn. causis — *(21)* Thomek de Wolwram cum Miczc., Petro, Stanisl. de Poramba Jasdowa term. peremp. — *(22)* Derszco de Troxa cum Mart. de Modlnicza term. ad coll. — *(23)* Wencesl. de Marcinouicze cum Dersc. ibid. term. peremp. post Cineres. — *(24)* Mali ministerialis cum Jacuss. de Kawky term. peremp. post Cineres. — *(25)* Halsca nata Abrahe de Plawna cum Beata Gregorii de Grocholicz term. peremp. ad fideiubend. L mar. — *(27)* Franek de Ochonino cum Andr. Petri ibid. term. peremp. — *(28)* Stanislawa de Radwanouicz cum Tomc. ibid. term. peremp. ad coll. pro omnib. causis. — *(30)* Prand. de Neprzeszna cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. ad coll. pro omnib. causis. =Wszystkich zapisek z 8 Stycznia w księdze Cr. IIa 48.=

*In P r o s c h o u i c e feria quinta proxima post Epiphaniam domini termini continuantur (d. 9 Januarii 1399). Alii positi sunt ad duas septimanas proximas.*

**8098.** *(Cr. II p. 251).* N o t a — Johannes ex una et Nicolaus, Jacussius parte ex altera fratres germani heredes de Medzwedz venientes talem diuisionem in hereditatibus ipsorum fecisse inter ipsos confessi sunt, ita quod predicto Johanni tota pars hereditatis in Tranthnouice cessit et tercia pars pratorum et gagy in Medzwedz, predictis autem Nicolao et Jacussio omnimoda pars in Medzwedz et in Bruss hereditatum in perpetuum cesserunt, dictus vero Johannes racione compensacionis eisdem Nicolao et Jacussio super hoc CL[ta] marcas addidit, et idem Johannes adhuc, dum L[ta] marcas persoluet debitoribus, tunc ab omnibus debitis liberabitur; alia autem omnia debita expedienda ad dictos Nicolaum et Jacussium cesserunt; promittentes diuisionem eandem sub vadio CC marcarum hincinde perpetue inviolabiliter obseruare. — (l. s.; — soluta).

**8099.** N o t a — Veniens Greta relicta Stanislai de Moycouice, Stanislaus et Andreas filii ipsius omnimodam partem ipsorum in Czayancice cum omni iure et pertinenciis pro L[ta] IIII[or] marcis grossorum Zegote de Rogow vendiderunt et resignauerunt promittentes pro dampno et impedimento, dicta vero Greta omni doti et dotalicio ac iuribus, que ibidem habuit, omnino renuncciauit. — (l. s.; soluit III [grossos]).

**8100.** N o t a — Machna uxor Stanislai Stoyan de Czudzinouice Juthcam uxorem Nicolai de Sbilutouice pro parte hereditatis et area ibidem in Czudzinouice ex prescripcione, probata per testes, iure euasit.

**8101.** N o t a — Andreas de Methnow unum fertonem pene Wirzchoslao de Sedlisca apud plebanum in Czulice reponat sub XV Wirzchoslao et iudicio ad VIII dies.

**8102.** N o t a — Idem Andreas iudicio penam sex scotorum contra Wirzchoslaum eundem, quod causam suam inficiebat. =Satisfactum pro pena.= (z. p.).

**8103.** *(Cr. II p. 252).* N o t a — Msciwogius et Clara uxor ipsius de Mocrzesca siluam communem et condictacionem et agros violenter aratos ibidem in Czaslao ibidem iure obtinu-

erunt, quia idem Czaslaus, habens litteram domini Johannis Cracouiensis reponere, aliam Spitconis iudicis Cracouiensis reposuit.

**8104.** Pena — Idem Czaslaus Msczíwogio et Clare penas XV et totidem iudicio, quod violenter agros eorum arauit.

**8105.** Nota — Falek Peczechouicz de Proschouice Woyslaum socrum suum de Brzuchan pro VIII marcis dotis, pro X scotis et pro solutis duabus marcis de causa et de terminis liberum dimisit.

**8106.** Nota — Helena relicta Jaschconis de Czulice veniens consensit, quod quantum Imramus senior ibidem suum circa conscienciam dixerit, uel kmetones ibidem confiterentur, domina Helena debet esse contenta et descendere sibi habebit; ambo eundem contractum debent tenere sub pena iudicii et regali

**8107.** Pena — Zegota Necanda cum omnibus kmetonibus de Morsco contumaces contra Nicolaum Wantropca pro violenta seccacione lignorum in silua sua, in termino primo. =Satisfactum pro pena.= (z. p.).

**8108.** Pena — Omnes kmetones de Macocice, excepto Michaele, contumaces contra Johannem de Choranszice pro sex capeciis receptis violenter in termino peremptorio. Johannes idem tenetur memoriale sub pena iudicii ad terminos proximos. =Satisfactum iudicio pro penis.= (z. p.).

**8109.** Pena — Petrus de Petrzcouice contumax contra Petrum de Polocow pro prato empto, in termino primo, — et pro VIII scotis dampni.

*In Xansch feria secunda ipso die Octaue Epiphanie domini termini continuantur (d. 13 Januarii 1399). Alii positi sunt ad duas septimanas proximas.*

**8110.** *(Cr. II p. 252).* Nota — Jaschco de Barczcow satisfecit pro pena *nestane* iudicio in totum.

**8111.** Nota — Semco de Waszlin satisfecit pro pena *nestane* iudicii.

**8112.** Nota — Petrus ibidem similiter pro *nestane* satisfecit.

**8113.** *(Cr. II p. 253).* Nota — Lambertus officialis veniens confessus est intromissionem partis hereditatis in Sandzissow Paschconi filio Andree ibidem dedisse iuxta id, prout Jaschco de Ulyna, Sandochna de Zarogow et Machna de Boczcow eam ipsi Paschconi vendiderunt.

**8114.** Terminus — Petrus de Sancignew cum Msczugio de Coslow terminum habent ad idem faciendum ad terminos proximos.

**8115.** Nota — Nicolaus filius Petrassii de Czarnoczin Ottonem patruum suum de Climontow ab omnibus fructibus et perceptis racione tutele wlgariter *oppeka* solutum et liberum in perpetuum dimisit, ex eo, quod eum de debitis iudeorum et penis exsoluit ac sibi villam Miclussouice exemit, habens [ipsum] in tutela. — (l. s.; — retenta).

**8116.** — Nota — Sbigneus de Lappanow cum kmethonibus domini abbatis terminum habebunt continuare ad concordandum in Cracouia pro omnibus causis, et non habebunt contumacias obtinere sub caucione dampni ad terminos proximos, — et cum domino Abbate similiter.

**8117.** Pena — Albertus et Thomek heredes de Waszlin contumaces contra Wouthconem ibidem in termino secundo. =Satisfactum pro pena.= (z. p.).

**8118.** Pena — Widzga de Przelank actor contumax contra Petrum de Seczemyn pro capite in termino peremptorio.

**8119.** (Pena) — Nicolaus Penanszek de Wanchadlow contumax contra Clementem de Strzeschcouice pro laneo violenter perarrato in termino concitato. =Satisfecit pro pena.=

**8120.** (Pena) — Idem penam XV eidem Clementi et iudicio tantum pro premissis. =Satisfecit pro pena iudicio.=

**8121.** Nota — Zaclica de Seczechouice debitor principalis et Bernardus de Kowalouice fideiussor suus LX[ta] marcas grossorum, et in hiis sunt sex marce quartensium, apud Thomconem

de Wanczslauice confessi sunt mutuo concessisse, quas habent tercia die post Natiuitatem Christi proximam integre soluere; si non soluerint, tunc sibi omnimodam partem hereditatis Zaclice in Malossow habebit Zaclica idem obligare, alias de dampnis sub caucione cauendo, videlicet obligare cum frumentis, et sic habebit descendere.

**8122.** *(Cr. II p. 254).* Pena · Pech Coza de Szircouice actor contumax contra Johannem Wrochnowicz et Doroteam matrem eius pro parte hereditatis ibidem, pro wlnere uno, pro pomorio et pro orto in termino peremptorio.

*In Cracouia feria tercia ipso die sancte Angnetis termini continuantur (d. 21 Januarii 1399). Alii positi sunt ad feriam quintam proximam post festum Purificacionis sancte Marie.*

**8123.** *(Cr. II p. 254).* Nota - Stephanus de Tscziecza duas marcas pene ad terminos proximos Iwoni procuratori Cracouiensi soluat sub pena XV Iwonis et iudicii, ac Regali LXX.

**8124.** Nota — Andreas Schischca de Crczancice XX marcas in Andrea de Sancissow iure acquisiuit ex eo, quod nuncius ipsius Andree de Sandzissow terminum incipiens continuare causam maiorem in Wislicia habitam pro parte ipsius Andree allegauit et, coram quo, nesciuit exprimere, nec nominare — requisisitus primo, secundo tercio et quarto exsuperhabundanti.

**8125.** Nota — Wirzbanta de Racziborzani omnimodam partem hereditatis in Lednicza cum omni iure, dominio et pertinenciis in XXX marcis grossorum pragensium Stanislao de Lednicza ibidem obligauit tenendum in forma, promittens pro dampno et impedimento. — Idem Stanislaus gagyos ibidem non habet ultra necessitatem suam excidere; nota scripta est absente Wirzbanta ad relacionem Nicolai notarii terre. — (l. s.).

**8126.** Nota — Marcissius et Michael heredes de Bynczin sedecim marcas grossorum VIII[ua] die post Natiuitatem Christi proximam Nicolao et Stanislao scoltetis alias de ibidem obligauerunt se soluturos pro scoltecia ibidem empta, si non soluerint, tunc id, quid iam dederunt pro scoltecia, habebunt perdere, et ipsi scolteti de scoltecia se habebunt intromittere; item dicti scolteti in dicta scoltecia adhuc ad festum Pentecostes habent manere. — (l. s.; — soluta).

**8127.** *(Cr. II p. 255).* Nota — Jaschconi de Polanynouice datus est Stanec officialis ad impignorandum Prandotam de Neprzesna in acquisitis.

**8128.** Nota — Zaclica de Corzekwa XXX marcas grossorum pragensium apud Maczconem de Pelow mutuo confessus est concessisse, quas habet soluere die dominica proxima post Cineres eidem Maczconi, si non soluerit, tunc sibi omnimodam partem hereditatis sue in Granbenicza cum omni iure, dominio et pertinenciis, excepta magna silua, tenebitur obligare tenendum in forma, sub caucione dampni.

**8129.** Nota — Zaclica idem (de Corzekwa) veniens omnimodam partem hereditatis suam in Geboltow cum omni iure, dominio et pertinenciis et cum molendino et taberna dictis Przibislawske et quid ad hoc pertinet, cum taberna in magna via et cum prato in Troyanouice nichil pro se reseruando cum omnibus agris et pratis ac pertinenciis cum omnibus pratis ad dictum molendinum spectantibus, cum gagys et agris pro CCC marcis grossorum pragensium domino Nicolao notario terre generali vendidit, ita tamen, quod adhuc idem dominus Nicolaus dictam partem hereditatis cum pertinenciis predictis in CCL[ta] marcis grossorum in obligacione infra III[es] annos proximos tenere habebit, post lapsum vero trium annorum dictus Zaclica si dictam hereditatem ab ipso domino Nicolao non exemerit, tunc ab ipso domino Nicolao adhuc L[ta] marcas grossorum pro ipsa hereditate habebit recipere et ipsam hereditatem sibi in CCCC marcis grossorum tenebitur in perpetuum resignare sub caucione dampni cuiuslibet. =Idem dominus Nicolaus pro ipso Zaclica iam C marcas Hosmano iudeo persoluit.=

**8130.** Nota — Martinus heres de Cossocice veniens, recipiens Jaschconem et Lassotam pueros Lassote ibidem in regimen et tutelam, confessus est, quod Petrassius de ibidem alias tutor eorundem puerorum pro omnibus bonis mobilibus et yimmobilibus ac pro pecuniis in totum satisfecit, dimisitque Petrassium solutum ab eisdem.

**8131.** *(Cr. II p. 256).* Nota — Petrassius de Swossouice XII marcas grossorum apud predictos pueros recongnouit mutuo concessisse, quas habet soluere eisdem ad diem sancti Thome proximam; si non soluerit, tunc XX marcas ipsis ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum tenebitur ad soluendum sub dampni caucione; et super eo Leonardus et Msczigneus ibidem de Swossouice ipsis pueris fideiusserunt de premissis, se similiter ad premissa eisdem obligantes.

**8132.** Nota — Andreas de Zalesse XL marcas grossorum ad festum Natiuitatis Christi proxime nunc venturum Boxe de Czirnechow obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi quinque kmetones in Rawulouice tenebitur obligare tenendum in forma, et Kachna uxor eiusdem Andree se similiter obligauit.

**8133.** Nota — Slawnik de Sladow veniens fideiussit pro XI marcis tercie partis *pusczini* Czuchne de Kydow receptis per Derslaum de Kydow apud Newstampium, Johannem, Imramum et Jacussium de Wanczslauice, ita videlicet in hunc modum, quod dictos Newstampium, Johannem, Imramum et Jacussium in dicta tercia parte *puscini* nullus impedire debeat; si vero aliquis impediuerit eosdem, Slawnik habebit intercedere cum effectu sub dampni caucione.

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 22 Januarii 1399). (Cr. II.).*

**8134.** *(1) (Cr. II p. 256).* Intercessio — Andreas de Srzancice Scarbconem ibidem pro hereditate ibidem retro Rabam contra Olandum de Boczow intercessit.

**8135.** *(2)* Nota — Prandota de Neprzesna debitum cum usuris, quantum litteris docebitur, Hosmano iudeo Cracouiensi ad terminos proximos exsoluendo fideiubeat sub penis iudicii et Regali post Cineres.

**8136.** *(3)* Nota — Jacussius de Minyn medietatem ville Corabnyky in Stanislao Jelitco de Gosdna intercessore Clementis Czechouiensis iure acquisiuit ex eo, quod idem Stanislaus, litteram pro maiori causa capitanei Oppociensis reponens, iterum alium terminum per eandem maiorem causam littera secunda disponebat per nuncium, intercessor dicti Clementis existens. — (l. s.; — soluta).

**8137.** *(4)* Nota — Nicolaus Cztan heres de Strzelcze omnimodam villam suam Nysziny cum omni iure, dominio et pertinenciis in C marcis grossorum Wilczconi de Marchocice obligauit tenendum in forma promittens pro dampno et impedimento, et super huiusmodi dampno et impedimento Zyndram de Maschcouice eidem Wilczconi fideiussit.

**8138.** *(5)* Nota — Andreas de Zalesse et Kachna uxor eiusdem legitima omnimodam partem hereditatis in Zagorze dictam Kachnam ex successione patrueli concernentem cum omni iure, dominio et pertinenciis nichil pro ipsis reseruando pro CLX^ta^ marcis grossorum pragensium Nicolao ibidem de Zagorze in totum vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluit IIII [grossos]).

**8139.** *(6)* Nota — Jacussius Probolo de Modlnicza Wrochonem de Woyslauice pro violenta intromissione hereditatis in Gorzcow iure euasit ex eo, quod bis causa pro maiori idem Wroch terminum disponebat per nunccium actor existens.

**8140.** *(7)* Nota — Zaclica de Corzekwa duas marcas ad terminos proximos Elizabeth Pelczarin de Cracouia obligauit se soluturum sub pena ipsius Elizabeth et alia iudicii.

**8141.** *(8)* Nicolaus de Zagorze L^ta^ marcas grossorum ad festum Natiuitatis Christi proximum Andree et Kachne uxori eius de Zalesse obligauit se soluturum sub caucione omnis dampni habiti inter christianos et iudeos. — (Idem Andreas tenetur memoriale ad terminos proximos sub pena iudicii).

8142. *(9) (Cr. II p. 258).* Pena — Woytek de Parce actor cum capellano contumax contra Nicolaum Dzepold kmetonem de ibidem pro wlneribus apertis et cruentatis.

a. *(69) (Cr. IIa p. 367).* Pena — Woytek de Parcz actor contumax cum capellano contra Nicolaum kmethonem de ibidem pro wlneribus.

8143. *(10)* Pena — Petrus Wlodconis de Charwin contumax contra Canaan iudeum pro LXX marcis debiti et usura in termino peremptorio; Stanecz Boguta officialis quater clamauit.

a. *(76)* Pena — Petrus Wlodconis de Charwin contumax contra (Claram) Kanaan iudeum pro LXX marcis debiti et usura in termino peremptorio; Stanecz Boguthа officialis quater clamauit.

8144. *(11)* Nota — Canaan iudeus Cracouiensis veniens recongnouit, quod sibi Nicolaus notarius terre nullum debitum et usuram suum et patris sui tenetur soluere recedens ab omnibus litteris, si quas contra predictum Nicolaum haberet, in perpetuum.

8145. *(12)* Pena — Petrassius de Lucianouice actor contumax contra Micussium de Crzistoporzice pro caligis brusliensibus.

a. *(75)* Pena — Petrassius de Lucianouicz contumax actor contra Micossium de Crzistoporzicze pro caligiis bruslinensibus. =Soluit pro parte Regis actor VI grossos.= (z. p.).

8146. *(13)* (Pena) — Jaschco de Falcow contumax contra Wirzchoslaum de Sedliscza pro XXX marcis fideiussorie in termino curie. =Satisfactum pro pena; Wanchnik camerarius mandauit.=

8147. *(14)* Nota — Wanchnik heres de Dzecanouice fideiussor pro Wilczcone de Zaerzow XX marcas grossorum pragensium ad diem sancti Nicolai proxime nunc venturum Petrassio albo, Dorotee uxori eius et Elizabeth socri ipsius de Przibislauice soluere fideiussit sub caucione dampni dicendi ad solamque fassionem eorundem sine iuramento refundendi.

8148. *(15)* Nota — Przibco de Maslomancza veniens confessus est se VIII marcas pecunie communis ad duodecim marcas super omnimoda parte hereditatis sue ibidem in Maslomancza obligata apud Leonardum heredem de Wilczcouice suscepisse. — Eidem Leonardo inhibitum est, quod non det prius VIII marcas eidem Przibconi, nisi prius Przibco pro penis satisfaciat iudicio.

8149. *(16)* Pena — Johannes de Chodow contumax contra Lewconissam iudeam de Cracouia pro LX marcis debiti principalis et usura, in termino curie. Petrus Jarnusch officialis terminum curie confessus esse datum.

*Acta Cracouie feria tercia ipso die sancte Agnetis (d. 21 Januarii 1399). Termini continuantur post Purificacionem proxima feria quinta. (Cr. IIa)* [1].

8150. *(37) (Cr. IIa p. 364).* Clemens de Kurow cum Helena Clementis de Lappanow terminum peremptorium habent ad colloquium in autumpno pro arrestacione Clementis mariti sui in domo.

8151. *(43)* Marcissius de Raczechouicze cum Jaschcone de Buk terminum peremptorium habent ad terminos proximos post conductum Pasche pro eo, quod non dedit sibi intromissionem in hereditatem [pro] tribus marcis census.

8152. *(59) (Cr. IIa p. 366).* Ad colloquium — Marcus de Quassouicz cum Wirzbantha de Raciborzani terminum peremptorium habent ad terminos colloquii autumpni pro violencia molendini et incaptiuacione.

8153. *(77) (Cr. IIa p. 367).* Nota — Thomek de Knisszin obligauit se marcam soluere Nicolao notario terre Cracouiensis in carnispriuio sub pena XV eidem et iudicio XV.

---

[1]) Zapiski z 21 Stycznia w księdze Cr. IIa. odpowiadają zapiskom z 21 i 22 Stycznia w księdze Cr. II.

**CCLXXVI. Uwaga.** *(1)*Greg. de Crac. cum Msczug. de Kozlow term. peremp. — *(2)* Swanthosl. de Modlnicza cum Margar. relicta Creslai Sandomir. term. secund. pro pratis 3 in maiori Modlnicza ad ipsum pertinentib. — *(3)* Jacuss. de Minino cum Stanisl. Jelitko de Gosdna term. peremp. — *(4)* Steph. de Tsczicza cum Andr. de Zalas term. peremp. — *(5)* Dersl. Karwaczian cum Stampotha de Syethcza term. peremp. — *(6)* Gechna Jacussy de Sczekoczini cum Nicol. de Czudzinouicz term. peremp. — *(7)* Thomek de Wolwram cum Stanisl., Nicol., Petro de Jasdowa Poramba term. peremp. — *(8)* Kanan cum Joh. de Medzuedz term. peremp. — *(9)* Jan de Parcosszouicz kmeto cum Joh. de Imramouicze term. secund. pro XXX capec. silig. — *(10)* Nicol. prepos. de s. Floriano cum Nemerza et Nicol. suo filio ac uxore de Raczslauice term. peremp. — *(11)* Andr. kmeto de Parcosszouicze cum Joh. de Imramouicze term. secund. pro XXX capec. silig. — *(12)* Woytek de Przechodi cum Jasc. de Raszcow term. peremp.; Jasco iurament. faciet, quod vera infirmit. fuit infirmus. (z. p.). — *(13)* Nicol. Glamb. de Charznicza cum Jasc. de Raszcow term. peremp.; Jasco iurament. faciet, quod vera infirmit. fuit infirmus. (z. p.). — *(14)* Kaschel cum Marco de Thursko term. secund. pro debito, quod litt. potest docere. — *(15)* Prand. de Neprzeszna cum Clem. de Paschouicze intercessore molendinatoris de Grambinicz term. peremp. post conduct. Pasce. — *(16)* Wirzchosl. de Cyanouicze cum Nicol. Campsky de Medzuedz term. peremp. pro 2 mar. fideiuss. et marca damp. — *(17)* Wilczco de Zacrzow cum Przibc. de Grodzina term. secund. pro XXX mar. damp. — *(18)* Petrus Brzarek de Pelcznicza procurat. cum Clem. Radomiensi term. peremp. — *(19)* Szmerl cum Stanisl. aduocato Bochnensi term. secund. pro debito. — *(20)* Nawog. de Damicz cum Alberto de Trantnouicz term. peremp. (z. p.). — *(21)* Imram iunior de Czulicze cum Imram seniori ibid. term. secund. pro 1/4 parte hereditatis Czulicze, pro piscina, IX quercub., pecorib. — *(22)* Preposit. et conuent. de Swerzinecz cum testib contra Imram de Czulicze conparebit in term. secundo. — *(23)* Mirosl. de Zarogow cum prepos. de Mechow term. peremp. — *(24)* Albert. de Trantnouicz cum Beata ibid. term. peremp. — *(25)* Jascho de Polaninouicze cum Math. de Jurzicouicze term. peremp. — *(26)* Stanisl. de Luczicze cum Joh. de Zacliczino term. peremp. — *(27)* Jacuss. de Grzibowa cum Alberto de Sroczicze term. peremp. — *(28)* Jascho de Polaninouicz cum kmetonib. de Marszouicze term. peremp. — *(29)* Dorotea de Raczechouicze cum Dobc. et Jasc. de Wirzbno term. secund. pro XVI mar. — *(30)* Pelca de Maslomancza cum Tomc. ibid. term. peremp. — *(31)* Pelca de Maslomancza cum prepos. Mechov. term peremp. — *(32)* Nicol. de Cunczicze cum Otha ibid. term. peremp. — *(33)* Sandco de Czcicouicze, Jasco ibid. cum Milotha de Chodinicz et Wirzbyanta de Raciborzani term. peremp. — *(34)* Dorothea, Prand. de Koszoczicze cum Sigism. de Cychawa term. peremp. — *(35)* Kussyel Feter cum Pelca de Czaple term. peremp. ad term. secund. — *(36)* Jan de Plaza cum Zauissza patre suo ibid. term. peremp. — *(38)* Petirborg cum Swansc. de Parcze term. peremp. — *(39)* Joh. Spiczimir de Crac. cum Warssio de Plasszow term. peremp. — *(40)* Simco de Slauicz cum Beata et Pacoss. ibid. term. peremp. (z. p.). — *(41)* Swanch de Kazimiria cum Tomc. de Zamboczin term. peremp. post Cineres. — *(42)* Helena Martini de Pyassek cum Nicol. de Kozmicz term. secund. — *(44)* Januss. de Macoczicze cum Johannes Szado de Bolow term. peremp. curie pro I mar. — *(45)* Miczko de Kuczcow cum testib. contra Nicol. Gandenek de Mlinoga in term. secundo conparebit, term. (z. p.). — *(46)* Wilczco de Zacrzow cum Mart. et Joh. kmetonib. de Nedzeliska term. peremp. ad coll., si non fuerit, tunc ad term. post coll. — *(47)* Petrass. de Slupow cum Jasc. Pusdro de Raczslauicze term. peremp. nulla dilac. interueniente. — *(48)* Nicol. de Kossoczicz cum Paulo et Math. kmetonib. de Przibcouicz term. secund. pro conbustione allodii, dampni exinde XX mar. ac seccione silig. post VIII mensuras. — *(49)* Nicol. de Kossoczicze cum Jasc. Mandrek kmetone de Przibcouicze term. secund. pro arac. heredit. uiolenter XXX lirarum. — *(50)* Sigism. de Michalouicze cum Bogutha pleb. de Mlinoga term. peremp. ad coll. pro litt. — *(51)* Gregor. cantor Opathouiensis cum Marco de Thursko term. peremp. — *(52)* Steph. de

**CCLXXIX. Uwaga.** *(1)* Jacub de Iwanouicz cum Jacuss. de Wilczcouicz term. peremp. ad coll. — *(2)* Pelca de Maslomancza cum prepos. Mechov. term. ad vidend. post Stanisl. — *(3)* Margar. Verneonis de Roznow cum Dobrochna Johannis de Olesznicza, eadem litt. Regis ponet, quod in negociis ipsius fuit constituta, term ad coll. (z. p.). — *(5)* Hanca Janconis de Crowodrza cum Stachna de Zacrzow term. peremp. ad coll. pro hered. in Zacrzow. — *(6)* Thomco de Wolwram cum Benik de Thopola term. peremp. ad coll. pro wlnerib. —

*(7)* Pascho de Scotniki cum Clem. de Lappanow term. ad coll., Clem. iuramentum faciet. — *(8)* Episc. Crac. cum Clem. (et uxore) de Lappanow term. ad coll.; Episcopus iurament. faciet. — *(9)* Halsca Dziuiszii de Boguczicz cum Sbign. archidiac. term. peremp. ad coll. — *(10)* Spitka Warszonis de Michow cum Zegotha de Welglow term. peremp. ad coll. pro LXX mar. — *(13)* Pascho de Scotniki cum Clem. Czechov. term. peremp. ad coll. — *(14)* Preposit. de Swerzinecz et conuent. cum Strass. de Koszczelniki term. peremp. ad coll. — *(16)* Machna Slizowa de Wszola cum Dziuiss. de Marzanczin term. peremp. ad coll. pro hered. Boguczicze. — *(18)* Andr. de Luczslauicz cum Nicol. et Boxa de Claneczani term. ad vidend. ad coll. — *(19)* Nicol. de Olelin cum Wencesl. de Marcinouicze term. peremp. ad coll. — *(21)* Math. de Jurzicouicze cum Wencesl. de Tworow term. peremp. in W i s l i c i a fer. 2[da] post Cineres pro hered. Czarncza et damp. — *(22)* Zegotha de Morzko cum Petrass., Mich., Climca relicta Petrassii et pueris suis de Strzelcze term. peremp. ad coll. pro libert. in silua, wlgariter *wramb*. — *(23)* Strzechna cum pueris suis de Byala confessi capell. contra Nicol. Briganth, term. ad coll. — *(24)* Abbas Tinciens. cum Dobc., Christino, Jasc. de Wirzbno term. peremp. ad coll. — *(27)* Dobco et Joh. filii Olelinski cum Wencesl. de Marcinouicz term. peremp, ad coll. — *(29)* Kather. relicta Przibconis de Irzanz cum Clem. de Quilina term. ad vidend. ad coll. pro 2 kmet. in Zawadka. — *(30)* Andr. de Luczslauicz cum Margar. Wernconis de Roznow term. peremp. ad coll. =Wszystkich zapisek z 5 Lutego w księdze Cr. IIa 39.=

*[In c o l l o q u i o]. Feria quinta sequenti (d. 6 Februarii 1399). (Cr. II.).*

**8278.** *(Cr. II p. 270).* N o t a — Inter Adam de Berwald et Katerinam uxorem Getheze de Bresna nurum ipsius Ade talis contractus ex concordia factus est de et super pueris, ita quod eadem Katerina pueros, quos cum Zegota procreauit apud se debet seruare videlicet filium ad etatem quindecim annorum, et seruando puellas duas quamlibet de C marcis debet exdotare; cum autem dictus filius quindecim annos habuerit, tunc sibi dicta Katerina villas Podrzecze et Strziganecz dimittendo resignare habebit, et istud idem filius pro sua parte in principio absque pueris procreandis pro se habebit obtinere.

**8279.** *(Cr. II p. 271).* N o t a — Angnes uxor Dobconis de Paulouice cum Johanne de Neswoyouice patre suo talem contractum ordinauit et habuit, ita confitendo, quod sibi idem pater pro dote sua in totum satisfecit de bonis paternis et maternis ipsius Angnetis, et eadem Angnes ipsum patrem suum et pueros suos seu filios procreatos et procreandos pro huiusmodi dote solutos et liberos fecit; item si idem Johannes pater eius decesserit filiis seu filio ullo non habitis, tunc ipsa Angnes restituendo prius LXX marcas dotis sue, quas recepit, cum puellabus seu filiabus eiusdem omnium bonorum sortem capere habebit. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**8280.** N o t a — Iudicium decreuit per Petrum alias de Gorca pecunias in quartensibus pro hereditate ibidem obligata et non aliter a Wirzchoslao de Sedlisçza recipere.

**8281.** N o t a — Wroch de Woyslauice aream in Gorzcow, que fuit Jaschconis dicti Zelaszny [de] Chleuicza cum omni iure, dominio et pertinenciis in XII marcis quartensium domino Johanni Liganza in totum obligauit tenendum in forma promittens pro dampno et impedimento; et ita quod idem dominus Johannes cuidam domine relicte dicti Jaschonis de agris dicte aree, quos coluerit, terciam partem frumentorum tribuere habet tamdiu, donec dicta domina vixerit, velud eciam Wroch tribuebat; post mortem autem ipsius domine relicte nulli tribuere habebit, nisi totum pro se reseruabit et predictam aream cum eo iure, sicut Wroch tenuit, possidere ad plenam exempcionem habebit; item dictus Wroch eidem domino Johanni litteras tres super dicta littera dare debet.

**8282.** N o t a — Msczisco de Gora veniens LX marcas grossorum Andree de Grzegorzouice confessus est teneri, quas habet eidem ad festum Natiuitatis Christi proximum soluere, si non soluerit, tunc sibi medietatem ville in Zawada cum omni iure et pertinenciis in perpe-

tuum cedere habebit, et si sibi aliquando aliquam in eadem villa iniuriam fecerit, tunc sibi in iudicio terre Cracouiensis respondere habebit et pro aliis impedientibus promittendo. — (l. s.; — soluta).

**8283.** *(Cr. II p. 272).* Nota — Phillipus, Jaschco de Mislouice actores, Nicolaus, Jaschco filiaster suus et Zuschca de Goluchouice factum ipsorum pro granicierum exsipacione inter Goluchouice et Mislouice, quatuor bonorum virorum arbitrio debent committere in crastino sancte Trinitatis proximo, et quidquid isti quatuor inter ipsos concordauerint, dixerint et ordinauerint, istud perpetuo partes predicte sub vadio L^ti marcarum habebunt obseruare.

**8284.** Nota — Zuchne filie Marcissy de Grabowich iudicium visa littera iudiciali decreuit, quod quando Bogunco de Parce sibi XL marcas grossorum dabit, tunc sibi eadem Zuchna partem hereditatis, que fuit Peschconis Gaurak ibidem in Parce, expediendo de obligacione restituere tenebitur.

**8285.** Nota — Mathias de Jurzicouice Prandote de Przelank recognouit, quod litteras nullas super hereditate Jurzicouice circa se habet excepta parte Hance cuiusdam, et Prandota ita proposuit: hereditatem michi restituisti et litteras non restituis.

*[In colloquio]. Feria quinta (d. 6 Februarii 1399). (Cr, IIa).*

**8286.** *(7) (Cr. IIa p. 386).* Zegotha de Morzko cum Nicolao Wantrobca terminum peremptorium habent ad colloquium proximum, ut cum coheredibus aliis de Strzelcze contra ipsum Zegotham starent pro libertate in silua, wlgariter *leczenstwo.*

**8287.** *(8)* Iuramentum — Spitko palatinus Cracouiensis iuramentum faciet contra Petrassium alias de Pobednik, quod non recipiens *copaninam,* dimisit libere priuilegium, terminus ad colloquium proximum.

**8288.** *(11)* Testes — Prandotha et Franczco ducunt testes contra Franczconem de Sanspow: Prandotha de Kossoczicz, Swanszco de Parcz, Panczslaw de Wilczcouicz, Jacussius de ibidem, Nicolaus de Zarzecze, (Nicolaus) Pascho de Mlosszowa; — [Rota]: *Jaco wemi, ez Franczco et Prandotha matha na dw lanu polÿedneÿnaczcze grziwni;* terminus ad terminos proximos paruos. (z. p.).

**8289.** *(12)* Testes — Pechna Derszconis de Micolayouicz ducit testes contra Nicolaum Wantrobca: Gregorius de Zacrzow, Spitko de Byala, Miczko de Sglobicz, Stassek de Sglobicz, Andreas de Zacrzow, Clemens de Strzeszcouicz; — [Rota]: *Jaco wemi, ez czso pani mÿala Wantrobczina odzenÿa, to ÿest wrocÿla, anÿeobwanzala sÿa ginego wraczacz.*

**8290.** *(13) (Cr. IIa p. 387).* Johannes palatinus Lanciciensis cum Margaretha Vernconis de Roznow terminum habent ad colloquium proximum, domina si personaliter non conparebit, tunc fideiussorem debet mittere, qui fideiubebit eidem Johanni C marcas grossorum pragensium et hoc sub pena regali.

**8291.** *(17)* Episcopus Cracouiensis ducit testes contra Helenam Clementis de Lappanow: Nicolaus prepositus de sancto Floriano, (Nicolaus Poray, Nicolaus de Lappanow); — [Rota]: *Jaco dzedzina a XXX lat nÿebila paneÿ oczczisszna;* terminus cras.

**CCLXXX. Uwaga.** *(1)* Sandco de Czczicouicz cum Milotha de Chodinicz et Wirzbyantha de Racziborzani term. peremp. post Stanisl. — *(2)* Borco de Tsczenecz cum abbate term. ad vidend. ad coll. — *(3)* Nicol. de Dulowa cum Dersc. de Janouicz, idem Przedwogium constituet, term. ad coll. — *(4)* Adam de Berwald cum Thomc. de Zamboczin et Poznano, term. ad coll. — *(5)* Dorothea de Konari cum Stasc. et Jasc. de Lawszow term. peremp. ad coll. pro $^1/_4$ parte census in Lesznow. — *(6)* Stasszek et Jascho de Lawschow cum Laczc. et Femca uxore eius de Gorzcow term. peremp. ad coll. pro CXX mar. et $^1/_2$ parte hered. Lesznow. — *(9)* Wirzchosl. de Sedlisca cum Andr. de Methnow term. de Prosszouicz post coll. — *(10)* Roslaus de Surowki cum Dominico de Zagorzani term. peremp. pro VII mar. et damp. —

*(14)* Imram senior de Czulicze confessus capell. contra Kather. uxorem Alberti Oczosno ibid., term. ad coll. (z. p.). — *(15)* Dobco subiudex cum abbate Andrzeouiensi term. peremp. ad coll. pro arac. agri XL lirarum. — *(16)* Mirosl. cum filiastris suis cum Boguslaua Laurencii de Bandcouicz term. ad vidend. post Cineres. = Wszystkich zapisek z 6 Lutego w księdze Cr. IIa 17. =

*[In colloquio]. Feria sexta sequenti (d. 7 Februarii 1399). (C. II.).*

**8292** *(1) (Cr. II p. 272).* Nota — Woytek Schpak officialis veniens confessus est, quod Zuscam relictam Jaschconis Oweczca ad instanciam Philipi de Mislouice pro XLVIII marcis debiti concitauit.

**8293.** *(2)* Nota — Nicolaus de Beganow villam suam omnimodam Michalouice in districtu Drohobiciensi pro C marcis grossorum pragensium Clementi de Vneschow vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento.

**8294.** *(3)* Nota — Dziuissius de Bolow omnimodam partem hereditatis sue ibidem cum taberna sua et omni iure in XL marcis grossorum pragensium Nicolao de Slup obligauit tenendum in forma promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**8295.** *(4) (Cr. II p. 273).* Nota — Janussius pictor sub castro Cracouiensi XVII marcas feria quarta proxima Prandote de Przelank pro domo empta obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc id, quid iam pro dicta domo dedit, perderet et de domo cedere habebit.

**8296.** *(5)* Nota — Imram senior de Czulice testibus docuit, quod monialibus de Swerzinecz per duodecim marcas quinque annis diuisim soluebat et sexti anni (XII) VI marce sibi sunt indulse per moniales predictas, de villa Pobedniky.

**8297.** *(6)* Nota — Petrassius de Charbinouice, Iwan de Cleczce et Nynota de Carnow fideiussores ipsius Petrassy LVI marcas pecunie terre communis ad festum Natiuitatis Christi proximum manu coniuncta obligarunt se soluturos Widzdze de Przelank, si non soluerint, tunc sibi villam Kelcouice obligabunt, et si Kelcouice non obligauerint, tunc sibi iterum villam Rudniky cum omni iure, dominio et pertinenciis in obligacionem dare habebunt de dampno et impedimento cauendo alias dampnis ad interesse tenebuntur; et super eo predicti Iwan et Nynota ipsi Widzdze fideiusserunt.

**8298.** *(7)* Nota — Idem Petrassius eosdem suos fideiussores occasione premissorum indempnes reddere promisit, si non fecerit, tunc ipsis duas villas Parcossouice et Gora obligare habebit sub caucione dampni pro Bartossio et Stanislao fratribus suis fideiubendo, iidem fideiussores potestatem se intromittendi in premissis habebunt.

**8299.** *(8)* Pena — Zaclica de Corzekwa penam XV iudicio et Regalem LXX contra Prandotam de Neprzesna pro eo, quod litteram de iudea non expediuit Prandote. — Idem Zaclica eidem Prandote litteram predictam de iudea ad terminos proximos expediat sub pena XV Prandote et iudicii.

**8300.** *(9) (Cr. II p. 274).* Nota — Idem Zaclica tres marcas pene eidem Prandote ad manus Jaschonis de Polanynouice ad terminos per terminos proximos sub pena XV Jaschconis et iudicii obligauit se soluturum.

**8301.** *(10)* Nota — Uxor Imrami senioris de Czulice VIII marcas grossorum ad diem sancti Stanislai proximam Johanni Spicimiri de Cracouia obligauit se soluturum sub pena iudicii per Wirzchoslaum de Sedlisca procuratorem suum.

**8302.** *(11)* Nota — Nicolaus Corzekwicza de Mnycow fideiussoriam debiti iudaici iuxta litteram in Margareta relicta Jaschconis de Rzessow et in pueris eius iure obtinuit; expediant infra duas septimanas proximas sub pena XV Nicolao et XV iudicii ac Regali LXX. — (l. s.; — soluta, et pro sigillis).

**8303.** *(12)* Nota — . . relicta Jaschconis olim castellani Wisliciensis XII marcas grossorum pragensium ad diem sancti Michaelis proximum obligauit se soluturum sub pena XV iudicii et Regali LXX Janussio Sczecina ciui Cracouiensi.

**8304.** *(13)* Nota — Dominus Episcopus Cracouiensis duos mansos, unum pratum et gagium in Grussow in Helena uxore Clementis de Lappanow iure obtinuit, quia eadem Helena testibus ipsius domini Episcopi iuramentum pepercit; Petrus Warmusch officialis datus est ad intromittendum.

**8305.** *(14)* Pena — Helena predicta penam XV iudicio et domino Episcopo XV pro eo, quod dictos mansos violenter tenuit.

**8306.** *(15)* Nota — Iudicium decreuit Margarete relicte Jaschconis de Rzessow, quod quantumcunque de debitis iudaicis in ipsa et pueris eius acquisitis persoluerit, huiusmodi solucio non transeat in nocumentum et minoracionem sui dotalicii, sed in bona hereditaria puerorum Jaschconis predicti; — non transeat littera de libro; et predicta Margaretha potens est bona puerorum predictorum racione solucionis debitorum obtinere.

**8307.** *(16)* Nota — Iudicium decreuit per Msczugium de Imramouice hereditatem obligatam quinque kmetonum in Curoswank Nicolao Campsky ad festum Natiuitatis Christi restitui et recipi LX marcas, et cum restituet, tunc Setegius plebanus de Crczancicz dictam hereditatem in ipso Nicolao repetere debebit. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

**8308.** *(17) (Cr. II p. 275).* Nota — Jaschco de Sarbe duos kmetones suos ibidem cum omni iure etc. in decem marcis quartensium Martino de Raczechouice obligauit tenendum in forma promittens ab uxore et fratre suis pro omni impedimento atque dampno.

**8309.** *(18)* Nota — Nicolaus de Lappanow canonicus Cracouiensis Clementem de ibidem pro CCCC marcis vadii et pro accusacione contumaciarum iure euasit.

**8310.** *(19)* Nota — Idem Clemens ex concordia ipsum Nicolaum fratrem suum nunquam citare ad aliqua iudicia pro quibusuis causis magnis et paruis, motis et in posterum mouendis, promittendo se obligauit, et si aliquando quociensecunque ipsum citauerit et contra ipsum proposuerit, tociens ipsi Nicolao penam XV et iudicio tantum incurrere habebit; et hoc idem Clemens perpetuo se submisit inviolabiliter obseruare.

**8311.** *(20)* Nota — Idem Clemens partem hereditatis in Grabe dicti Nicolai in XX marcis tenere debet, et quando sibi idem Nicolaus easdem XX marcas persoluet, tunc sibi dicte parti hereditatis cedere habebit.

**8312.** *(21)* Nota — Nicolaus Omelty de Camona veniens amonuit memorie iudicii reducendo, quod libenter pro debitis iudeorum et aliis, que pro Rosnone contraxit, pueros ipsius Rosnonis citare et in ipsis repetere [vellet], si haberet alicubi in bonis ipsorum puerorum paternis, petens decerni, ne sibi propter hoc prescripcio aliqua eueniat.

**8313.** *(22)* Nota — Wirzchoslaus de Wilczcouice unum agrum suum wlgariter *nywa* circa viam Mechouiensem ibidem pro X marcis grossorum Petro ibidem vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**8314.** *(23) (Cr. II p. 276).* Nota — Johannes aduocatus de Mislimice XIIII^or marcas grossorum ad dominicam Letare proximam fideiubendo pro Jacussio de Grzibowa obligauit se soluturum Petro de Cracossouice, si non soluerit, tunc ad diem sancti Stanislai proximam XX marcas tenebitur ad soluendum sub dampni caucione. = Satisfactum. = (z. p.).

**8315.** *(24)* Pena — Szyndram de Jassel contumax contra Annam relictam Prokemdorff pro XXVIII [marcis] debiti. = Satisfactum per totum pro debito et pena. = (z. p.).

a. *(29) (Cr. IIa p. 390).* Pena — Zindram contumax contra Annam relictam Johannis (Tropper) Procendorf de Cracouia pro XXVIII marcis.

**8316.** *(25)* Nota — Woyczech Bogufal et Petrus fratres de Lusczouice omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem pro XL marcis grossorum Bartolomeo et Budconi de Wilczcouice vendiderunt et resignarunt promittentes pro dampno et impedimento.

**8317.** *(26)* Pena — Derslaus de Brnocice actor contumax contra Stanciconem de Grodek pro debito iudaico. =Littera per Derslaum eundem arrestata est, non transeat.=

**a.** *(32)* Pena — Derszco de Brnoczicze actor contumax contra Stancziconem do Slupsko pro debito iudaico.

**8318.** *(27)* Pena — Leonardus de Cracouia actor contumax contra Heduigim de Pilcia pro eo, pro quo eam concitauit.

**a.** *(33)* Pena — Leonardus de Cracouia actor contumax contra relictam Othonis de Pilcia pro citacione.

**8319.** *(28)* Pena — Groth de Scorczow contumax contra Petrassium de Zagorze pro XXII marcis fideiussorie et totidem dampni.

**a.** *(30)* Pena — Groth de Scorczow contumax contra Petrassium de Zagorze pro XXII marcis fideiussorie et totidem dampni.

**8320.** *(29)* Pena — Jaschco de Zaberzow contumax contra Wirzbantham de Branice pro XL marcis debiti iudaici.

**a.** *(31)* Pena — Jascho de Zaberzow contumax contra Wirzbantham de Branicze pro XL marcas debiti iudaici.

**8321.** *(30)* Pena - Mroczco de Srzenawa contumax contra Petrum de Lucianouice pro XIIII^or marcis, actor Petrus.

**8322.** *(31)* Nota — Wirzchoslaus et Johannes de Wilczcouice fideiussores V marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Petro ibidem obligarunt se soluturos sub caucione dampni. (z. p.).

*[In colloquio]. Feria sexta (d. 7 Februarii 1399). (Cr. IIa).*

**8323.** *(14) (Cr. IIa p. 388).* Pena — Helena uxor Clementis de Lappanow penam Episcopo Cracouiensi XV et iudicio XV pro possessione hereditatis violenter in Grusszow.

**8324.** *(18) (Cr. IIa p. 389).* Testes — Mathias de Jurzicouicz ducit testes contra Jacussium de Owczari: Miczko de Zarzecze, Miczko de Charznicza, Derszko de Plaouicz frater germanus patruelis producentis, Stasszek de Misszow, Boxa de Lexicz, Johannes de Bolow; — [Rota]: *Jaco wemi, ez Maczek nedal lista wÿsszey data, niz iaco bÿla oprawa;* terminus peremptorius ad terminos proximos in Xansz post Letare pro omnibus terminis.

**8325.** *(20)* Pena — Clemens de Lappanow penam VI scotorum iudicio, quia coram iudicio agebat non deposito pileo.

**CCLXXXI. Uwaga.** *(1)* Marcis. de Methnow cum Ratholdo ibid. term. peremp. ad coll. pro hered. Podgrodze. — *(2)* Preposit. Mechov. iurament. faciet contra Sigismund. de Michalow, quod non recepit X truncos apum term. ad coll. — *(3)* (Petrass.) Mart. de Polaninouicz cum Jasc. ibid. term. peremp. post Letare. — *(4)* Swanch de Parcz intercessit Margar. Petrassii de Szippouicz pro parte hered. in Zandow contra Jacuss. de Zandow. — *(5)* Petrass. de Szippouicz et uxor litt. duas ponent contra Jacuss de Zandow, term. — *(6)* Jacuss. de Zandow cum Swanch. de Parcz term. ad uid. — *(7)* Steph. de Tsczicza iuram. faciet contra Andr. de Zalas super X mar. vadii fideiussi, term. — *(8)* Clichna Imrami de Nakel conparebit cum litt. contra Jacuss. palat. Sirad. proxima fer. 6^ta. - *(9)* Kather. relicta Pribc. de Irzanz cum Jacuss. Klam de Gdow term. peremp. post coll. — *(10)* Clichna Imrami de Nakel constituit procurat. suum contra Math. de Jurzicouicz pro litt. – *(11)* Kather. relicta Pribc. de Irzanz cum Petrass. de Sluppow term. peremp. ad term. post Cineres. — *(12)* Kashel cum uxore Joh. de Chodow term. terc. peremp. post coll. — *(13)* Scarbo de Srzanczicz cum Simone de superiori Srzanczicz term. peremp. ad coll. – *(15)* Jacuss. de Owczari cum Franczc. de Sanspow term. peremp. ad coll. — *(16)* Clichna Imrami de Nakel cum Math. de Jurzicouicz term. peremp. fer. 6^ta post Cineres pro litt. — *(17)* Joh. Hinconis de Jurzicouicz cum Math. ibid. term. peremp. ad coll. — *(19)* Josman cum Christ. castell. Sandec. term. peremp. post coll — *(21)* Uxor Zaclice de Korzkwa cum Marco de Thursko term. peremp. fer. 6^ta post Cineres pro omn. causis. — *(22)* Marcus de Thursko cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. fer. 6^ta post Cineres pro debito iudaico. — *(23)* Nicol. de Wilkouisko confessus capell. contra Episc Crac.

pro decima 3 mar., term. — *(24)* Kaschel cum Marco de Thursko term. peremp. post Stanisl. *(25)* Nastka et Dorot. actrices de Vlina constituerunt procurat. suum Vencesl. de Marcinouicz contra Wirzchosl. de Cyanouicz in omn. euent. (z. p.). — *(26)* Nastka et Dorot. de Vlina cum eod. Wirzchosl. term. peremp. pro violenti irruic. domus. (z. p.). — *(27)* Vencesl. de Marcinouicz cum (Joh.), Math. de Janicouicz term. peremp. post Letare. — *(28)* Mirosl. de Zarogow cum preposito Mechov. term. ad vidend =Wszystkich zapisek z 7 Lutego w księdze Cr. IIa 33 =

*In Cracouia acta paruorum terminorum feria quinta proxima post Purificacionem sancte Marie termini continuantur, (d. 6 Februarii 1399). Alii positi sunt ad feriam terciam post dominicam Inuocauit. (Cr. II.).*

**8326.** *(Cr. II p. 276).* Zaclica de Corzekwa penam XV iudicio et Regalem LXX contra Spicimir Johannem pro [eo], quod debitum confessatum non persoluit.

*Acta Cracouie feria quinta proxima post Purificacionem (d. 6 Februarii 1399). Termini continuantur feria tercia proxima post Inuocauit Dominicam. (Cr. IIa).*

**8327.** *(1) (Cr. IIa p. 390).* Stanislaus de Caczicze cum Clemente de Nassanchouicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, terminus curie pro eo, quo debuit sibi facere iusticiam cum suis hominibus et non fecit, dampni exinde quatuor marce.

**CCLXXXII. Uwaga.** *(2)* Greg. de Crac. cum Msczug de Kozlow term. peremp. — *(3)* Imram iunior cum Imram seniori de Czulicze term. peremp. — *(4)* Andr. et Petr. de Kyani cum Simone, Stanisl et Nicol. de Gorzcow term. secund. pro intromiss. violenter in hered in Plechow. — *(5)* Joh. de Neswoyouicz cum Stanisl. de Solcza term. peremp. post Stanisl. — *(6)* Andr. de Krczanczin actor cum Andr. de Sandzisszow term. secund. concit. pro XXV mar. — *(7)* Petrass. de Lucianouicz cum Nicol. Wantrobca et uxore term. peremp. — *(8)* Sbign. prepos. Wisliciens. cum Clem. de Grayow term. peremp. — *(9)* Stanisl. procurator de Dobranouicz cum Clem. de Grayow term. peremp. pro kmet. — *(10)* Jacuss. de Suchdol cum Joh. de Neswoyouicz term. peremp. post Stanisl. (z. p.). — *(11)* Jacuss. de Minino cum Clem. Czechov. term. secund. concit. pro parte Korabniki. — *(12)* Dorot. de Raczechouicz cum Jasc. et Dobc. de Wirzbno term. peremp. =Wszystkich zapisek z 6 Lutego w księdze Cr. IIa 12.=

*Acta in Proschouice feria quinta in crastino Cinerum termini continuati fuerunt (d. 13 Februarii 1399). Alii positi sunt ad XIIII$^{or}$ dies.*

**8328.** *(Cr. II p. 377)* Nota — Laurencius de Zabawa omnimodam partem suam hereditatis in Czulice cum iuribus et pertinenciis pro prato in Wroninecz et pro ducentis marcis grossorum pragensium Imramo de Czulicze ibidem vendidit commutando et resignauit promittens in forma. — (l. s.).

**8329.** Nota — Johannes wladarius de Chorzanzice mediam sexagenam memorialis iudicio ad terminos proximos obligauit se soluturum sub pena XV. (z. p.).

**8330.** Nota — Margareta relicta Iliconis de Malszice V marcas debiti principalis et totidem dampni in Grotone de Scorczow iure obtinuit pro eo, quod idem Groth terminum secunda littera domini Dobconis subiudicis Cracouiensis disposuit.

**8331.** Nota — Derslaus de Srzenawa unam sexagenam Stanislao Pusdro de Raczslauice pro pena XV persoluit et adhuc VII fertones soluere tenetur ad terminos proximos sub pena XV, ut supra in aliis terminis scriptum. =Satisfactum.= (z. p.).

**8332.** Pena — Johannes Kobalca de Olpice actor contumax contra Nemstam de Scronow pro LXXX marcis pecuniis maternis, et Marcissius frater et tutor eius ibidem de Olpice [similiter]

**8333.** Pena — Idem Johannes et Marcissius actores contumaces contra Jacussium Snopek de Mosgawa pro LXXX marcis maternis.

**8334.** P e n a — Dominicus de Zagorze contumax contra Pacossium de Sdzislauice pro IX marcis principalis debiti et totidem dampni, in termino primo.

**8335.** P e n a — Nicolaus Wantropca actor contumax contra Zegotam de Mocrsko et contra IIII$^{or}$ kmetones pro via in prato *gassyna* et pro XXX curribus sepis et pro XV *cola* et pro quinque scrophis. — (l. s.; — soluta).

**8336.** *(Cr. II p. 278).* N o t a — Nicolaus de Prucocice decem ad diem sancti Martini proximam et decem ad diem secundam sancti Johannis Baptiste proxime affuturam marcas pecunie communis Stanislao et Martino fratribus de Jancouice obligauit se soluturum sub dampni caucione.

*In C r a c o u i a sabbato in vigilia Dominice Inuocauit termini r e g a l e s continuati fuerunt (d. 15 Februarii 1399). (Cr. II.).*

**8337.** *(Cr. II p. 278).* N o t a — Inter Zaclicam et Annam uxorem eius de Corzekwa ex una, et Marco de Tursko parte ex alia concordia perpetua facta est, ita quod cause et controuersie omnesque lites mote pro quibuscunque rebus et debitis inter ipsos hincinde extincte sunt; Marcus autem solus dictum Zaclicam de debitis (quibuslibet) et usura iudeorum, pro quibus fideiussor extat circa honorem suum debet exsoluere videlicet de sex marcis capitalis et usure; et hoc idem Marcus habet de viginti marcis soluere. — Idem Marcus residuitatem earundem viginti marcarum ad diem sancti Johannis Baptiste proximam ipsi Zaclice debet soluere, si non soluerit, tunc duos boues pingnoris pro qualibet marca sibi assignabit; dominus Wirzbanta de Branice super eo fideiussit se similiter boues dari sub caucione dampni astringendo Zaclice antedicto.

**8338.** N o t a — Zaclica de Corzekwa sex boues pingnoratos Jascheoni Chamecz infra duas septimanas proximas statuere fideiussit sub pena XV Jascheonis et iudicii.

**8339.** N o t a — Symco de Gora l i b r u m o m e l i a l e domino preposito Kelczoni restituat ad duas septimanas proximas suo· pena XV domini prepositi et iudicii.

**8340.** N o t a — Groth de Scorczow VIII marcas grossorum ad diem sancti Stanislai proximam Petro de Zagorzice obligauit se soluturum sub dampni caucione, et pro primo dampno debet satisfacere eidem; et si pro premissis se citari permiserit, tunc ipsi Petrassio XV et aliam iudicio incurrere habebit.

*Termini r e g a l e s sabbato in vigilia Inuocauit (d. 15 Februarii 1399). (Cr. IIa).*

**8341.** *(Cr. IIa p. 391).* Episcopus Cracouiensis cum Zophia uxore Friczonis de Morawyani terminum peremptorium habent ad terminos secundos pro decima in Morawyani pro VIII marcis.

**8342.** O f f i c i a l i s — Zaclica de Korzkwa constituet officialem Kozuch contra Jaschonem Chamecz super confessione, quod ipse Jascho cum eodem Kozuch Zaclicam racione pene XV inpignorasset, terminus proxima tercia [feria].

**8343.** *(Cr. IIa p. 392).* Zaclica de Korzkwa cum Jaschone Chamecz de Dobronouicz terminum habent ad interrogandum pro puero percusso, terminus ad terminos proximos.

**8344.** R e m i s s i o - C a p e l l a n u s — Clemens castellanus Radomiensis actor confessus est Nicolao vicario de Mocrsko die terminorum contra Goworconem de Chrobrza, terminus ad colloquium proximum in W i s l i c i a.

**8345.** Petrassius Jarzon dictus, Przeczslaus heredes de Przibislauicz confessi sunt quinque marcas grossorum communis pecunie cum XV scotis Sandconi de Sczodrcouicz teneri et debitorie se obligari eidem Sandconi in eisdem; quasquidem quinque marcas cum XV scotis super festum sancti Martini nunc proxime venturum soluere promiserunt, quod si non soluerint, extunc dampnum, quodquod predictus Sandco haberet racione non solucionis antedictarum pecu-

niarum, hoc totum in memoratos Petrassium et Przeczslaum per solam et simplicem assercionem ipsius Sandconis debebit et debet redundare.

*In Xansch feria secunda in crastino dominice Inuocauit termini continuati fuerunt (d. 17 Februarii 1399). Alii positi sunt ad tres septimanas proximas.*

**8346.** *(Cr. II p. 279)* Nota — Laurencius de Potok reus seccacionem communem lignorum in gayo ibidem, in quo ministerialis fuit in visione, in Stanislao Posszszar ibidem iuramento et iure obtinuit. (l. s.; — soluta).

**8347.** Nota — Nicolaus Plasza de Seczechouice fideiussor pro Zauischa de Wirzchouisca XXXVI marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Marcissio de Trzebenyce obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi omnimodam partem hereditatis in Wirzchouisca cum omni iure, excepto allodio et molendino ac pratis et gayo, obligare tenebitur, sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

**8348.** Nota — Zauischa heres de Wirzchouisca fideiussor pro Nicolao Plaza de Seczechouice XXIIII$^{or}$ marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Marcissio de Trzebenyce obligauit se soluturum, si non soluerit tunc sibi omnimodam partem hereditatis dicti Nicolai in Wirzchouisca cum omni iure et pertinenciis obligare tenebitur, sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

**8349.** Nota — Jaschco de Polanynouice procurator statuat Pauelconem kmetonem de Sandouice clientulum suum domino Sbigneo Episcopo de Lappanow ad terminos proximos, alias solus soluet XV eidem et iudicio tantum, et acquisitum per testes ipsius Sbignei; alias XV ipsi Sbigneo et iudicio incurret.

**8350.** Procurator — Hanca uxor Miroslai de Zarogow causam Petrassio de Vlyna procuratori suo contra Andream de Grzegorzouice commisit.

**8351.** *(Cr. II p. 280).* Nota — Clemens de Wlyna hereditatem obligatam in Vlyna circa plebanum iure proximitatis eximendam in Andrea de Grzegorzouice obtinuit.

**8352.** Nota — Katerina relicta de Xansch Msczugium de Coslow per testes iure euasit pro eo, quod ab ipso in tempore recessit.

**8353.** Nota — Msczugius de Coslow partem hereditatis in Xansch et in Crzeschow, quam Hanna uxor Nicolai de Chedlo habuit in Andrea Nemsta de Scronow iure proximitatis obtinuit et habet eximere de LX marcis grossorum. — (l. s.; — soluta; littera arrestata).

**8354.** Nota — Stanislaus Lissco de Deschno Gregorium actorem ibidem pro decem marcis iure euasit.

**8355.** Nota — Paschco heres de Sluppow unum kmetonem locatum et laneum desertum in Przegrzeb in V marcis Laurencio de Potrcouice obligauit promittens pro dampno et impedimento.

**8356.** Procurator — Elizabeth relicta Nedome de Xansch causam contra Paschconem de Slupow Wenceslao de Marcinouice commisit.

**8357.** Nota — Przeczslaus de Boczcow VIII marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Jaschconi de Janouice obligauit se soluturum sub caucione dampni. — Idem Przeczslaus eidem Jaschconi litteram de nota ista debet expedire propriis pecuniis, si non fecerit, tunc X marcas sibi tenebitur. — (l. s.; — soluit VI [grossos]; retenta).

**8358.** Pena — Johannes de Chodow contumax contra Friczonem procuratorem de Xansch pro XII marcis et pro uno fertone principalis et totidem dampni in termino concitato; Lambertus officialis concitauit.

**8359.** Pena — Stanecz ortunalus de Ilicouice contumax contra Cristinum de Peczenegy pro *cobilene* et pro non perfeccione *przecoppe,* in termino peremptorio, exinde dampni duarum marcarum.

**8360.** *(Cr. II p. 281).* Pena — Panelk kmeto de Sandouice penam XV iudicio pro eo, quod a Sbigneo de Lappanow sine tempore discessit, prout Sbigneus testibus probauit.

**8361.** Pena — Stanislaus de Janouice penam XV iudicio et Stanislao de Polanynouice pro eo, quod acquisitum non persoluit.

*In Cracouia feria tercia post Dominicam Inuocauit termini continuati fuerunt (d. 18 Februarii 1399). Alii positi sunt ad duas septimanas. (Cr. II.).*

**8362.** *(1) (Cr. II p. 281).* Nota — Pelca de Czaple XXIIII^or marcas grossorum infra IIII^or septimanas proximas Kussilloni iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc usuram per grossum a marca qualibet septimanatim dare tenebitur. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

**8363.** *(2)* Nota — Jacussius de Maslomancza Petrum de Zagorzicze pro laneo Wanchnicowsky ibidem et pro omni parte hereditatis paterne ibidem ac pro pecuniis quinque marcarum in perpetuum liberum de causa dimisit recedens ab eisdem premissis.

**8364.** *(3)* Nota — Jacussius de Grzibowa, quando Michalconi de Grabe sex marcas et fertonem persoluet, tunc idem Michalco sibi prata in Payancino restituere habebit, et si Michalco idem ibidem aliquid seminabit, nichilominus frumenta pro se leuabit.

**8365.** *(4)* Nota — Johannes heres de Medzwedz decem marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum Canaan iudeo obligauit se soluturum pro Carlone, si non soluerit, tunc sibi XX marcas tenebitur ad soluendum et alias usuram per grossum a marca qualibet septimanatim de eisdem XX marcis dare habebit tamdiu, donec principale persoluerit. — (l. s.; — soluta).

**8366.** *(5)* Nota — Spitco Colczek subpincerna Sandomiriensis partem hereditatis Grzegory de Lowynicza in Byrcow iure proximitatis a domino Johanne de Thanczin in CCCXXXI marcis grossorum exemit, prout idem dominus Johannes recognouit, que pars hereditatis fuit per eundem Gregorium ipsi domino Johanni obligata, videlicet medietas ville ibidem.

**8367.** *(6) (Cr II p. 282).* Pena — Thomek de Maslomancza XV Pelce ibidem et totidem iudicio pro violenta recepcione decime post araturam nobilium ibidem. (z. p.).

**a.** *(40) (Cr. IIa p. 395).* Pena — Thomek de Maslomancza penas Pelce de ibidem XV et iudicio XV pro recepcione violenti decime post heredes in Maslomancza. =Pro rege soluit Petrassio Masso XV scotos.= (z. p.).

**8368.** *(7)* Nota — Groth de Scorczow veniens confessus [est] debitum IIII^or marcarum fideiussorie pro Petro Belsky et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim duobus annis cretam Cussyaloni iudeo Cracouiensi iuxta litteram suam teneri, expediat ad diem sancti Stanislai proximum, si non expedierit, tunc iterum usuram similem debet soluere. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

**8369.** *(8)* Procurator — Sbigneus prepositus Wisliciensis veniens cum procuratoria littera domini Episcopi et capituli Cracouiensis causam Jaschconi de Tuncza contra (Jaschconem) Clementem de (Raysco) Grayow in omnem [euentum] commisit.

**8370.** *(9)* Nota — Boguta rector Ecclesie de Mlinoga Sigismundum de Paczoltouice pro littera super Rudno et pro L^ta marcis dampni iure euasit per eiusdem Sigismundi dimissionem de causa.

**8371.** *(10)* Nota — Marcus de Czarnochouice LXXX marcas dotis et dotalicii in medietate ville ibidem Hance uxori sue, filie Abrahe de Cunice, in forma indicando assignauit. — (l. s.).

**8372.** *(11)* Nota — Stanislaus de Marchocice et Johannes de Wilczcouice fideiussores pro Thomcone de Maslomancza XVIII mensuras tritici, XXII mensuras siliginis, duas mensuras ordei et scruti, IIII^or mensuras auene per Pelcam ibidem de Maslomancza acquisitas ad domi-

nicam Letare (et duas marcas) ad terminos proximos (ac unam marcam ad alios terminos ad manus Petri) Mansso obligarunt se soluturos sub pena XV Petri et iudicii ac LXX Regali. (z. p.).

**8373.** *(12)* Nota — Stephanus de Tsczicza X marcas vadii in Andrea de Zalesse iuramento proprio acquisiuit. — Idem Andreas eidem Stephano penam sex scotorum et iudicio tantum pro huiusmodi iuramento.

**8374.** *(13) (Cr. II p. 283).* Nota — Idem Andreas eidem Stephano soluat premissa ad terminos proximos sub pena XV Stephani et alia iudicii ac Regali LXX.

**8375.** *(14)* Nota — Jaschco de Pancouice et Nicolaus de Lissecane, fideiussores pro Marco de ibidem, VIII marcas et IX scotos ad dominicam Iudica Cochne uxori Wenceslai de Staschice obligarunt se soluturos; si non soluerint, tunc XVI marcas tenebuntur; et eadem Cochna eundem Marcum a penis acquisitis dimisit solutum, et dum sibi pecunie dabuntur, tunc litteras ipsi Marco restituere et hereditatem in Lissecane dictam Carlowsca ibidem resignare habebit sub dampni caucione. — Idem Jaschco de Pancouice binum memoriale sub pena iudicii.

**8376.** *(15)* Nota — Clemens de Grayow reus Stanislaum [familiarem] domini Sbignei prepositi Wisliciensis pro Sobcone kmetone de ibidem iuramento euasit, et dictum dominum prepositum [similiter].

**8377.** *(16)* Nota — Jacobus Cobilensky quadraginta marcas grossorum racione certi debiti mutuati ad diem sancti Stanislai proximam Boxe de Peczenegy obligauit se soluturum sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

**8378.** *(17)* Pena — Jaschco Chamecz penam XV Zaclice de Corzekwa et iudicio tantum pro indebita inpingnoracione dicti Zaclice.

a. *(86) (Cr. IIa p. 398).* Pena — Jascho Chamecz de Rudno penas Zaclice de Korzkwa XV et iudicio XV pro indebita inpignoracione. = Defalcauit; — ad relacionem domini Cracouiensis. = (z. p.).

**8379.** *(18)* Nota — Dziuissius de Marzancice confessus est teneri fideiussoriam XXII marcarum pro Johanne Rzessowsky Drobnemu iudeo Cracouiensi et usuram iuxta litteram Spitconis iudicis castri Cracouiensis per grossum a marca qualibet septimanatim cretam.

**8380.** *(19)* Pena — Wilczco de Marchocice penam XV iudicio contra Petrassium Curopathwa pro violenta seccacione aree ipsius Petrassy. = Satisfactum pro pena iudicii; satisfecit parti Petrassio pro pena. = (z. p.).

**8381.** *(20)* Pena — Petrus Bork ciuis Cracouiensis penam sex scotorum contra Swenchonem de Parce, quod non fuit in visione ibidem.

a. *(95) (Cr. IIa p. 399).* Pena — Petrus borg penas Swanszconi de Parcz VI scotorum et iudicio VI scotorum pro eo, quod non fuit in uisione.

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 19 Februarii 1399). (Cr. II.).*

**8382.** *(1) (Cr. II p. 284).* Nota — Thomislaus de Curoswank L^ta^ marcas grossorum in omnimóda parte hereditatis ibidem, quam habet et in posterum habebit, post mortem suam recipiendum et leuandum Mathie de ibidem filiastro suo assignauit, tenendum dictas partes hereditatis in eisdem L^ta^ marcis. — (l. s.; — soluta).

**8383.** *(2)* Nota — Dorotea relicta Setegy de Raczechouice, litteras domini Kazimiri Regis contra Wrochonem de Woyslauice et Stanczonem de Charwin kmetonem exhibendo, Jaschonem kmetonem suum ibidem de Charwin de iurisdicione iudicii huius exemit.

**8384.** *(3)* Nota — Eadem Dorotea pro dicta littera priuilegii unam sexagenam memorialis ad terminos proximos tenetur soluere iudicio sub pena XV iudicii.

a. *(97) (Cr. IIa p. 399).* Nota — Dorothea de Raczechouicz soluet sexagenam racione littere ad terminos proximos sub pena iudicii ac Regali.

**8385.** *(4)* Nota — Johannes de Chodow et Swentochna uxor eius legitima omnimodam villam Chodow eandem cum omni iure, dominio et pertinenciis cum IIII^or bobus et cum frumentis seminatis in C marcis grossorum Stogneo de Czaple obligarunt promittentes pro dampno et impedimento, et possessionem eiusdem ville ipsi Stogneo die dominico proximo debent assignare, et si sibi super eisdem C marcis fideiussores certos idem Johannes ad terminos proximos in Xansch statuere potuerit, tunc villam suam eandem rehabebit. — (l. s.; — soluta).

**8386.** *(5)* Nota — Wilczco de Zacrzow fideiussor pro Nicolao filio Sandomiriensis LXXXVI marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Stanislao de Raczslauice obligauit se soluturum sub dampni caucione. — (l. s.; — soluta).

**8387.** *(6)* Nota — Idem Nicolaus eidem Wilczconi fideiussori suo se similiter obligauit soluturum, si non soluerit, tunc sibi villam suam Carnouice in eisdem LXXXVI marcis obligare tenebitur, de dampno a matre et fratribus eius cauendo sub dampni caucione.

**8388.** *(7)* Dominus Episcopus Cracouiensis et Peregrinus subcamerarius Sandomiriensis VIII viros bonos pro utraque parte debent eligere in arbitrium granicierum inter Persscze et Swynary et eisdem factum huiusmodi distinccionis ipsarum granicierum committere habebunt, et si hii arbitrii se in vicem concordare non poterint, tunc idem dominus Episcopus solus equester habebit equitare, et, quod suum fuerit, graniciebus consignare, et hoc faciant octaua die ante Pentecosten proximam; predicte autem partes ambe ibidem personaliter debent conparere sub vadio C marcarum, si vero que pars ibidem non conparuerit, tunc conparenti C marcas vadii soluere habebit; excepto eo, quod allegaret negocium regale uel infirmitatem sub iuramento aliqua parcium predictarum.

**8389.** *(8) (Cr. II p. 285).* Pena — Nicolaus Cobalca kmeto de Irzandz contumax in termino concitato contra Beniconem heredem de Thopola pro duobus wlneribus apertis, exinde ad XX marcas eidem Beniconi condempnatur; Spak officialis concitauit.

**8390.** *(9)* Nota — Jacussius de Bibice omnimodam partem hereditatis in Stradow cum omni iure, dominio et pertinenciis pro XVIII marcis grossorum Wichne uxori Cristini ibidem in totum vendidit et in perpetuum resignauit promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluit IIII [grossos]).

**8391.** *(10)* Nota — Zuschca de Offczary duas marcas Kmyte de Vola ad VIII^0 dies obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc IIII^or marcas tenebitur sibi ad soluendum.

**8392.** *(11)* Nota — Mathias de Jurzicouice (XII marcas et unum fertonem) debiti et pene (ad terminos proximos) et duas marcas ad alios terminos proximos, ac unam marcam ad VIII^0 dies post terminos eosdem secundos Jaschconi de Polanynouice obligauit se soluturum, si (non) quociens non soluerit, tunc penam XV Jaschconi et iudicio XV ac Regalem LXX incurret, et hec coram iudicio persoluat. =Soluit tres marcas residuas.= (z. p.).

**8393.** *(12)* Nota — Dauid et Hanca, uxor eius legitima, de Bolow omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem emptam cum omni iure et pertinenciis in XVI marcis grossorum Janussio de Malossow obligarunt in forma, promittentes pro dampno et impedimento.

**8394.** *(13)* Zaclica de Corzekwa tres marcas ad diem sancti Stanislai proximam Wanchniconi camerario obligauit se soluturum sub pingnore, et si sibi ante solucionem nysum *Czwyk* uel accipitrum sibi dabit, tunc de tribus marcis liberabitur.

**8395.** *(14) (Cr. II p. 286).* Nota — Zaclica de Corzekwa XXX marcas grossorum ad diem sancti Nicolai proximam Maczconi de Pelow obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc LX marcas tenebitur eidem ad soluendum, et in eisdem LX marcis villam suam Grabenicz obligare habebit sub dampni caucione, et super eo Jacussius de Offczary eidem Maczconi fideiussit. — (l. s.; — soluta).

**8396.** *(15)* Nota — Wirzbanta de Malossow fideiussor pro Jaschcone Chamecz ad sex marcas ad festum Pasche proximum Zaclice de Corzekwa obligauit se soluturum sub pena XV Zaclice et iudicii (et Regali LXX). (z. p.).

**8397.** *(16)* Pena — Clemens castellanus Czechouiensis et Stanislaus Jelitco de Gosdna intercessor suus contumaces contra Jacussium de Minyn pro medietate ville Corabnyky in termino concitato. — (l. s.; — soluta).

**8398.** *(17)* (Pena) — Clemens idem eidem Jacussio penam XV (et iudicio tantum), quod medietatem ville predicte Stanislaus predictus intercessor suus iure perdidit. =Satisfactum pro pena iudicio.=

a. *(116) (Cr. IIa p. 400).* Pena — Clemens Czechouiensis penas Jacussio de Minino XV et iudicio XV pro eo, quod medietatem ville Stanislaus suus intercessor perdidit.

**8399.** *(18)* Zaclica de Corzekwa XXX marcas grossorum apud Paschonem Wangrzin de Sosnouice mutuo concessit, quas habet soluere ad diem sancti Nicolai proximum, et si non soluet, tunc LX marcas tenebitur, et in eisdem LX^ta^ marcis sibi omnimodam hereditatem Rudno obligare tenebitur, et super eo Nicolaus notarius terre et Jacussius de Offczary ipsi Paschconi fideiusserunt, et Sulca uxor eius se similiter obligauit, ut Stanecz officialis recongnouit. — (l. s.; — soluta).

**8400.** *(19)* Pena — Stanislaus Gamrath de Tczencze contumax contra dominum abbatem Tynciensem pro captiuitate IIII^or^ kmetonum et pro recepcione pecorum in silua ipsius domini abbatis in termino peremptorio *zalicem.*

a. *(119) (Cr. IIa p. 400).* Pena — Stanislaus Gamrath de Tsczenicza contumax in termino peremptorio contra abbatem Tinciensem pro equis, kmethonum percussione et capcione.

**8401.** *(20)* Nota — Swentochna uxor Johannis de Druschcow quartam partem hereditatis in Stralcone cum omni iure, dominio et pertinenciis pro V marcis Katerine vidue et Marcissio de Stralcouice vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento. — Idem Marcissius Janconem de Druscow pro nouem [marcis] per dimissionem iuramenti decisorii iure euasit.

**8402.** *(21)* Nota — Elizabeth relicta olim Pelczarin de Cracouia XXXVIII marcas grossorum in Thomassio de Medzwedz fideiussore domini Sbignei de Wlodzislaw iure obtinuit ex eo, quod idem Thomassius iurare noluit decisorie.

**8403.** *(22)* Nota — Raphael de Michow sex marcas grossorum filio Spicimiri ad diem sancti Stanislai proximam obligauit se soluturum sub pena XV Spicimiri et alia iudicii.

**8404.** *(23)* Nota — Warsch frater eiusdem Raphaelis VI½ marcas ad diem sancti Stanislai proximam et VI½ ad diem sancti Johannis Baptiste proximam filio Spicimiri Johannis obligauit se soluturum sub pena XV partis et alia iudicii ac Regali LXX.

**8405.** *(24)* Pena — Petrus Wlodconis de Charbinow contumax contra Canaan iudeum pro LXX marcis in termino concitato. — (l. s.; soluta).

**8406.** *(25)* Pena — Kmyta de Wisnice contumax contra Hancam relictam Nicolai Bethnar de Cracouia pro XLIII marcis grossorum et totidem dampni in termino curie.

a. *(145) (Cr. IIa p. 403).* Pena — Petrus Kmitha de Wisnicze contumax contra Hancam relictam Nicolai Bethner de Cracouia pro XL tribus marcis et totidem dampni in termino curie.

**8407.** *(26)* Pena — Stanislaus Jelitco de Gosdna contumax contra Jacussium de Minyn pro XL marcis dampni in termino iuramenti.

a. *(133) (Cr. IIa p. 402).* Pena — Stanislaus Jelitko contumax contra Jacussium de Minino in termino concitato; Jacussius super XL^ta^ marcis dampni iurare habuit.

**8408.** *(27)* Pena — Woytek Oczosna contumax contra Wirzchoslaum de Sedlisca pro sex marcis vnius acerui frumentorum emptorum, in termino curie.

a. *(132)* Pena — Woytko de Rudno contumax in termino curie contra Wirzchoslaum de Sedliska pro sex marcis racione acerui siliginis.

**8409.** *(28)* Nota — Jaschco de Falcow et Jaschco de Sarbe ambo de XXX marcis Wirzchoslaum de Sedlisca ad festum Pasce proximum apud Wanchniconem camerarium expedire et liberare se astrinxerunt sub dampni caucione sine iuramento. =Satisfactum est in totum= (z. p.).

**8410.** *(29) (Cr. II p. 288).* Pena — Johannes Drosd de Gorka tabernator contumax contra Nicolaum Wantropca de Strelce pro X marcis fideiussorie et totidem dampni in termino peremptorio.

**a.** *(134)* Johannes Drost thabernator de Gorka contumax in termino peremptorio contra Nicolaum Wantrobca pro X marcis et dampno fideiussorie.

**8411.** *(30)* Nota — Nicolaus de Falcow sex marcas acquisitas Jaschconi de Sarbe ad dominicam Quasimodogeniti proximam obligauit se soluturum sub pena XV Jaschconis et alia iudicii.

**8412.** *(31)* (Pena) — Wroch de Woyslauice contumax contra Prandotam de Neprzesna pro V peccoribus in termino concitato. =Satisfactum iudicio pro pena per totum.=

**a.** *(146) (Cr. IIa p. 403).* Pena — Wroch de Woyslauicze contumax contra Prandotham de Neprzesna pro quinque pecoribus in termino concitato.

**8413.** *(32)* Pena — Johannes de Chodow contumax contra Nicolaum de Olelyn pro violenta recepcione frumentorum decimalium, pro tribus marcis et pro campo, in termino concitato. — Idem Johannes eidem Nicolao ad binam quindecim pene condempnatur.

**a.** *(136) (Cr. IIa p. 402).* Pena — Johannes de Chodow contumax in termino concitato contra Nicolaum de Olelin pro decima siliginis et canapi in Chodow vioienter recepta. – Idem binum XV eidem Nicolao et iudicio tantum pro premissis.

**8414.** *(33)* (Pena) — Crzistco actor de Srocice contumax contra Nicolaum de Cosmice pro vacca =Domini indulserunt penam=

**a.** *(137)* (Pena) — Crzistko de Srocicz actor contumax contra Nicolaum de Kozmicz pro vacca. =Dominus subiudex delere mandauit.= (z. p.).

**8415.** *(34)* Pena — Przibislaus de Lancawy contumax contra Smychnam uxorem Jaroslai de Sborow pro XX marcis dotis sororis sue Angnetis in termino primo.

**a.** *(139)* Pena — Przibislaw de Lancawa contumax in termino primo contra Smichnam uxorem Jaroslai de Sborow pro XX marcis.

**8416.** *(35)* Nicolaus scoltetus de Bodzanow contumax contra Nicolaum de Falcouice pro duobus bobus et IIII^or marcis dampni, in termino concitato.

**a.** *(138)* Pena — Nicolaus scultetus de Bodzanow contumax in termino concitato contra Nicolaum de Falcouicz pro duobus bobus et quatuor marcis dampni.

**8417.** *(36)* Pena — Hedwigis de Pilcia contumax contra Leonardum de Cracouia pro VI marcis principalis et totidem dampni in termino concitato.

**a.** *(141) (Cr. IIa p. 403).* Pena — Hedwigis Othonis de Pilcia contumax in termino concitato contra Leonardum de Cracouia pro sex marcis capitalibus et sex dampni.

**8418.** *(37)* Nota — Thomassius de Medzwedz fideiussor domini Sbignei de Wlodzislaw XXXVIII marcas acquisitas Elizabeth Pelczarin ad terminos proximos obligauit se soluturum sub pena XV Elizabeth et alia iudicii.

**8419.** *(38)* Pena — Filius Johannis Spicimir iudicio XV pro eo, quod memoriale binum non soluens de iudicio discessit.

**a.** *(144)* Pena — Johannes Spiczmir penam XV iudicio, quia recessit non soluto bino memoriali.

**8420.** *(39)* Pena — Hedwigis relicta Ottonis de Pilcia penam sex scotorum contra filium Bogute, quod eum ad iuramentum admisit.

**a.** *(143)* Pena — Hedwigis Othonis de Pilcia penas Bogutha officiali sex scotorum et iudicio sex, quia ipsum ad iuramentum admisit.

**8421.** *(40)* Pena — Woytco Kmeto actor de Coszelecz contumax contra Boxam de Le-

**a.** *(131) (Cr. IIa p. 402).* Pena — Woythko Kmetho de Koszelecz actor contumax

xicz pro XI wlneribus: IIII[or] apertis et aliis linidis.

contra Boxam de Lexicz pro wlneribus XV: quatuor apertis et aliis liuidis.

**8894.** Nota — Hanca uxor Nicolai de Bolow XX marcas dotis sue in Abraham herede de Nouawess, fratre suo, iure obtinuit ex eo, quia idem Abraham in citacione litteram citacionis lacerauit et nuncium ipsius Hance percussit ac Swenchonem Rpansca officialem inuestigauit et equum sub nuncio predicto rapuit violenter, ut dictus officialis confessus est premissa sic fieri, et Clemens nuncius [est] ipsius Abrahe.

**8895.** *(Cr. II p. 316).* (Pena) — Idem Abraham ad penas XV Hance predicte (et XV iudicio ac Regalem LXX) pro premissa violencia condempnatur. =Satisfecit iudicio et pro regali.=

**8896.** Procurator — Bogufal de Czudzinouice causam suam contra Jutcam de Sbilutouice Petro de Sczecozin commisit.

**8897.** Nota — Juthca heres de Czudzinouice omnimodam partem hereditatis sue ibidem, quam Bogufal tenuit ibidem, maternam cum omni iure, dominio et pertinenciis pro XL marcis grossorum latorum Petro de Dambno vendidit et resignauit promittens in forma. — (l. s.).

**8898.** Idem Petrus mediam sexagenam memorialium dominis ad terminos proximos Cracouienses sub pena XV iudicii tenetur, et sex grossos, et iterum sex grosos. (z. p.).

**8899.** (Pena) — Paulus kmeto de Sbilutouice contumax in termino peremptorio contra Stachnam de Czudzinouicz nobilem pro malis verbis. =Satisfactum est pro pena.=

**8900.** Eadem Stachna memoriale ad terminos proximos. =Solutum.= (z. p.).

**8901.** Nota — Eidem Petro de Dambno Machna de Campice filia Dobroslai totam partem hereditatis ibidem in Czudzinouice pro XL marcis grossorum vendidit et resignauit in forma promittens. — (l. s.).

**8902.** Idem Petrus eidem Stachne sex marcas et fertonem ad festum Natiuitatis Christi et sex marcas et fertonem ad secundum festum Natiuitatis eiusdem soluere [se astrinxit] sub dampni caucione.

*Acta in Cracouia feria tercia ante diem sancti Witi termini continuati fuerunt (d. 10 Junii 1399). Alii positi ad tres septimanas proximas. (Cr. III.).*

**8903.** *(1) (Cr. III p. 19).* Nota — Veniens Wroch de Woyslauice, curiensis Andree de Luczslauice, terminum taliter cum domino subiudice disponit ita, quod idem Andreas eundem dominum subiudicem de fideiussoria debiti iudaici XL marcarum habet expedire ad terminos per terminos proximos.

**8904.** *(2)* Pena — Warssius de Michow penam Johanni Spicimiri de Cracouia medium XV et iudicio XV ac Regalem LXX pro eo, quod eidem Johanni pignora repercussit in Plassow, ut Panczek officialis recongnouit.

a. *(10) (Cr. IIa p. 471).*[1] Pena — Warssius de Michow penas Johanni Spiczimer de Cracouia XV et iudicio XV ac LXX regalem pro eo, quod eidem Johanni pignora repercussit in Plasszow, prout Panczek officialis est confessus.

**8905.** *(3)* Nota — Otto de Lancawa debitum cum usura Smoel iudeo Cracouiensi persoluat ad terminos proximos sub pena, ut prius se obligabat, iuxta litteram videlicet X marcas principalis debiti et usuram XV annorum per grossum a marca septimanatim cretam. — (l. s.; — soluta).

**8906.** *(4) (Cr. III p. 20).* Nota — Smichna de Sborow causam contra Przibconem de Lancawa reum pro X marcis dotis sue perdidit, quia capellanum in termino statuere non potuit.

---

[1]) Odpowiednie zapiskom z 10 Czerwca w księdze Cr. III zapiski znajdują się w księdze Cr. IIa pod pod datą 11 Czerwca.

**8907.** *(5)* Pena — Stanczik de Grodek penam XV Prandote de Neprzesna et XV iudicio pro eo, quod ipsum Prandotam contumaciter indebite pronuncciari fecit; idem Stanczik soluat penam Prandote ad terminos proximos sub pingnoracione iuridica.

**a.** *(11)* Pena — Stanczik de Grodek penam XV Prandothe de Neprzeszna et iudicio XV pro eo, quod Prandotham contumacem indebite pronunciauit et condempnauit.

**8908.** *(6)* Nota — Nicolaus Jaswecz de Crzischcouice XIII$^{1}/_{2}$ marcas, medietatem in grossis, infra duas septimanas proximas Gregorio de Grzegorzouice obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi XX marcas dampni, excepta *ysczina*, ad soluendum tenebitur.

**8909.** *(7)* Nota — Nicolaus de Cosmice II$^{1}/_{2}$ marcas ad festum Purificacionis sancte Marie proximum Martino de Pyassek obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi V marcas ad diem Carnispriuii proximam tenebitur ad soluendum.

**8910.** *(8)* Nota — Idem Martinus eidem Nicolao gagyum in totum excidere, dictum Wyssocagora, et pratum exsecare in Srocice dedit sub caucione dampni; idem Nicolaus eundem Martinum de contumacia [debet] expedire sub dampni caucione.

**8911.** *(9)* Pena — Paschco de Doluschice penam XV binam Wrochoni de Woyslauice et iudicio tantum ac LXX Regalem pro eo, quod pingnus metsecundus eidem Wrochoni repercussit, ut Jacobus officialis recongnouit.

**a.** *(12)* Pena — Pascho de Doluszicz penam binam XV Wrochoni de Woyslauicz et iudicio totidem ac LXX regalem pro eo, quod pignora metsecundus eidem repercussit, ut Jacobus officialis est confessus.

**8912.** *(10)* Nota — Petrus aduocatus Bochnensis Prandotham de Neprzesna actorem pro VI marcis iure euasit.

**8913.** *(11)* Littera — Zaclica de Bala litteram iudicialem super hereditate in Przibcouice ab Nicolao Briganth recepit fideiubens eidem Nicolao; si ipsum Nicolaum pro C marcis pueri Alberti infra tres annos impedierint, tunc dictus Zaclica litteram predictam ipsi Nicolao habebit restituere sub dampni caucione.

**8914.** *(12)* Nota — Swentoslaus de Adamouice XV marcas dotis ad diem Natiuitatis Christi proximam Stanislao de Pancelice genero suo obligauit se soluturum, si eas soluere non habuerit, tunc sibi sex marcas census annui ad secundam diem sancti Martini proximam dare et indicare habebit sub dampni caucione nulla obligacione euadendo, et predictas pecunias habet perluere, quam primum de aliqua obligacione exemptus fuerit. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**8915.** *(13)* Nota — Mathias de Czyanouice et Katerina, relicta ibidem Thome, talem contractum inter se fecerunt ita, quód eadem Katerina in sede viduali in tota parte hereditatis dicti ibidem habet sedere tamdiu, donec ad secunda vota matrimonii conuolaret, et cum matrimonium contraxerit, tunc dicto Mathie pueros, quos cum Thoma habuit, in tutelam habebit dimittere cum parte hereditatis ibidem, excepto hoc, quod eadem Katherina mansum unum (ex)emptum circa Symconem ibidem in X marcis dotis debebit tenere tamdiu, donec dicti pueri sibi X marcas dotis persoluerit; eadem Katherina contenta est de X marcis dotis sue. — (l. s.).

**8916.** *(14) (Cr. III p. 21).* Nota — Margareta uxor Lorconis de Libertow Doroteam de Raczechouice pro gagyo in Cunyce litteris iudicialibus iure euasit.

**8917.** *(15)* Nota — Wirzchoslaus de Cotow dominam Katerinam Oczosnyna de Rudno in I$^{1}/_{2}$ marca inpignorare habet.

**8918.** *(16)* Pena — Martinus kmeto de Wlostouice contumax in termino primo contra Jaschconem de Sucharaba pro capite sui familiaris.

**a.** *(13)* Pena — Martinus kmetho de Wlostouicze contumax in termino primo contra Jaschconem de Sucharaba pro capite sui familiaris.

**8919.** *(17)* Pena — Clemens de Lappanow contumax in termino concitato contra

**a.** *(14)* Pena — Clemens de Lappanow contumax in termino concitato contra Petrum

Petrum Spicimir pro XII marcis; Boguta iniuenis Stanecz terminum concitatum recongnouit.

Spiczmir pro XII marcis; Stanecz concitacionem est confessus.

**8920.** *(18)* (P e n a) — Bogun de Parce contumax in termino concitato contra Woytconem ibidem pro XII marcis. =Iudicium pepercit penam per totum.=

**a.** *(15)* P e n a — Bogun de Parcz contumax in termino concitato contra Woytconem de ibidem pro XII marcis.

**8921.** *(19)* (P e n a) — Idem Bogun et Swanch contumaces contra fideiussores de Chechel pro C marcis in termino concitato. =Iudicium pepercit penam per totum.=

**a.** *(16)* P e n a — Idem Bogun et Swanch contumaces contra fideiussores de Chechel pro C marcis in termino concitato.

**8922.** *(20)* P e n a — Chebda de Trope contumax in termino primo contra Smerlinum iudeum pro fideiussoria debiti et usura, que litteris poterit indicari.

**a.** *(17)* P e n a — Chebda de Troppe contumax in termino primo contra Smerlonem iudeum pro fideiussoria debiti et usura, quam litteris docebit.

**8923.** *(21)* P e n a — Pelca de Czaple contumax in termino concitato contra Andream de Grzegorzouice pro IIII^or marcis et pro eo, quod eundem Andream contumacem debite fecit pronunciari.

**a.** *(18)* P e n a — Pelca de Czaple contumax in termino concitato contra Andream de Grzegorzouicz pro quatuor marcis et quod eundem Andream indebite contumacem fecit et condempnauit.

**8924.** *(22)* P e n a — Thomek de Radwanouice contumax in termino primo contra Marcissium ibidem pro tribus *nywy* violenter peraratis ibidem.

**a.** *(19)* P e n a — Thomek de Radwanouicz contumax in termino primo contra Marcussium de ibidem pro tribus *niwi* violenter aratis.

**8925.** *(23)* N o t a — Fideiussoribus de Chechel Bogunonis et Swanchonis de Parce data est intromissio tocius hereditatis ibidem in Parce ipsorum Bogunonis et Swanchonis in C marcis fideiussorie acquisitis recipiendum et habendum. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

*Acta Cracouie feria tercia ante diem sancti Viti (d. 10 Junii 1399). Termini continuantur ipso die octaue Johannis Baptiste. (Cr. IIa).*

**8926.** *(23) (Cr. IIa p. 466).* Imram iunior cum Imram seniore de Czulicz (terminum, et ipsius) et Nicolao de Czirnechow, Sethegio de ibidem, Jacubo de Czulicz et Petro et aliis terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Michaelis pro omnibus causis ad concordandum.

**8927.** *(30) (Cr. IIa p. 467).* T e s t e s — Sdzech kmetho de Przeswodi ducit testes contra Peregrinum de Woyenanouicz: Nicolaus Nizek kmetho de Bobino, Marcus de ibidem, Masszek de Lexicz, Abraham thabernator de ibidem, Pauel de ibidem, Laurencius de Stanislauicze; — [R o t a]: *Jaco dom nebÿl panskÿ, ale gÿ kupÿl u swego namyastka;* terminus ad terminos (proximos) secundos in P r o s s z o u i c z e. (z. p.).

**8928.** *(38)* R e m i s s i o — Jacussius de Czusszow constituet Beatam uxorem suam contra Dziuissium de Przeczslauicze, si non constituet, tunc pro ea fideiubebit, terminus ad terminos proximos in P r o s s z o u i c z.

**8929.** *(39) (Cr. IIa p. 468).* C a^us — Johannes Pyorco de Crziszcouicz confessus est Johanni vicario de Gorzcow in vigilia terminorum contra Andream de Grzegorzouicze, terminus ad terminos proximos pro intromissione violenta in medium kmethonis (s) in Vlina.

**8930.** *(40)* Petrus rector medie partis ecclesie de sancto Jacobo in Kazimiria cum Abraham de Szdzislauicz terminum habent ad terminos proximos, idem personaliter conparebit nulla dilacione interueniente et fideiubebit pecunias.

**8931.** *(51)* Procurator — Swanchna relicta Bernardi, Kathussza Barthconis, Swanchna Andriconis, kmethonum de Michalouicz, constituerunt suum procuratorem Mathiam de (Wilczco uicze) Jurzicouicze contra Leonardum de Wilczcouicze in omnem euentum.

**8932.** *(52) (Cr. IIa p. 469).* Littera — Jacussius et Theodricus de Kozmicz litteram Burgrabii de Mislimicze habent ponere contra Thomconem de Srzanczicz, quod coram eo in Mislimicze habuerunt pro maiori videlicet pro XX marcis, terminus ad terminos proximos.

**8933.** *(56)* Iuramentum — Jacussius de Przisszowa constituet Sobconem plebanum de Lossossina et Miroslaum kmethonem de ibidem contra Petrassium de Dambno, qui iurabunt super hoc, quod ipse Jacussius propter impedimentum aquarum et inundacionem non potuit termino parere; terminus ad terminos proximos. (z. p)

**8934.** *(69) (Cr. IIa p. 470).* Testes — Stassek et Martinus de Bandcouicz ducunt testes contra Jaschonem de ibidem: Simco Barthconis de Dulowa, Petrassius Johannis conpater spiritualis de Bandcouicz, Allexander de ibidem, Nicolaus Maczeycouicz conpater spiritualis de ibidem, Sandco de Sczodrcouicz, Wenceslaus Polak de Pankouicz; — [Rota]: *Jaco wemi, ez oth XXX lat býli wdzerzhenýu dzedzini, a nikth gich onýa nýegabal;* terminus ad terminos proximos.

**CCXCV. Uwaga.** *(1)* Jascho de Buczina cum testib. contra Nicol. de Wilkouisko conparebit, term. peremp. — *(2)* Halsca relicta Nicol. de Cracosszouicz cum Joh. palat. Lancic. term. peremp. — *(3)* Nicol. de Plaza cum Pasc. de Bolanczino term. peremp. — *(4)* Ofca de Pyasski actor confessa capell. contra Swantochnam Johannis de Chodow, term. (z. p.). — *(5)* Petr. rector medie partis eccl. de s. Jacobo in Kazimir. cum Niclossone ciue ibid. term. secund. pro priuilegio molendini et XXX mar. damp. — *(6)* Nicol. de Mothchouicz cum Joh. de Chodow term. peremp. ad concord. uel idem faciend. — *(7)* Mich. de Grabye cum Andr. de Michalczowa term. peremp. ad concord. uel idem faciend. — *(8)* Mich. de Grabye cum Jasc. de Grzibowa term. peremp. — *(9)* Chaschel cum Swantochna Johannis de Chodow term. peremp. post Jacobi eo iure, quo hodie habuerunt, pro omn. dilacionibus. — *(10)* Jacub de Chrobrza confessus (capell.) contra Jasc. de Raszcow, term. (z. p). — *(11)* Mirosl. de Sedliska conparebit cum testib. contra Jasc. de Koberzisko, term. — *(12)* Szmerl cum Petrass. Kmitha de Wisznicze term. peremp. ad term. ante Mich. — *(13)* Szmerl litt. ponet contra Stanisl. aduocat. Bochnens. super debito, term. — *(14)* Derszco de Thassicz cum Stano de Lednicza term. peremp. — *(15)* Joh. Spiczmir de Crac. cum Wlodc. de Koszczelecz term. peremp. — *(16)* Drobni cum Stanisl. de Climontow, idem cum eisdem capell conparebit, term. — *(17)* Margar. Clementis de Bandcouicz cum Petrass. de Stbyl (s) term. secund. pro X mar. dotis. — *(18)* Imram iunior de Czulicz cum Leonardo de Gawlow term. peremp. — *(19)* Spitko de Wola cum Andr. de Zagorzicze term. secund. pro prearac. gadium CXX lirarum. — *(20)* Clem. Czechov. cum Stanisl. Jelitko de Gosdna term. peremp. ad coll. — *(21)* Halsca Stephani de Tsczicza et Stanisl. kmeto ibid. iurament facient contra Iwon. procurator., quod vera infirmit. fuerunt infirmi, term. — *(22)* Kachna Jacussii de Kossoczicz cum Jasc. ibid. term. secund. pro XX mar. maternalib. et X mar. damp. — *(24)* Woytko de Biscupicze molendinat. cum Jasc. de Koczonow term. peremp. — *(25)* Feter cum Pelca de Czaple term. peremp. nulla dilac. interueniente, nisi propr infirmit. — *(26)* Woytko de Parcz cum Petroborg term. peremp. — *(27)* Margar. relicta Sandomiriensis cum testib. contra Stanisl, Swanthosl. et Swanthosl. alium de Modlnicza, term. (z. p.). — *(28)* Joh. kmetho de Xangnicz cum Jasc et Stanisl. kmetonib. de Bibicz term. secund pro 3 mar. fideiussor. — *(29)* Prepos. Swerzinciens. cum prepos. Scarbimir. term. peremp. post Mich. — *(31)* Joh. Pyorco de Crziszcouicz confessus capell, term. (z p.) — *(32)* Kather. relicta Przibconis de Irzanz cum Stanisl. de Raciborsko term. secund. post intercessionem. — *(33)* Joh. et Adam de Mocrsko cum Stanisl. Jelitko de Gosdna term. peremp. ad term. colloquii. — *(34)* Greg. de Grzegorzouicze cum Rosl. de Woyslauicz term. peremp. — *(35)* Wroch de Woyslauicze cum Petrass. de Dambno

term. peremp. (z. p.). — *(36)* Derszco Karwaczian de Janouicze cum Petrass, Wiszc. et Nicol. de Jelouicz term. peremp. ad term. secund. — *(37)* Wlodco de Kosczelecz cum Joh. Szaffranecz canonico Crac. term. peremp. post fest. s. Marie ad concordand. uel idem faciend. — *(41)* Petr. rector medie partis eccl. de s. Jacobo in Kazimir. cum Nicol. de Odunow term. peremp. — *(42)* Osman cum Kather. relicta Hanc. de Chelm term. peremp. — *(43)* Clem. de Zarogow cum Mart. ibid. term. peremp. — *(44)* Barthol. de Marchoczicz cum Mart. de Modlnicza term. peremp. post Jacobi. — *(45)* Clem. de Zarogow cum Przedborio et Clichna uxore eius de Lowina term. peremp. (z. p.). — *(46)* Petr. de Bancouicz cum Petro Ognyouicz ibid. term. peremp. — *(47)* Wiszco de Czudzinouicz cum Petro de Dambno term. peremp. ad coll. — *(48)* Leonard. de Wilczcouicz cum prepos. Mechov. et (kmethonib.) mulieribus ipsius de Michalouicze term. peremp. — *(49)* Prepositus Mechov. et thabernator cum Leonardo de Wilczcouicze term. peremp. — *(50)* Greg. institor de Crac. cum Msczugio de Kozlow term. peremp. — *(53)* Nicol. de Policarczicz cum Nicol. de ibid. term. peremp. ad concord. uel idem faciend. (z. p.). — *(54)* Stachna relicta Andree de Radwanouicz cum Marcuss. ibid. term. peremp. — *(55)* Jascho Olthmanouicz de Bandcouicz cum Laur. Wroblicouicz ibid. term. peremp. post Mich. — *(57)* Petrass. de Dambno cum Sbiszc. de Przisszowa term. peremp. pro II mar. et totid. damp. — *(58)* Prand. de Sanspow cum Nicol. de Dulowa term. peremp.; fuit visio. — *(59)* Nicol. de Bandcouicz cum Boguchna Laur. ibid. term. peremp. ad concord. sub vadio XX marc. — *(60)* Nicol. kmetho de Belani cum Sobc. ibid. term. peremp, et cum uxore sua et filia. — *(61)* Mogo cum Joh. de Zacliczino term. peremp. concit. — *(62)* Dorot. de Raczechouicz cum Hanca de Kunicz term. ad vidend. pro prato; Petr. officialis. — *(63)* Thomek de Wolwram cum Benic. de Thopola term. peremp. — *(64)* Abraham de Woycowkosczyol cum Marciss. de Grabouich term. peremp. ad term. secund. — *(65)* Nastka de Ulina et Dorot. eius filia confesse capell. contra Petrass. de Ulina, term. (z. p.). — *(66)* Petrass. de Ulina cum Nicol. Dzaniczka kmet. de Ulina term, peremp. (z. p.). — *(67)* Wencesl. de Marcinouicz cum Andr. de Sczodrcouicz term. peremp. — *(68)* Steph. de Bandcouicz Sandzicz confessus capell. contra Nicol. de Bandcouicz, term. (z. p.). = Wszystkich zapisek z 10 Czerwca w księdze Cr. III 69. =

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 11 Junii 1399). (Cr. III.).*

**8935.** *(1) (Cr. III p. 21).* Nota — Prandota de Neprzesna cum Jaschcone brun de Proschouice talem contractum inter se fecerunt, ita quod idem Jaschco villam Chomantow pacifice, ut est sibi obligata, debet ad plenam exempcionem possidere, et cum ipsam villam idem Prandota exemerit, tunc post exempcionem huiusmodi ipsum Jaschconem pro quoquam racione dicte ville non habebit impedire, — que villa in districtu Sandomiriensi consistit.

**8936.** *(2) (Cr. III p. 22).* Nota — Johannes de Chodow et Swentochna uxor eius Marcissium, Petrassium et Offcam de Pyassek pro centum marcis iure euaserunt, quia litteram habentes reponere — non reposuerunt.

**8937.** *(3)* Nota — Crzeslao plebano de paruo Xansch data est intromissio frumentorum omnium seminatorum anni presentis Petri Gnadouicz kmetonis ibidem in paruo Xansch racione penarum iudicialium et ipsius Crzeslai recipiendum, ac in penis Regalibus.

**8938.** *(4)* Nota — Jacobus et Machna uxor eius de Swossouice omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem pro XV marcis Petro plebano sancti Jacobi de Kazimiria vendiderunt et resignarunt promittentes in forma. — (l. s.; — soluta).

**8939.** *(5)* Eandem partem hereditatis Petrassius de ibidem arrestauit et iudicium decreuit per ipsum Petrassium XV marcas predictas dicto plebano ad festum Natiuitatis Christi proximum restitui et hereditatem iure proximitatis recipi; si non restituerit, tunc ipsam hereditatem in perpetuum perdere habebit.

**8940.** *(6)* Nota — Johannes de Sczecocziny et Msczugius de Jancouice talem ordinem perpetuum inter se fecerunt, ita videlicet, quod quando cum pascua ipsorum in Kazimirza consistencia erunt in *vgory*, tunc ambo hincinde habent pascere pro utraque parte in ipsis, et quando in seminacione frumentorum fuerint, tunc quilibet ipsorum cum suo pascuo disponat iuxta voluntatem suam.

**8941.** *(7)* Prandota de Neprzesna XX marcas dampni in Stancicone de Grodek iaramento acquisiuit.

**8942.** *(8)* Nota — Andreas frater eiusdem Stanciconis eidem Prandote dictas pecunias videlicet per duas marcas ad terminos quoslibet sub penis XV Prandote et iudicii ac Regali fideiussit soluere, quas penas tunc, quociens non soluerit, tociens incurrere habebit.

**8943.** *(9)* Petrus plebanus sancti Jacobi de Kazimiria, Nicolaus et Andreas de Kyany actores partem hereditatis Jaroslawe in Plechow in Symone plebano de Gorzcow, in Stanislao, in Nicolao et in matre ipsorum ibidem reis in Plechow (actoribus) iure proximitatis obtinuerunt, quia predicti Symon, Stanislaus et Nicolaus testem sextum, alium quam nominatum produxerunt; — et proximitatem non probauerunt.

**8944.** *(10) (Cr. III p. 23).* Nota — Wissek de Czudzinouice Elizabeth relictam Bartossy ibidem actricem, pro quo citabat eundem per *fstecz* rei iudicate et per recongnicionem domini Cracouiensis iure euasit pro XII marcis in cista receptis, pro IIII^or^ peccoribus, pro LX mensuris frumentorum siliginis et IIII^or^ tritici et pro sede viduali. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**8945.** *(11)* Pena — Eadem relicta penam sex scotorum pro *fstecz* huiusmodi et ipsi Vissconi similiter.

**8946.** *(12)* Pena — Symon plebanus de Gorzcow, Stanislaus et Nicolaus de Plechow penam XV Petro, Nicolao et Andree de Kyany et iudicio XV ac Regalem LXX pro eo, quod falsum testem contra eosdem Petrum, Nicolaum et Andream, non nominatum, produxerunt. =Dominus Michael iudex indulsit penam; — dominus Michael indulsit penas has delere.= (z. p.).

a. *(20) (Cr. IIa p. 471).* Simon plebanus de Gorzkow (penas), Stanislaus et Nicolaus de Plechow penas Petro, Nicolao et Andree de Kyani XV, iudicio XV et LXX regalem. (z. p.).

**8947.** *(13)* Pena — Swenchowa de Kazimiria actrix contumax contra dominum *Pothcone* pro II$^1/_2$ marcis et aliis debitis.

a. *(21)* Pena — Swanchowa de Kazimiria actrix contumax contra Thomconem de Zamboczin pro II$^1/_2$ marcis.

**8948.** *(14)* Pena — Jaschco Picek de Radziczow contumax in termino primo contra Katherinam relictam Hanconis de Chelm pro intromissione in tenutam ipsius.

a. *(22)* Pena — Jascho de Radziczow contumax in termino primo contra Katherinam relictam Hanconis de Chelm pro intromissione in tenutam ipsius.

**8949.** *(15)* Nota — Jaschco de Falcow Wanchconem camerarium de LX marcis ad terminos proximos debet expedire, si non expedierit, tunc sibi bona hereditaria sua dare habebit mobilia et immobilia. (z. p.).

**8950.** *(16)* Pena — Jaschco de Sarbe condempnatur ad L marcas et ad penam XV Wirzchoslao de Sedlisca et iudicio XV pro eo, quod non soluit eidem Wirzchoslao LX marcas principalis. (z. p.).

**8951.** *(17)* Nota — Prandota de Neprzesna veniens recongnouit, quod sibi Stanislaus de Corithnycza omne [debitum] et penas, quas eidem in iudicio Wisliciensi incurrebat et tenebatur, in totum iam persoluit, eundemque Stanislaum dimisit solutum ab eisdem penis et debito.

**8952.** *(18)* Nota — Albertus Oczosna et Kachna uxor eius legitima heredes de Paschcowca omnimodam villam eorum Rudnyky, in terra Welunensi sitam, cum omni iure, dominio et pertinenciis in XXX marcis grossorum Pragensium Stanislao et Cristconi de Rudzsco obligarunt tenendum in forma, taliter si aliquis ipsos Stanislaum et Cristconem de ipsa deprimeret, tunc sibi Albertus et Kachna post depressionem huiusmodi dictas XXX marcas infra IIII^or^ septimanas proximas eisdem Stanislao et Cristconi restituere et soluere tenebuntur, et si restituere non poterint, tunc ipsis Stanislao et Cristconi sex marcas census in villa Paschcowca predicta obligare habebunt tenendum in dictis XXX marcis et alias de dampno et impedimento cauendo, de premissis nulla re, causa et prescripcione ipsos euadendo.

*[Cracouie]. Feria quarta (d. 11 Junii 1399). (Cr. IIa)* [1]).

**8953.** *(1) (Cr. IIa p. 470).* Ad colloquium — Abbas Tinciensis cum Stanislao Gamrath de Dzsdzenicza terminum peremptorium habent ad colloquium proximum pro graniciebus, pro equo, duobus bobus, pro palis et securibus. (z. p.).

**8954.** *(2)* Ad colloquium — Nicolaus de Zagorze cum Abraham de Woycowkosczyol terminum peremptorium habent ad colloquium proximum pro debito iudaico.

**8955.** *(3)* Ad colloquium — Wirzchoslaus de Sedliska cum Msczugio de Kozlow terminum peremptorium habent ad terminos colloquii proximi; Msczugius personaliter conparebit et respondebit, alias in causa succumbet

**8956.** *(4)* Iuramentum — Petrus rector medie partis Ecclesie ad sanctum Jacobum in Kazimiria iuramentum faciet contra Simonem rectorem Ecclesie in Gorzkow super XL marcis dampni facti in hereditate in Gorzkow.

**8957.** *(5)* Pena — Simon rector Ecclesie in Gorzkow penas Petro rectori Ecclesie de sancto Jacobo XV et iudicio XV ac LXX regalem, quia (in hereditate) testes false producebat. (z. p.).

**8958.** *(6)* Pena — Elizabeth uxor Barthossy penas quatuor VI scotorum. = Iudicium presidens indulsit. = (z. p.).

**8959.** *(7) (Cr. IIa p. 471).* Pena — Jascho Piczek de Radziczow contumax in termino primo contra Katherinam relictam Hanconis de Chelm pro intromissione in tenutam ipsius in Wola.

**8960.** *(8)* Pena — Johannes de Chodow contumax in termino secundo concitato contra Katherinam relictam Hanconis de Chelm, quia pecunias sibi fideiubere debuit, ideo eidem Katherine XV, iudicio XV, (ac LXX regalem).

**8961.** *(9)* Nota — Simon rector Ecclesie de Gorzcow obligauit se Petro rectori medie partis Ecclesie de sancto Jacobo in Kazimiria ad terminos secundos (sub pena) [soluere] penam XV sub penis eidem Petro XV et iudicio XV ac LXX regali.

*Acta in Proschouice feria tercia [quinta?]* [2]) *proxima ante diem sancti Witi termini continuati fuerunt (d. 12 Junii 1399). Alii positi sunt ad tres septimanas proximas.*

**8962.** *(Cr. II p. 316).* Pena — Jacobus de Czudzinouice penam Petro de Dambno et iudicio XV pro eo, quod eundem Petrum indebite citando (s) dans sibi terminum ad terminum. = Satisfactum est. = (z. p.).

**8963.** Pena — Nicolaus ibidem eandem penam eidem Petro soluere fideiussit ad terminos proximos sub pena XV Petri et iudicii.

---

[1]) Zapiski z 11 Czerwca w księdze Cr. IIa odpowiadają zapiskom z 10 i 11 Czerwca w księdze Cr. III.

[2]) Poprawkę daty dnia uskuteczniamy ze względu na bezpośrednio poprzedzające roki krakowskie.

**8964.** *(Cr. II p. 317).* Nota — Machna uxor Dobeslai de Czudzinouice omnimodam partem hereditatis maternam in Maczeyczouice pro sex grossorum marcis Nicolao Jezoro ibidem vendidit et resignauit in forma promittens pro dampno et impedimento.

**8965.** Nota — Andreas Nemsta, eximens a iurisdicione Stanam kmetonissam suam de Czussow contra Jacussium ibidem, litteris regalibus domini Wladislai regis docuit ius theutunicum super parte hereditatis sue ibidem in Czussow obtinere.

**8966.** Nota — Imramus senior de Czulicze in Paschcone de Zydow XXX marcas fideiussorie iure obtinuit eiusdem fassione, pro Imramo iuueni ibidem. =Satisfactum est.= (z. p.).

**8967.** Pena — Idem Paschco penam sex scotorum Imramo (et iudicio) pro dicta fassione. =Satisfactum iudicio.= (z. p.)

**8968.** Nota — Idem Paschco eidem Imramo seniori dictas XXX marcas ad terminos proximos obligauit se soluturum sub pena XV Imrami et iudicii, ac Regali. =Satisfactum est.= (z. p.).

**8969.** (Pena) — Abraham de Nouawessz contumax in termino concitato contra Ancam uxorem Nicolai Legati de Bolow pro XX marcis dotis et pro pena XV. =Satisfecit iudicio.=

**8970.** Pena — Johannes de Nouawess contumax in termino secundo contra Ancam uxorem Nicolai Legath de Bolow pro XX marcis dotis.

**8971.** Nota — Andreas Nemsta et Jacussius de Czussow tres fertones memorialis iudicio in Xansch ad terminos proximos sub pena XV quilibet. (z. p.).

**8972.** Pena — Jaschco de Woyslauice contumax in termino secundo contra Nicolaum Jezoro de Maczeycouice pro IIII^or marcis.

*Acta in Cracouia feria tercia in octaua sancti Johannis Baptiste termini continuati fuerunt (d. 1 Julii 1399). Alii positi sunt ad XIIII^or dies. (Cr. III.)* [1]).

**8973.** *(1) (Cr. III p. 24).* Nota — Jaschco et Michna uxor eius, ambo in solidum manu coniuncta, heredes de Wynary XV marcas grossorum ad diem sancti (Michaelis) Martini proximam domino Johanni Liganza palatino Lanciciensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi omnimodam partem hereditatis ipsorum in Mocrzesca et in Sczepanow in XXX marcis grossorum dare et obligare tenebuntur sub dampni cuiuslibet caucione; et si quis eundem dominum palatinum in dicta obligacione hereditatis impedierit, tunc ipsum dominum palatinum iidem Jaschco et Michna ab huiusmodi impedimento releuare habebunt sub dampni caucione.

**8974.** *(2)* Nota — Hanca filia Jaschconis de Gnatouice omnimodam partem hereditatis sue paternam ibidem in Gnatouice domino Johanni castellano Cracouiensi pro LX marcis grossorum vendidit et resignauit, promittens pro dampno et impedimento.

**8975.** *(3)* Pena — Stanislaus de Galow contumax cum duobus capellanis contra Drobny iudeum Cracouiensem pro debito et pro usura, que litteris poterit indicari.

**a.** *(132)* Pena — Stanislaus de Galow contumax cum duobus capellanis contra Drobni iudeum de Cracouia pro debito et usura, que litteris docere potest.

**8976.** *(4)* Nota — Jaschco de Sarbe et Jaschco de Falcow, ambo manu coniuncta, decem marcas grossorum ad diem sancti Michaelis proximam Danieli ciui Cracouiensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi octaua die post diem predictam sancti Michaelis XX marcas grossorum tenebuntur ad soluendum sub dampni cuiuslibet caucione.

---

[1]) W księdze Cr. IIa wciągnięte są zapiski, odpowiednie zapiskom z 1 Lipca w księdze Cr. III, pod datą 8 Lipca.

**8977.** *(5)* Nota — Andreas et Swanssek de Stanislauice omnimodam partem ipsorum hereditatis ibidem pro LX$^{ta}$ marcis grossorum Stanislao de Corzenna vendiderunt et resignarunt promittentes etc. — (l. s.; — soluit IIII [grossos])

**8978.** *(6)* Nota — Imramus castellanus Zauichostiensis XL marcas grossorum ad diem sancti Martini proximam Johanni Vrienth ciui Cracouiensi obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc idem Johannes LXXX boues pignoris apud ipsum Imramum habebit recipere sub dampni caucione.

**8979.** *(7) (Cr. III p. 25).* Elizabeth relicta Nicolai de Crussyna actrix dominum Johannem Liganza palatinum Lanciciensem pro villa Swidowca de terminis liberum dimisit, pro qua ipsum citabat.

**8980.** *(8)* Pena — Stephanus de Tsczicza penam sex scotorum pro eo, quod Wirzchoslaum in causa impediuit.

**a.** *(133)* Pena Stephanus de Tsczicza penam VI scotorum pro eo, quod Wirzchoslaum in causa impediuit.

**8981.** *(9)* Nota — Jaschco de Raszcow a via currente de Charznicza uersus Tsczyczam heredi ibidem in Charznicza, videlicet Nicolao, recessit ex eo, quod heres ibidem de (Charznicza) Tsczycza, obligator hereditatis, ipsum Jaschconem noluit intercedere. — (l. s.; — soluit M[ichaeli]).

**8982.** *(10)* Jaschco de Sarbe IIII$^{o\prime}$ [marcas] et XIIII$^{or}$ scotos ad diem sancti Michaelis proximam Petro Spicimir obligauit se soluturum sub dampni caucione.

**8983.** *(11)* Eidem Jaschconi Nicolaus de Falcow dictas IIII$^{o}$ marcas et XIIII$^{or}$ scotos obligauit se soluturum similiter sub dampni caucione.

**8984.** *(12)* Adam de Janicouice veniens recongnouit, quod Clemens de Nassanchouice super obligacione ibidem in Janicouice hereditatis L$^{ta}$ marcas habere dinoscitur.

**8985.** *(13)* Jacussius et Theodricus de Cosmicz fideiussores pro Nicolao ibidem III$^{1}/_{2}$ marcas ad diem sancti Michaelis proximam Thomconi de Srzancice obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi octaua die post autumpnum VII marcas tenebuntur ad soluendum. — Idem Nicolaus eisdem fideiussoribus suis se similiter submisit.

**8986.** *(14)* Petrassius *balÿ* de Przibislauice veniens recongnouit, quod sibi Adam Gorcicza debiti fideiussorie Wanceslai camerarii IIII$^{or}$ marcas iam persoluit.

**8987.** *(15)* Bartolomeus debitor principalis et Johannes fideiussor suus de Wilczcouice II$^{1}/_{2}$ marcas ad diem sancti Jacobi proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc tres marcas tenebuntur eidem, et ab eisdem tribus marcis ultra usuram per grossum a marca septimanatim habebunt sibi soluere. — (l. s.).

**8988.** *(16)* Cristco de Sadowe in Nicolao Curta XV marcas debiti fideiussorie iuramento obtinuit, quia iurauit se duos kmethones proprios et non obligatos in eisdem XV marcis pro debito dedisse. — (l. s.; — soluta).

**8989.** *(17) (Cr. III p. 26).* Nota — Johannes Habpicz de Sprowa et Nicolaus de Knyschina ambo manu coniuncta XXIIII$^{or}$ marcas grossorum nulla pecunia euadendo pro spadone empto infra duas septimanas proximas post diem sancti Michaelis Danieli ciui Cracouiensi obligarunt se soluturos sub dampni caucione.

**8990.** *(18)* Pena — Petrus de Banthcouice contumax in termino peremptorio contra Petrum ibidem pro V wlneribus apertis

**a.** *(134) (Cr. IIa p. 482).* Pena — Petrus de Bandcouicze contumax in termino peremptorio contra Petrum de ibidem pro V wlneribus apertis.

**8991.** *(19)* Pena — Pelca de Czaple contumax in termino peremptorio contra Cussillonem iudeum pro debito et usura, que litteris poterit indicari.

**a.** *(135)* Pena — Pelca de Czaple contumax in termino peremptorio contra Cussielem iudeum pro debito et usura, que litteris doceri potest.

**8992.** *(20)* Nota — Thomek de Zambocin Adam de Berwald et Kachnam uxorem eius pro CC marcis dotis et pro littera dotalicii iuramento euasit,ut Stanislaus Boguta officialis iurare ipsum Thomconem vidisse recongnouit.

**8993.** *(21)* Pena — Nicolaus de Caczcouice actor contumax contra Gertrudim de Czudzinouice pro impeticione XXX marcarum dotalicii et pro pueri tutela.

**a.** *(136)* Pena — Nicolaus de Caczcouicze actor contumax contra Gertrudim de Czudzinouicze pro impeticione XXX marcarum dotalicii, pro tutela pueri.

**8994.** *(22)* Pena — Nicolaus Mruk contumax contra Michalconem de Grabe pro III½ marcis et dampno in termino concitato.

**a.** *(137)* Pena — Nicolaus Mruk contumax contra Michalconem de Grabye pro III½ marcis et dampno in termino concitato.

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 2 Julii 1399). (Cr. III.)* [1]).

**8995.** *(1)* Nota — Hosmanus iudeus Cracouiensis veniens recongnouit, quod sibi Jaschco de Barczcow totum debitum Warcislai fideiussoris iam persoluit, quitauitque eundem; et a littera, si quam et quas contra eum recepit, aut haberet, — recessit.

**8996.** *(2)* Nota — Dobeslaum de Paulouice cum Jacussio de Bolescice iudicium in causam restituerunt, et hoc, quod Jacussius idem per capellanum in Xansch volebat lucrari, est anulatum; et Nemsta liber est fideiussoria CXX videlicet marcarum.

**8997.** *(3)* Iidem Jacussius actor et Dobeslaus reus terminum habent ad colloquium proximum pro duplici fideiussoria, videlicet pro duplici sexaginta marcis. (z. p.).

**8998.** *(4)* Petrus de Bolescice cum Dobeslao de Paulouice terminum ad colloquium proximum habent pro LX marcis fideiussorie et pro LX marcis dampni. (z. p.).

**8999.** *(5)* Nota — Abraham de Sdzislauice XI marcas et unum fertonem ad diem sancti Egidii proximam Petro plebano sancti Jacobi de Kazimiria obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi omne dampnum habendum occasione premissorum refundere hebebit.

**9000.** *(6) (Cr. III p. 27).* Nota — Iudicium decreuit, quod Mathias de Jurzicouice cingulum suum a Drobny iudeo infra duas septimanas proximas habet eximere, si non exemerit, tunc ipsum perdere habebit, qui cingulus in duabus marcis est obligatus.

**9001.** *(7)* Pena — Hanca soror Widzdze de Przelank penam XV Peczoni et iudicio XV pro eo, quod eum pro sentencia indebite appellauit.

**a.** *(138) (Cr. IIa p. 482).* Pena — Hanca (uxor) soror Widzdze de Przelank penam Peczoni XV et iudicio XV, quod ipsum pro sentencia indebite appellauit.

**9002.** *(8)* Nota — Nicolaus de Banthcouice in Stephano et in Machna uxore eius ibidem iure obtinuit, quod ipsi ex opposito sui tabernam non habebunt propinare.

**9003.** *(9)* Eadem Machna eidem Nicolao I½ marcam ad diem sancti Michaelis proximam obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi duas marcas tenebitur.

**9004.** *(10)* Nota — Hancam de Przelank et Widzgam eius procuratorem pro duabus marcis [Pecz?] iure euasit.

**9005.** *(11)* Pena — Jaschconi de Rascow Woytek de Przechody penam sex scotorum binam pro *fstecz* et pro kmethone, et iudicio tantum.

**a.** *(139)* Pena — Jaschoni de Raszcow Woytek de Przechodi VI scotorum binum pro *wstecz*, pro kmethone, et iudicio totidem.

**9006.** *(12)* Pena — Idem Woytek penam XV contra eundem Johannem pro eo, quod sibi dixit: non iuste terminum fecisti scribere.

**a.** *(140)* Pena — Idem Woytek penam XV contra eundem Jaschonem pro eo, quod sibi dixit: non iuste terminum fecisti scribere.

---

[1]) W księdze Cr. IIa. wciągnięte są zapiski, odpowiednie zapiskom z 2 Lipca w księdze Cr. III, pod datą 8 Lipca.

**9007.** *(13)* Nota — Idem Jaszco eundem Woytconem pro XL marcis iure pro *fstecz* euasit.

**9008.** *(14)* Nota — Idem Woytek eidem Jaschconi III½ marcas penarum (ad terminos proximos) obligauit se soluturum sub pena XV Jaschconis et alia iudicii, videlicet duas marcas ad terminos proximos et I½ marcam ad alios terminos sequentes.

**9009.** *(15)* Pena — Thomek de Knyschina contumax in termino peremptorio contra Stiborium de Drwen pro XX marcis et toti dem dampni.

**a.** *(141)* Pena — Thomco de Knisszin contumax in termino peremptorio contra Stiborium de Drwyena pro XX marcis et dampno. =Satisfecit iudicio.= (z. p.).

**9010.** *(16)* Nota — Przedborius de Lowyna Clementem de Zarogow pro parte hereditatis in Zarogow et pro X marcis dampni [euasit], quia de iudicio idem Clemens recessit.

**9011.** *(17)* Hanca uxor Clementis de Zebrzidouice pro marito promisit de C marcis fideiussorie, videlicet de LXXX [marcis], ad diem Purificacionis sancte [Marie] et [de] XX ad diem sancti Johannis Thomam de Palczeuice, Miroslaum de Nescouice, Janussium de Macociee et Michaelem de Binczin liberare, fideiussores ipsius Clementis; si non liberauerit quociens, tunc iidem fideiussores possunt bona hereditaria ipsius Hance recipere et in eisdem C marcis obligare uel vendere; si non admiserit recipere, obligare uel uendere eadem bona, tunc ipsis dampna habenda refundere habebit. — (l. s.; — soluta).

**9012.** *(18) (Cr. III p. 28).* Pena — Nicolaus Curta penam XV Cristconi de Sladow et iudicio XV, ac Regalem LXX pro eo, quod eidem Cristconi XIV½ marcas acquisitas non persoluens de iudicio discessit.

**a.** *(142)* Pena — Nicolaus Curta penam XV Cristconi de Sadowye et iudicio XV ac LXX regi pro eo, quod eidem Cristconi XIV½ marcas aquisitas non fideiubens de iudicio recessit.

**9013.** *(19)* Nota — Ostrobod de Negowancza, Barthco de Chechel plebanus, Martinus Clichouicz, Gregorius Panthra, Johannes Cotouicz, Johannes Osczicz de Chechel, fideiussores Bogunonis et Swenchonis de Parce, omnimodam partem hereditatis dictorum Bogunonis et Swenchonis ibidem in Parce dictam Gawronowsca cum omni iure, dominio et pertinenciis in L[ta] marcis minus duabus Woytconi ibidem in Parce dederunt et obligarunt, promittentes pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluta).

**9014.** *(20)* Pena — Crziwossand de Bilanouice penam XV domino palatino Kalisiensi et XV iudicio ac Regalem LXX pro eo, quod ipsum dominum Sandiuogium de debito iudaico non expediuit.

**a.** *(143)* Pena — Crziwosand de Bilanouicz penam XV domino Sandziwogio palatino Kaliziensi et XV iudicio ac LXX[ta] regi pro eo, quod ipsum de debito iudaico non expediuit.

**9015.** *(21)* Pena — Clemens de Zarogow contumax actor contra Predborium de Lowyna, intercessorem Martini et Symonis de Zarogow, pro X marcis dampni et pro gagyo, quia idem Clemens terminum ad visionem noluit disponere. =Satisfecit pro pena.=

**a.** *(144)* Pena — Clemens de Zarogow actor contumax contra Predborium de Lowyna intercessorem Martini et Simonis de Zarogow pro X marcis dampni et pro gayo, quia idem Clemens terminum ad uisionem noluit disponere.

**9016.** *(22)* Pena — Cristinus castellanus Sandecensis in presencia domini Regis contumax contra Elizabeth, relictam Nicolai de Crussyna, pro villa Olcouecz et pro dampno C marcarum.

**a.** *(145)* Pena — Cristinus castellanus Sandicensis in presencia domini [Regis] contumax contra Elizabeth, relictam Nicolai de Crusszina, pro uilla Olchouecz et pro dampno.

**9017.** *(23)* Nota — Sigismundus de Slawcouiee villam suam totalem, Swidowca dictam, cum omni iure, dominio et pertinenciis pro C marcis grossorum et pro medio laneo in Jaworznyky circa Rudnik et circa agros finales kmetonis domino Johanni Liganza palatino Lanciciensi

conmutando vendidit et resignauit, promittens pro dampno et impedimento, excepto iure patronatus Ecclesie in Negowedz.

*Acta in Cracouia feria quarta ipso die Visitacionis sancte Marie (d. 2 Julii 1399). (Cr. III.).*

**9018.** *(Cr. III p. 29).* Nota — Veniens Johannes de Neswoyouice castrum suum Wrocimouice cum villa sub ipso iacente et cum omni iure, dominio et pertinenciis pro villa Oczesanky in terra Sandomiriensi et pro sexingentis marcis grossorum Pragensium domino Johanni de Thanczin et suis posteris in totum vendidit et in perpetuum resignauit conmutando, promittens ipsum dominum Johannem occasione dicti castri et ville sibi adiacentis pro omni dampno et impedimento, presentibus: Jacussio de Coneczpole palatino Siradiensi, Clemente de Quilina subpincerna, Jacussio de Boturzin magistro coquine domine Regine Polonie, Zauissio de Olesznicza, Spitcone de Dzetrichouice iudice castri Cracouiensis et Clemente de Rosprza.

*Acta in Proschouice feria quinta in crastino Visitacionis sancte Marie termini continuati fuerunt (d. 3 Julii 1399). Alii positi sunt ad XIIII$^{or}$ dies proximos.*

**9019.** *(Cr. II p 317).* Pena — Wirzchoslaus de Sedlisca penam XV contra Wanchniconem camerarium pro eo, quod sibi pileum de capite violenter deposuit, et penam sex scotorum. (z. p.).

**9020.** Pena — Nicolaus Campsky contumax in termino peremptorio contra Jacussium Lonsczǫ pro C marcis et pro dampno.

**9021.** *(Cr. II p. 318).* Nota — Wirzchoslaus de Sedlisca fideiussit domine relicte Dziuissii de Przeczslauice super eo videlicet, quod Hosmanus iudeus cum ipsa domina Dziuissy terminum post diem sancti Michaelis habet conscribere, et si non scribserit et repperit eundem terminum in Cracouia ad terminos proximos et tunc dampnum aliquod ipsa domina incurrerit, tunc ipsum in Wirzchoslao redundabit.

**9022.** Nota — Paschco de Szidow soluere habet XXX marcas Imramo seniori de Czulice ad terminos proximos post autumpnum proximum eodem modo, ut se prius obligauit. =Satisfactum est.= (z. p.).

**9023.** Nota — Nemerza de Przibislauice recedens ab omni iure partis hereditatis paterne in Dzewyn, quam nunc possidebat Marcissius de Thangoborza et Pachna uxor eius et Hanca filia eiusdem Pachne, ipsam partem hereditatis cum omni iure dominio et pertinenciis pro L$^{ta}$V marcis grossorum Marcissio predicto et suis posteris legitimis in totum vendidit et resignauit promittens pro dampno et impedimento. — (l. s.; — soluta).

**9024.** Nota — Dziuissius de Przeczslauice Jacussium de Czussow pro via circa et inter sepes taberne ibidem in Przeczslauice euasit, pro qua ipsum impetebat ex eo, quod idem Jacussius Beatam uxorem suam statuere non potuit. — (l. s.).

**9025.** Pena — Falek de Proschouice penam sex scotorum contra relictam Dziuissy de Przeczslauice pro eo, quod ipsam bis citauit pro una re.

**9026.** Wroch de Woyslauice X coros tritici in octaua sancti Jacobi proxima Andree de Proschouice obligauit se daturum sub pena iudicii.

**9027.** Pena — Petrassius de Sweborouice contumax in termino curie contra Michaelem de Strelcze pro hereditate in Budziwoyouice.

**9028.** Nota — Petrassius de Budziwoyouice XL marcas dotis et XL marcas dotalicii in medietate bonorum suorum hereditariorum paternorum in Budziwoyouice ibidem et, ubi eadem habet et habebit, Elizabeth uxori sue indicando assignauit; idem Petrassius confessus, quod cum pecuniis dotis dicte uxoris sue partem hereditatis sue in Budziwoyouice ibidem fratris sui Stanislai exemerat. — (l. s.; — soluta).

**9029.** Nota – Iidem Petrassius et Elizabeth uxor ac Beata mater eius XI marcas ad diem sancti Nicolai proximam Nicolao Rpisca de Lucice obligarunt se soluturos sub dampni caucione.

**9030.** Nota — Thomassius de Gramboczicze actor contumax contra Martinum de Zirco uice pro V wlneribus. — (Martinus [soluat] memoriale sub pena XV).

*Acta Cracouie feria tercia infra octauas Visitacionis sancte Marie (d. 8 Julii 1399). Termini continuantur per duas septimanas. (Cr. IIa).* [1]).

**9031.** *(1) (Cr. IIa p. 472).* Nota — Zaclica de Korzkwa confessus est balistam Petro sutori de Cracouia, quam restituet ab esterna die infra duas septimanas sub penis LXX regis et XV iudicii

**9032.** *(18) (Cr. IIa p. 473)* Staszco de Kandzerzina Wola cum Spitkone de Banouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod incipiens ius facere cum suo homine et non fecit.

**9033.** *(21)* Jascho Mleczco de Zarnouicza cum abbate de Cziricz terminum secundum habent ad terminos proximos pro violenta recepcione instrumentorum et attinenciarum molendini in Czcziborzicze et fossato facto in prato, dampni exinde XX marcis.

**9034.** *(43) (Cr. IIa p. 475).* Andreas de Crzidlna cum Miczkone de Jodlownik, Paschone de (Kostrcza) Janouicz et Jacussio de Kostrcza terminum secundum habent ad terminos proximos pro diffidacione kmethonibus in tenuta ipsius Andree in Wola.

**9035.** *(48)* Littera-Ca[us]— Katherina Jacussii de Bobrowniki conparebit cum capellano contra Johannem de Vinari, terminus ad terminos proximos, eadem litteram de Tharnow ponet, quod idem capellanus ibidem in Tharnow inductus [est] pro XL[ta] marcis. (z. p ).

**9036.** *(50)* Mroczko de Srzenywa cum Zaclica de Korzkwa terminum peremptorium habent ad colloquium proximum pro recursiua ad iudicem pro incaptiuacione ipsius Mroczkonis cum decem famulis bonis, sicud ipse est; dampni exinde C marcis

**9037.** *(64) (Cr. IIa p. 476).* Ad colloquium — Ofca de Passeczno, Marcissius et Petrassius de ibidem terminum habent ad colloquium proximum pro parte hereditatis in Gora ac domo in Cracouia et pro (LXX[ta]) septingentis marcis grossorum, necnon pro parte in Sglobicze et in Bobrownik cum Swantochna uxore Johannis de Chodow. – Data fuit citacionis littere de anno etc. III[o].

**9038.** *(74) (Cr. IIa p. 477).* Nota – Nicolaus Glamb de Charztnicza cum Jaschone de Raszcow pro via missali concordauerunt, et debent deleri de libro.

**9039.** *(77)* Intercessio — Woytek kmetho de (Lass) Laziska constituet Andream de Dulowa contra Nicolaum de Dulowa, terminus ad terminos proximos pro silua.

**9040.** *(79)* Nota — Jascho de Raszcow cum Jacobo de Chrobrza pro XIIII marcis acomodatis concordauerunt, et debent de libro deleri.

**9041.** *(81)* Littera — Andreas de Lewnow litteram iudicii de Czchow habet ponere contra Michaelem de Grabye, quod inibi habuit pro spolio vie, terminus ad terminos proximos.

**9042.** *(89) (Cr. IIa p. 478).* Testes – Marcussius de Radwanouicze ducit testes contra Thomconem de ibidem: Stasszek Golecz de Radwanouicz, Raphael de ibidem; — [Rota]: *Jaco Thomek (oral) czso oral, tho oral Marcusszowo Domÿenicowske;* terminus ad terminos proximos.

**9043.** *(90)* Iuramentum – Marcussius de Radwanouicze iuramentum faciet contra Stachnam relictam Andree de ibidem, quod non arauit et seminauit [agros] orphanorum; terminus ad terminos proximos.

---

[1]) Zapiski z 8 Lipca w księdze Cr. IIa odpowiadają zapiskom z 1 i 2 Lipca w księdze Cr. III.

**9044.** *(95) (Cr. IIa p. 479).* Nota — Nicolaus de Kozmicz soluet sex grossos, memoriale, ad terminos proximos sub pena XV.

**9045.** *(96)* Procurator — Marcissius, Petrassius de Pyasseczno coustituerunt Ofcam suam prolocutricem in causa, quam habent cum Swantochna Johannis de Chodow in omnem euentum.

**9046.** *(97)* Procurator — Ofca eadem, procuratrix predictorum Marcissy et Petrassy, constituit suum procuratorem Petrassium de Sedlecz in causa, quam habet cum Swantochna Johannis de Chodow, in omnem euentum.

**9047.** *(99)* Gregorius de Cracouia cum Msczugio de Kozlow terminum peremptorium habent ad terminos proximos nulla dilacione interueniente, sed personaliter debet [Msczugius] conparere et respondere, aut pecunias soluere.

**9048.** *(103)* Remissio — Wenceslaus de Marćinouicze cum Wirzchoslao de Sedliska terminum peremptorium habent ad terminos proximos Spitkonis iudicis castri et coram eo ad recursiuam ipsius registri.

**9049.** *(106)* Szmerl cum Petrassio de Ogrodzenecz terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Michaelis ad terminos proximos pro fideiussoria XIIII marcarum pro Paschone de Bogoria capitalibus, et pro quatuor marcis capitalibus fideiussorie pro Cristino de Neprzesna.

**9050.** *(107) (Cr. IIa p. 480).* Nota — Jascho de Barczkow confessus est Gregorio institori de Cracouia quatuor marcas cum XV grossis, quas soluere se obligauit in festo sancti Michaelis nunc proxime venturo sub penis iudicio XV et eidem Gregorio medium XV.

**9051.** *(109)* Constitucio — Petrus de Dambno constituet Helizabeth relictam Barthossy de Czudzinouicz contra Wiszconem de ibidem, si non constituet, tunc solus marcam soluet, terminus ad terminos proximos.

**9052.** *(110)* Iuramentum — Petrus Rector Ecclesie de sancto Jacobo in Każimiria, Andreas et Miczko de Kyani iuramentum facient contra Simonem plebanum de Gorzconem (s) super dampno facto in (Kyani) Plechow, terminus post Natiuitatem sancte Marie ad terminos proximos.

**9053.** *(119) (Cr. IIa p. 481).* Nota — Johannes de Chodow debet dare Wilczconem de Zacrzow fideiussorem pro XXX et VII$^1/_2$ marcis ad terminos proximos si non dabit, tunc impignorandi eundem Johannem in eisdem pecuniis habebit facultatem.

**9054.** *(121)* Maczey kmetho de Crzinka cum Climcone kmethone de Nesdow terminum secundum habent ad terminos proximos pro LXXX copis frumenti, XL siliginis et XL tritici violenter receptis de allodio et XXX pullis et peccudibus et pecoribus, pro quinque marcis, ac falcacione prati. (z. p.).

**9055.** *(122)* Petrassius de Vlina ducit testes contra Nastkam de ibidem: (Clemens) Jacussius de Vlina nepos uterinus, Nicolaus Irpyszka de Luczicze, Stanislaus de Polaninouicze, Wiszco de ibidem, Petrassius de Kalina, Swanszco de ibidem, — [Rota]: *Jaco wemi, ez Nastka kazala Pÿotrasszowi ranczicz grziwna (ÿsszecz) ÿ osÿmnÿaczcze scot*; terminus ad terminos proximos.

XV. — *(73)* Jascheo Liganza palat Lancic. cum Math. de Jurzikouicz term. ad coll. — *(74)* Lucass. de Stampoczicz cum Pasche. de Bronischow term. ad coll. ad vidend. — *(75)* Rosl. de Woyslauicze cum Wische. de Kuroswank term. ad coll. — *(76)* Scarbco de Zrzanczicz cum Halska Smilonis de Belczicz term. ad coll. pro prato in Przesek. — *(79)* Stanko de Zandow cum Petro de Kebla term. ad coll. — *(80)* Abbas de Brzesko cum Wirzchosl. de Sedliscz term. ad coll. — *(81)* Boxa Lucowski confessus (capell.) contra Andr. de Luczslauicz, term. ad coll. =Dimissus.= — *(82)* Hanka Stephani de Tangoborz cum Jarogn. et Hanka sorore ipsius de Srzenawa term. post Letare, post vision. — *(83)* Jarogn. et uxor predicti causam, quam habent cum Hanka predicta, Mathie de Jurzicouicze commiserunt, et Hanka [commisit] Wirzchoslao. =Wszystkich zapisek z 4 Lutego w księdze Cr. IIIa 84.=

*[In colloquio]. Feria quinta sequenti (d. 5 Februarii 1400). (Cr. III.).*

**9741.** *(1) (Cr. III p. 88).* Nota — Johannes de Chodow totam partem hereditatis, quam Cresslaus pater eius in Jasdouice emerat, econuerso Jacussio de Coslow in totum dimisit et resignauit, promittens pro dampno et impedimento.

**9742.** *(2)* Nota — Idem Jacussius de Coslow dictam partem suam hereditatis in Jasdouice cum omni iure, dominio et pertinenciis pro CCC marcis grossorum Pragensium domino Michaeli iudici vendidit et resignauit, promittens pro dampno et impedimento de premissis.

**9743.** *(3) (Cr. III p. 89).* Nota — Johannes de Chodow domum suam sitam ex opposito Ecclesie sancti Egidii in Cracouia ligneam, que fuit Clementis vicecancellarii, pro C marcis grossorum Pragensium domino Michaeli iudici Cracouiensi vendidit et resignauit, promittens pro dampno et impedimento, — et cum terra eiusdem domus.

**9744.** *(4)* Procurator — Quindecim kmetones de magno Wronyn causam Jaschconi de Polanynouice contra Imramum seniorem de Czulice conmiserunt, procuratorem constituentes.

**9745.** *(5)* Nota — Witus magister Hospitalis sancte Crucis de Cracouia litteram priuilegii Wladislai ducis Cracouiensis super iure theutunico super utroque Wronyn contra Imramum seniorem de Czulice exhibuit, kmetones suos a iurisdicione eximendo.

**9746.** *(6)* Nota — Katerina, relicta Hanconis de Chelm, et Petrassius et Imramus filii ipsius talem contractum inter se fecerunt, videlicet ita: quidcunque et in quibuscunque dicti Petrassius et Imramus indebitati a data presencium fuerint, hoc totum super sorte ipsorum hereditatis, sed non super fratres quatuor iuniores debet conpensari, nec huiusmodi indebitacio dictis fratribus quatuor amodo debet nominari uel nocere.

**9747.** *(7)* Nota — Jura de Brnocice veniens recongnouit, quod ab ipso partem hereditatis in Dzecanouice filiorum Sulconis de Gora et Nastce, matris ipsorum, Wenceslaus de Dzecanouice ibidem cum LX marcis grossorum Pragensium exemit promisitque ipsum Wenceslaum occasione dicte partis hereditatis indempnem reddere; idem vero Wenceslaus dictam partem hereditatis habet tenere in obligacione in dictis LX marcis ita, velud eam pater ipsius Jure tenuit, dictos filios Sulconis nulla prescripcione euadendo. — (l. s.).

**9748.** *(8) (Cr. III p. 90).* Nota — Stanislawa et Nicolaus Bratanek de Plechow actores partem hereditatis ibidem in Plechow in Petro plebano sancti Jacobi de Kazimiria, Andrea et in Nicolao, heredibus de Kyani, iure per recursiuam libri obtinuerunt, quia ipsam ad litteram iudicialem, non habentes secum terminos, scribi fecerant.

**9649.** *(9)* Pena — Iidem heredes de Kyani: Petrus, (Andreas et Nicolaus) penam quilibet XV Stanislawe (et iudicio) pro premissis. =Isti duo satisfecerunt iudicio pro penis in totum =

**9750.** *(10)* Nota — Strasch de Balaczow et Petrus Rpischka castellanus Wisliciensis Elizabeth uxorem Wincencii de Pilcia pro mille marcis fideiussorie, facte racione dotalicii *wano* pro Janussio Laczcone, iure prescripcionis euaserunt actrices.

**9751.** *(11)* Nota — Margareta uxor Wernconis cum Werncone de Rosnow VII marcas census plani in bonis kmethonibus in Brusnik domino Johanni Liganza in LXXVI marcis grossorum debiti olim Rosnonis obligauit tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi, promittens pro dampno et impedimento, et dictam obligacionem debet eidem indicare die dominico post diem sancti Walentini.

**9752.** *(12)* Nota — Margareta uxor Wernconis de Rosnow Prandotam de Neprzesna actorem pro debitis iudaicis omnibus fideiussoriis Rosnonis mariti sui per litteram iudicialem iure euasit.

**9753.** *(13)* Pena — Wincencius de Granow contumax contra Heduigim relictam Ottonis de Pilcia pro censualibus pecuniis in ciuitate Pilcza et in villis receptis.

**9754.** *(14)* Pena — Elizabeth uxor Wincencii de Granow et ipse Wincencius contumaces contra Heduigim relictam Ottonis de Pilcia pro diuisione omnium bonorum hereditariorum, per Ottonem derelictorum, videlicet pro Pilcza et villis pertinentibus, quod habent diuisionem facere; et pro debitis iudeorum, pro hiis Elizabet sola contumax.

**9755.** *(15) (Cr. III p. 91).* Nota — Abraham de Woycowcosczol totam partem hereditatis sue, quam habet in Kosmirzow, cum omni iure, dominio et pertinenciis in CLXX marcis grossorum Pragensium Czadroni et matri eiusdem de Cosmyrzow obligauit tenendum in forma, promittens in forma, ita, quod eandem partem hereditatis infra XV annos habet eximere, si non exemerit, tunc ipsam perdere in perpetuum habebit. — (l. s. ; — soluta; W[anchnik recepit] pro sigillis).

**9756.** *(16)* Nota — Wilczco de Zacrzow dominum Johannem Liganza de villa Jacubow et de duobus *przissodlky* ibidem amplius non habet expellere sub pena iudicii et partis.

**9757.** *(17)* Nota — Nastca de Rogow unam *nywa* et unum pratum dictum Warka in villa Setuyow in Wilczcone de Zacrzow iure obtinuit et euasit. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**9758.** *(18)* Nota — Zauischa de Wirzchouisca pro Pechna uxore Nicolai Zelasny de Slotnyky Petrassio de Coczina fideiussit, quod ipsa Pechna (ville) terciam partem hereditatis in Falibogouice et in Crasnow in iudicio terre Sandomiriensis in CXV [marcis] grossorum Pragensium eidem Petro debet ante Pascam proximam ordinare, si non ordinauerit, tunc dampnum omne habendum in ipso Zauischa redundabit.

**9759.** *(19)* Nota — Johannes de Chodow nomine suo et Swentochne uxoris sue Swentoslaum de Adamouice pro ducentis marcis racione dampnorum factorum in gagyo in Poramba et in hereditate Chodowskavola in fluuio Srzenawa, pro quibus eum citabat, liberum dimisit et solutum.

**9760.** *(20)* Nota — Dominus Michael iudex Cracouiensis LX marcas grossorum Pragensium et XL marcas pecunie communis pro Johanne de Chodow ad diem sancti Nicolai proximam Margarete uxori Stognei de Czaple obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi totam partem hereditatis in Jasdouice, quam [habet], apud Jacussium de Coslow obligare tenebitur sub dampni caucione. =Solutum est per totum.= (z. p.).

**9761.** *(21) (Cr. III p. 92).* Nota — Johannes de Chodow cum Stogneo de Czaple talem contractum fecit et ordinauit videlicet ita, quandocunque eidem Johanni idem Stogneus XL marcas in quartensibus dederit, tunc sibi ipse Johannes XL marcas loco in grossis latis dare habebit, si vero in grossis latis dare non poterit, tunc eidem Stogneo V marcas pecunie communis super dictas XL marcas addere habebit sub dampni caucione.

**9762.** *(22)* Nota — Idem Johannes de Chodow VI marcas pecunie communis ad diem sancti Michaelis proximam Nicolao de Lucice obligauit se soluturum sub dampni cuiuslibet caucione.

**9763.** *(23)* Nota — Andreas de Sczerzysz unum laneum in Psary in Widzga de Przelank iure obtinuit, quia idem Widzga per corulum ad librum noluit recipere. =Andreas soluit iam totum, in quo fuit laneus obligatus.=

**9764.** *(24)* Pena — Widzga penam XV dicto Andree et iudicio XV pro eo, quod eidem dictum laneum violenter tenuit.

**9765.** *(25)* Idem Prandota dicto Andree dictam penam XV ad manus Nicolai notarii ad secundos terminos proximos sub pena partis et iudicii. (z. p.).

**9766.** *(26)* Nota — Paschco de Slupow CL^ta^ marcas in tota parte hereditatis sue ibidem racione dotis et dotalicii Hance uxori sue assignauit in forma.

**9767.** *(27)* Nota — Dominus Nemerza de Chrzelow LXX marcas racione dotis post Hancam sororem suam Paschconi de Slupow ad diem sancti Nicolai proximam obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi totam villam Przedmosczani cum omni iure obligare tenebitur sub dampni caucione. =Solutum est per totum.= (z. p.). — (l. s.).

**9768.** *(28) (Cr. III p. 93).* Nota — Andreas et Prandota de Golcza XXX marcas racione dotis post Hancam sororem ipsorum Paschconi de Slupow ad diem sancti Nicolai proximam obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi tres kmethones ipsorum in Zerzuschno obligare tenebuntur sub dampni caucione. — (l. s.).

**9769.** *(29)* Nota — Kachna uxor Woytconis de Rudno IIII^or^ kmetones suos in Zewrzydouice cum omni iure in XIII marcis pecunie communis Kachne uxori Jacussii de Cossocice obligauit tenendum in forma, promittens in forma, et non habet ipsam de dictis kmetonibus infra duos annos proximos eximere, neque amicus aliquis suus. =Dimissa est obligacio propter nouum pactum.= (z. p.).

*[In colloquio]. Feria quinta sequenti (d. 5 Februarii 1400). (Cr. IIIa).*

**9770.** *(1) (Cr. IIIa p. 31).* Abbas de Mogila alias de Claratumba cum Imramo de Pleschow terminum habent ad colloquium proximum ita, quod in eodem colloquio ambo personaliter conparebunt pro silua, lacu et pratis, que dicuntur Domaschow.

**9771.** *(4) (Cr. IIIa p. 32).* (Ca^us^) — Margareta Jaschconis Slisz de Wsola confessa est die colloquii contra Dziuissium de Marzanczin, terminus ad colloquium proximum (cum Nicolao confessore plebano de Wsola). =Iurauit, Lampertus officialis recognouit.=

**9772.** *(7)* Testes — Stachna Ade aduocati de Mstow ducit testes contra Jaschconem et Philippum fratres de Mislouicze: Spithco de Scowronow, Woythco de Maluscha, Petrassius de Lgotha, Petrus Golanka de Barthcouicze, Pacosch de Sobekursko, Staschco de Olbrachczicze; — Rota: *Jako wyemi ÿ sswathczimi, esz od schesczinacza lath ne placzono platv od trzidesanth grziwen, anÿ Filipowi z Mislouicz, anÿ komv gÿnemv, anÿ Woytowa, anÿ kto gÿni*; terminus ad terminos proximos in Lelouia.

**9773.** *(8)* Margaretha Nawoyowska cum Andrea de Zalass terminum habent ad colloquium proximum pro duobus kmethonibus in Rawulouicze violenter intromissis per eundem Andream, (exinde) de quibus ipsa Margareta habuit annuatim IIII^or^ marcas *platv.*

**9774.** *(9)* Testes Gnewomiri et Dobeslai de Pawlouicz contra Andream de Sczarzisz: Petrassius de Sandzischow, Stanislaus de Sandzischow frater Petrassii supradicti, Nemsta senior de Slawoschow, Andreas Nemste de (Slawoschow) Krczanczicz, Czyesslaw de Skronow, Clemens Nasanchowski; — Rota: *Jako wÿemi ÿ sswyadczimi, esze dzedzina w psaroch od XXIIII lath nÿgdi nye wichodzila z dzerszenÿa gych otcza ÿ onÿ po otczowye ssmerczi dzersza*; terminus ad terminos proximos in Xansz per terminos.

**9775.** *(14) (Cr. IIIa p. 33).* Visio — Borko de Tsczenicza visionem habet cum domino abbate et conuentu Andreouiensi die XIIII^a^ post diem Cinerum inter villas (Czaczow), Chorzowa et Tasschowa pro siluis; Vitus officialis pro parte Borkonis ad videndum deputatus est, visione facta terminum habent ad colloquium proximum.

**9776.** *(20)* (Ca^us^) — Imram de Maschicz confessus est (Johanni plebano de Korzkwa die colloquii) contra Prandotam de Neprzeszna, terminus ad colloquium proximum. =Concordauerunt per relacionem domini Nicolai notarii.= (z. p.).

**CCCXIII. Uwaga.** *(2)* Jacuss. Belski confessus capell. contra Kather. relict. Wlodconis de Wroczimirowa, term. ad coll. (z. p.). — *(3)* Andr. de Trzewlin cum Sbischc. archidiac. et capitulo Crac. term. ad coll. — *(5)* Nicol. de Mothchouicz cum Joh. de Chodow term. peremp. post d. Ciner. in Crac. — *(6)* Imram senior de Czulicze cum Witho magistro hospital. s. Spiritus de Crac. et omn. kmet. de Wronyn term. per term. in Crac. visione facta. — *(10)* Seteg. pleb. de Krczanczin cum Nicol. de Medzwedz term. ad coll. — *(11)* Nicol. de Medzwedz cum Msczug de Imramouicze term. ad coll. pro LX mar. damp. et LX mar. *platv* et litt. — *(12)* Laur. de Wroblouicz statuat pueros suos contra Dobc. de Makowisk ad coll. pro heredit. Wroblouicz et Grzibna. — *(13)* Spitko palat. Crac cum Bychna relicta Petrassii de Mikluschouicz et pueris ipsius term. ad coll. — *(15)* Dobesl. subiudex cum abbate Andrzeouiensi term. ad coll. — *(16)* Peterborg ciuis Crac. confessus capell contra Swanch. de Parcz, term. ad coll. — *(17)* Nicol. Zagorski cum Petrass. Sedleczski term. peremp. per term. in Crac. — *(18)* Steph. pleb. de Pogwisdow confessor Prandothe de Neprzeszna confessus capell. contra Przeczsl. de Przedancza, term. ad coll. — *(19)* Idem Przeczsl. causam commisit Mathie de Jurzikouicze contra Prand. de Neprzeschna. — *(21)* Mschischco Gorski confessus capell. contra Andr. de Grzegorzouicze, term. per term. in Crac. pro LXV mar. et damp. — *(22)* Rafalka, relicta Tomassy Werzing, cum Episc. Crac. et 3 kmet. term. ad coll. ad vidend. — *(23)* Zegota de Morsko cum Wantrobczina term. ad coll — *(24)* Prand. de Neprzeszna cum Petrass. aduoc. Bochnensi term. peremp. per term. in Crac. — *(25)* Hanka uxor Jacussii de Owczari cum Prand. et Franczk. fratrib. de Sanspow term. ad coll =Wszystkich zapisek z 5 Lutego w księdze Cr. IIIa 25.=

*[In colloquio]. Feria sexta sequenti (d. 6 Februarii 1400). (Cr. III.).*

**9777.** *(1) (Cr. III p. 93).* Nota — Derslaus de Cromolow Nicolao de Zagorze recongnouit, quod habet medietatem Cromolow in CXXX marcis grossorum ab ipso Nicolao in obligacione, et idem Nicolaus similiter sibi CXXX marcas in grossis latis ibidem haberi recongnouit, et ita idem Nicolaus dictam medietatem Cromolow ab ipso Derslao habet eximere, quando sibi placuerit. — (l. s.; — soluit IIII [grossos]).

**9778.** *(2)* Nota — Przeczslaus filius Przeczslai de Przedanicza fideiubens pro Clemente fratre et Elizabeth sorore suis totam partem hereditatis sue in Pstroszice cum omni dominio et pertinenciis preposito et conuentui monasterii Mechouiensis vendidit, pro CCCCCCCC marcis grossorum Pragensium vendidit et resignauit, promittens in forma.

**9779.** *(3)* Nota — Nicolaus de Olawyn litteram obligacionis super prata sub Jedlcza consistentibus Wenceslao broda de Marcinouice restituit.

**9780.** *(4)* Nota — Milota de Chodinice LXXV marcas pecunie communis ad festum Natiuitatis Christi proximum Vichne Coszanca obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi villas Lassocice et Schyk cum omni iure econuerso ad plenam exempcionem tenendum assignare [habebit] sub dampni cuiuslibet caucione — (l. s.; — soluit IIII [grossos]).

**9781.** *(5)* Nota — Item post mortem dicte Wichne centum (marce do) sexagene dotalicii ad dictum Milotam et ad proximos eius debent reuerti cum effectu.

**9782.** *(6)* Nota — Otto et Zegota de Lancawa totam partem hereditatis, que fuit Drogossii, in Chrobrza in Paschcone de Pilchouice per maiorem et antiquiorem datam littere super debito iudaico iure obtinuerunt. — (l. s.).

**9783.** *(7)* Nota — Wincencius de Granow villas suas Granow et Kamenecz cum omni iure in districtu Kostenensi pro CCCC marcis grossorum domine Heduigi de Pilcia iuxta litteram suam vendidisse se recongnouit.

**9784.** *(8)* Nota — Prepositus et conuentus monasterii Mechouiensis Nicolaum de Olawyn et Jaschconem alias de Malussa pro parte hereditatis, que fuit Nicolai, in Zigartouice per ostensionem litterarum iure euasit.

9785. *(9)* Nota — Peregrinus subcamerarius Sandomiriensis CCCC marcas fideiussorie domino Sandiwogio palatino Kalissyensi teneri recongnouit, si villam ipsius domini Sandiwogii ad festum Natiuitatis non expedierit.

9786. *(10)* Procurator — Pechna de Belcice causam Andree de Rambescice et Zauissio de Borissouice contra Petrum de Sancignew commisit, procuratorem constituendo ad equitandum et distingwendum granicies inter Sancignew et inter Stanpocice; et ibidem debent ex utraque parte in duabus septimanis post Paschca sub vadio X marcarum conparere in graniciebus.

9787. *(11) (Cr. III p. 95).* Nota — Marcissius de Trzebinice, debitor principalis, et Zauischa de Wirzchouisca ac Nicolaus Zelasny de Slodnyky, fideiussores ipsius, manu coniuncta XXX marcas grossorum Pragensium ad diem sancti Nicolai proximam Jaschconi de Wola, dicta Brzoszowca, obligarunt se soluturos sub caucione dampni.

9788. *(12)* Nota — Wenceslaus de Marcinouice Andream de Sczodrcouice pro equo, pro balista et pro duobus wlneribus liberum dimisit.

9789. *(13)* Nota — Wenceslaus de Marcinouice Nicolaum de Olawin, Dobconem, Johannem, filios et filias suos, actores pro villa Marcinouice per ostensionem littere iure euasit. — (l. s.).

| | |
|---|---|
| 9790. *(14)* Pena — Cristina de Conary actrix contumax contra Nicolaum de Raczslauice pro C marcis et pro *Cunÿ cocz;* Boguta officialis. | a. *(21) (Cr. IIIa p. 35).* Pena — Christina de Conary actrix contumax contra Nicolaum de Raczslauicze pro C marcis et pro pellico mardurino; Boguta officialis. = Ad mandatum iudicis et subiudicis. = (z. p.). |
| 9791. *(15)* Pena — Groth de Wadow contumax pro CXX marcis contra Elizabeth relictam Wisliciensis. | a. *(22) (Cr. IIIa p. 36).* Pena — Groth de Wadow contumax contra relictam Wisliciensis pro CXX marcis. |
| 9792. *(16)* Pena — Andreas filius Chebde de Trope actor contumax contra (Jacussium) Stanislaum de Lancawa pro Jacussouice et pro CCC marcis; Petrus officialis. — (l. s.; — soluit III [grossos]). | a. *(20) (Cr. IIIa p. 35).* Pena — Andreas filius Chebde de Trope contumax contra Stanislaum de Lankawa in termino curie pro uilla Jakuschouicze et pro CCC marcis; Petrus officialis. |
| 9793. *(17)* Pena — Hanca de Zacrzow actrix contumax [contra] Stachnam et Johannem filium eius de ibidem pro dote et pro medio hereditatis ibidem; Boguta officialis. | a. *(23)* Pena — Hanka de Zakrzow actrix contumax contra Stachnam et Johannem filium eius de ibidem pro dote et pro medio hereditatis in ibidem; Boguta officialis. |
| 9794. *(18)* Pena — Strasch de Kosczelniky contumax contra Martinum de Sandecz pro IIII[or] marcis; Boguta officialis. | a. *(25)* Pena — Strasch de Kosczelniki contumax contra Elizabet, Petri uxorem de Cracouia, pro II marcis et VII grossis. |
| 9795. *(19)* Pena — Clemens Czechouiensis contumax contra Elizabeth, Petri uxorem de Cracouia, pro (II marcis et septem grossis). = Solutum est debitum. = | a. *(26)* Pena — Clemens Czechouiensis contumax contra Elizabet, Petri uxorem de Cracouia, pro II marcis et VII grossis. |

9796. *(20) (Cr. III p. 96).* Pena — Katerina uxor Janussii Sczecine de Cracouia actrix contumax contra Johannem de Goslice pro XII marcis debiti.

9797. *(21)* Nota — Dum domina Heduigis de Pilcia contumaciam contra Wincencium de Granow acusauit pro eo, quod sibi violenter quinque aceruos tritici in Zalesse tritulasset, tunc idem Wincencius altera die veniens ad iudicium dixit: pro eo, quod contumaciam contra me acusasti, pro isto ego tecum me ad congnicionem domini Dobconis subiudicis recepi et habeo; et cum dictus Dobco hoc ipsum habuit inter ipsos congnoscere, dixit: istud ego inter vos non

possum congnoscere, quia longum tempus est exspiratum; et sic nec Vincencium predictum, nec dominam Heduigim iustos uel iniustos in causa huiusmodi idem dominus Dobco subiudex fecit; extunc decretum est: ex quo idem dominus Vincencius in possessione domine Heduigis frumenta tritulauit, condempnabatur ad penam XV et frumenta soluere et ipsam dominam in possessione dicte ville non inpedire.

**9798.** *(22)* Nota — Paschco de Pilchouice cum Iwone de Wiwla talem contractum inter se fecerunt videlicet ita: idem Paschco quidquid de debitis iudaicis in filiis domini Drogossii de Chrobrza iure acquisiuit et adhuc acquisierit, dicto Iwoni partem eorundem debitorum, que sibi cesserit, habet assignare talem, qualem pro se recipiet; et iidem de dictis debitis se modo meliori ambo de parte ipsorum expedire [habent]; predictus autem Iwo eidem Paschconi tenetur et habebit sex marcas pro expensis exsoluere in causa huiusmodi factis, dum causa ipsa pro dictis debitis finietur.

**9799.** *(23) (Cr. III p. 97).* Nota — Stanislaus Jelitco de Gosdna totam partem domus sue lapidee site prope Ecclesiam sancti Egidii in Cracouia cum ipsius domus area, terra et pertinenciis Clementi castellano Czechouiensi fratri suo germano et eius posteris dedit, donauit, assignauit et in totum perpetualiter resignauit; — hec resignacio facta est in Noua Ciuitate Corczin, et est hic Cracouie scripta ad relacionem domini Dobeslai subiudicis Cracouiensis.

*[In colloquio]. Feria sexta sequenti (d. 6 Februarii 1400). (Cr. IIIa).*

**9800.** *(3) (Cr. IIIa p. 34).* Johannes de Neszanczicz cum Hedwigi de Stradow terminum habent ad colloquium proximum. =Concordauerunt per relacionem Wenceslai de Dzecanouicz camerarium.= (z. p.).

**9801.** *(4)* Iuramentum-Nota — Ostrobod de Negouanicz personaliter equitare debet limitando et deducendo granicies inter Blandow et Negowanicze et, quod equitauerit per iuramentum, in hoc Johannes, Miczko et Mathias, fideiubentes pro uxoribus ipsorum, de Blandow contentabuntur, et ipse Ostrobod partem, quam sub iuramento deducet, perpetuo obtinebit, et ipsi, ut prius scriptum est, contentari debent sub pena, quilibet ipsorum, XV ipsi Ostrobodi et iudicio XV; terminus ad terminos proximos per terminos in Cracouia (z. p.).

**9802.** *(7)* Testes Jaschonis de Vlina contra Nastkam, relictam Staschconis de ibidem, contra Doroteam filiam ipsius Nasthcze: Clemens de Vlina, *swak* producentis, Jarognew de Srzenawa, Swantoslaus de Adamouicz, Nicolaus Brzanczek de Czudzinouicz, Martinus Pschonka de Wanczslauicze, Otto de Kunczicze; — Rota: *Jako wyemi y sswadczimi, esze Jaschek bil w dzerszenyv* a XX annis *o yesz widzenye bilo, anygdi z dzerszenya yego nye wichodzilo;* terminus ad terminos proximos per terminos in Cracouia.

**9803.** *(15) (Cr. IIIa p. 35).* Officialis — Wincencius de Granow statuat officialem Sspak ad terminos proximos per terminos contra Przedborium de Przechodi, qui officialis recognoscere debet, utrum citauit in vigilia Epiphanie Domini.

**9804.** *(19)* Iuramentum — Wenceslaus de Marczinouicze iurabit contra Nicolaum de Olelin ad terminos proximos per terminos in Cracouia, quod tempore tenute Nicolai non spoliauit homines ipsius.

**9805.** *(27) (Cr. IIIa p. 36).* Pena — Mathias filius Jarote de Chechli contumax contra Ostrobodum de Negouanicz in termino concitato pro eo, quod non wlt stare cum ipso contra Episcopum Cracouiensem; Wanch et Petrus officiales, ut asseritur, clamauerunt. (z. p.).

**9806.** *(28)* Nota — Cadro de Marczinouicze et Christinus de Charwin fideiubuerunt manu coniuncta domino Nicolao notario generali terre Cracouiensis pro Jaschcone de Wirzbno XX marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, ita quod si predictus dominus Nicolaus aliquod dampnum incurreret in iudea uel inter Christianos, hoc non esset dampnum ipsius, sed

eorum, Christini et Cadronis ac Jaschconis, ad que omnia ipsi Cadro, Christinus et Jaschco se submiserunt; — eciam a Dobcone de Wirzbno, fratre ipsorum, pro dampno promiserunt ipsum dominum Nicolaum non esse incurrendum.

**CCCXIV. Uwaga.** *(1)* Widzga de Przelank pen. XV Andree de Sczarzisz et iudicio XV, quod Andree laneum in Sczarzisz violent. tenuit. — *(2)* Nicol. de Mothchouicz cum Wencesl. de Marczinouicze term peremp. post Letare in Cracouia. — *(5)* Zaklica de Korzkwa confessus capell. contra Andr. de Grzegorzouicze, term. ad coll. — *(6)* Ostrobod et fratres sui de Negouanicz cum Episc. Crac. term. ad coll. ad vidend.; Spak official. deputatus ad vidend. — *(8)* Andr. de Grzegorzouicze cum Jaschc. Porko de Krziszkouicze term. ad coll ad vidend. — *(9)* Wilczko de Zakrzow cum Flor., Thomc. et Nicol., heredib. de Kniszin, term. ad coll. pro C mar. damp. — *(10)* Prand. de Sanspow cum Nicol. et Andr. de Dulowa term. ad coll. pro dampno facto in Lazisk. — *(11)* Dobco et Jaschco de Wirzbno statuere debent intercessorem Laur. hered. de Sÿekluka patruum contra abbat. Tinciens. ad term. per term. in Crac. — *(12)* Paschco de Biskupicze cum Wantrobczina term ad coll. — *(13)* Nicol. Olelinski cum Wencesl. de Marczinouicze term. per term. in Crac. ad vidend. — *(14)* Jacob. pleb. de Kuczkow, confessor Widzdze de Przelank, confessus capell. contra Nicol. de Olelin; term. per term. in Crac. — *(16)* Dobesl. subiudex cum Elizabeth Wincencii de Granow term. ad coll. pro hered. Dzetrzichouicze. — *(17)* Petrass. de Sanczignew iurabit, prout debuit iurare, in Xansz ad 2 septim. post Paschca contra Andr. Rabesski. — *(18)* Nicol. de Bandkouicz cum Petro filio Viti ibid. term. per term. in Crac. ad vidend. (z. p.). — *(24)* Pacosch filius Idzikowey de Glogoczicze contumax contra Greg institor. et Margar. institric. in term. curie pro VIII$^1/_2$ mar. et XVI mar.; Boguta officialis. = Wszystkich zapisek z 6 Lutego 28. =

*Acta Cracovie feria tercia ipso die sancte Scolastice, termini continuati fuerunt (d. 10 Februarii 1400), alii positi sunt ad XIIII dies. (Cr. III.).*

**9807.** *(1) (Cr. III p. 97).* Nota — Kilcius prepositus sancte Marie de Cracouia villam suam Brunocice cum omni iure, dominio, utilitatibus et pertinenciis pro L$^{ta}$ (marcis) florenis Johanni dicto Parcosz plebano de Mislouice infra unum annum tenendum, utifruendum et possidendum arrendauit, confitens se iam a dicto Johanne dictos L$^{ta}$ florenos in totum recepisse et habuisse; Johannes vero de Radzimice eidem Johanni plebano pro dicto Kylcio fideiussit, promittens ipsum Johannem plebanum occasione premissorum reddere indempnem. — Idem Johannes Jacussium fratrem suum debet statuere ad fideiubendum, alias solus stabit fideiussor.

**9808.** *(2)* Kanaan iudeus Cracouiensis litteram super debito suo cum sigillis domini Sandiwogy et Stanislai de Chrobrza ponat ad terminos proximos.

**9809.** *(3)* Nota — Pelca de Wissocice dominum Dobeslaum subiudicem de XXI marcis fideiussorie apud iudeum Cananum Cracouiensem ad dominicam Letare proximam liberare se astrinxit sub caucione dampni.

**9810.** *(4)* Nota — Wroch de Woyslauice procurator et nomine procuratorio uxoris sue Pelcam de Wissocice pro foro hereditatis in Zarnownycza liberum dimisit et pro pecuniis.

**9811.** *(5) (Cr. III p. 98).* Nota — Pelca Gorca C marcas grossorum Bodzante de Modlnicza ponat ad terminos proximos sub pena partis et iudicii; et idem Pelca contra dictum Bodzantam habet iurare in eodem termino ita, quod sibi idem Bodzanta terminum ad dandum dictas pecunias ultra inscripcionom littere dedisset.

**9812.** *(6)* Nota — Laurencius, Petrus et Bernardus filii Swensconis de Negossouicz partem hereditatis equalem, sicut quilibet tenet, Hance sorori ipsorum ibidem debent dare pro sua sorte, et predicta Hanca ipsam partem hereditatis ab ipsis fratribus non habebit alienare, nisi ea utifrui ad vite tempora sue. — (l. s.; — soluit IV$^1/_2$ [grossos]).

**9813.** *(7)* Nota — Petrassius de Charsnycza medietatem hereditatis paterne ibidem in Stachna, relicta Nicolai Glamb ibidem, nuri sua per induccionem testium iure obtinuit.

**9814.** *(8)* Nota — Petrassius de Jelouice Derslaum de Janouice pro capite kmethonis iure euasit actorem, et pro quibus citabat.

**9815.** *(9)* Pena — Nicolaus tabernator actor de Grussow contumax contra Wissconem de Jelouice pro tribus wlneribus apertis.

**9816.** *(10)* Nota — Johannes et Maczco, filius eius, de Lencz XX marcas haberi in parte hereditatis, que fuit Philippi in Syrcza, per litteras docuerunt contra Clementem de ibidem, et idem Clemens habet eam eximere.

**9817.** *(11)* Nota — Pacoss de Xangnice IV½ ad dominicam Letare et IV½ ad festum Pasche proximum marcas pecunie communis Gregorio et uxori eius, de Cracouia institori, obligauit se soluturum sub pingnore et pena iudicii.

**9818.** *(12)* Nota — Andreas de Widzdzice LX marcas grossorum Pragensium minus duabus marcis, nulla pecunia euadendo, ad diem sancti Nicolai proximam Petro Baly et Helene socri eius de Przibislauice obligauit se soluturum; si non soluerit, ipsis totam villam suam eandem Widzdzice cum omni iure et pertinenciis, exceptis laboribus, allodio et domu ac curia sibi reseruatis ibidem suis, in eisdem pecuniis obligare tenebitur sub dampni caucione. =Solutum est per totum, ut Petrus recongnouit.= (z. p.).

**9819.** *(13) (Cr. III p. 99).* Nota — Jacobus de Chrobrza domine Falislawe, vidue de Mirocice, Wlodconem de Loppachno fideiussorem super XIX marcis ad terminos proximos post Cineres debet statuere in Proschouice, si non statuerit, tunc X marcas vadii eidem Falislawe incurret, et semper eadem Falislawa suum acquisitum pristinum pro se ex integro obtinebit.

**9820.** *(14)* Nota — Katerina vidua de Wrocimirowa Andream de Widzdzice pro XII [marcis] principalis et pro XII dampni, fideiussorem mariti sui, per ostensionem littere iure euasit.

**9821.** *(15)* (Pena) — Derslaus Carwaczian contumax in termino concitato contra Wirzchoslaum pro contentis in libro; Boguta officialis. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**a** *(97) (Cr. IIIa p. 43).* Pena — Derslaus Carwaczian contumax in termino concitato contra Wirzchoslaum pro contentis in libro; Bogutha officialis.

**9822.** *(16)* Pena — Glinca kmeto de Sosnca contumax in termino concitato contra Wichnam de Poramba pro capite interfecto et pro $II^{bus}$ bobus.

**a.** *(98)* Pena — Glinka kmetho de Sosnka contumax in termino concitato contra Wichnam de Poramba pro capite interfecto et pro II bobus.

**9823.** *(17)* Pena — Nicolaus de Raczslauice contumax in termino peremptorio contra Cristinam de Conary pro C marcis et pro *cocz cuný*.

**a.** *(99)* (Pena) — Nicolaus de Raczslauicze contumax in termino concitato contra Christinam de Konari pro C marcis et pro pellico mardurino. =Ad mandatum iudicis et subiudicis.= (z. p.).

**9824.** *(18)* (Pena) — Nicolaus Campsky contumax in termino curie contra Drobny pro $IIII^{or}$ marcis; Boguta officialis. =Satisfactum pro pena; dominus Michael iudex indulsit.=

**a.** *(100)* Pena — Nicolaus Kampski contumax in termino curie contra Drobni iudeum pro $IIII^{r}$ marcis; Bogutha officialis.

**9825.** *(19)* Procurator — Smychna de Slomnyky causam suam contra Andream Nemsta Floriano de ibidem commisit.

**a.** *(101)* (Pena — Smychna de Slomniki...)

**9826.** *(20)* Nota — Derslaus de Sdzeslauice XIX scotos et IX denarios ad terminos proximos Symoni de Cracouia soluat sub pena XV partis et XV iudicii.

**9827.** *(21)* Pena — Johannes de Morauicza contumax in termino curie contra Hosmanum pro XII marcis debiti; Boguta officialis.

**a.** *(102)* Pena — Johannes de Morauicza contumax in termino curie contra Ossmanum iudeum pro XII marcis.

*Acta Cracouie feria tercia ipso die sancte Scolastice, termini continuati fuerunt (d. 10 Februarii 1400), et alii prorogantur per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**9828.** *(15) (Cr. IIIa p. 37).* Nota — Zegotha vexillifer de Dupp per nuncium suum, nomine Jaschonem, terminum prorogari peciit ad terminos proximos, quem terminum cum Mathia dicto Rokytha de Brodow habet, et datus est ei terminus, ipso Mathia consenciente, in quo termino proxime venturo predictus Zegotha conparere personaliter debet et certificari pecunias eidem Mathie sub pena Regali LXX et iudicio XV; terminus ad terminos proximos.

**9829.** *(30) (Cr. IIIa p. 38).* Nota — Stanczik de Grodek sine omni dilacione conparere debet personaliter ad terminos proximos contra Kasskelum iudeum Cracouiensem, alias si non conparebit, causam eandem perdere debet.

**9830.** *(31)* Officialis — (Philippus de Mislouicze) Stanislaus de Sedlischouicz statuere debet officialem Spak contra Wenceslaum de Lubochow, qui officialis recognoscere debet concitacionem contra Wenceslaum predictum ex parte Stanislai predicti, si concitauit eundem ad terminos hodiernos; terminus ad terminos proximos.

**9831.** *(50) (Cr. IIIa p. 39).* (Ca[us] — Sbischco) Gerasch de Sulow cum Sbischcone de Dimlin terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod recepit ab ipso Gerassio fideiussorem, in residuis pecuniis hereditatem Brzostek tenet violenter idem Sbischco.

**9832.** *(66) (Cr. IIIa p. 40).* Nota — Prandotha de Neprzesna soluere debet L marces minus $I^1/_2$ marca Jaschconi Jelithco de Olganow ad terminos proximos post diem sancti Stanislai tempore mensis Maii, quas debuit hodie soluere; eciam pecunias, quas soluere ad quoslibet terminos terrestres debuit, videlicet per duas marcas, easdem coniunctim soluere promisit ad terminum predictum.

**9833.** *(84) (Cr. IIIa p. 42).* Nota — Nasthca, relicta Staschconis de Vlina, soluere debet Petrassio de Vlina ibidem III marcas minus fertone ad terminos proximos post diem Cinerum, quas debuit hodie soluere sub pena prius scripta.

**CCCXV. Uwaga.** *(1)* Drobni iud. cum Stanisl. Gamrath de Galow term. post Pascha peremp. et concit. — *(2)* Josman iud. Crac cum Christ. Sandec. herede de Kozeglow term. peremp. post Stanisl. — *(3)* Josman iud. cum Dziuiss. de Marzanczin term. peremp. post Letare. — *(4)* Msczug. de Imramouicze et Steph. kmeto de Kuroswanki cum Marco de Kampe term. peremp. post Stanisl. ad concord. — *(5)* Mogo iud. Crac. cum Joh. de Mislimicze term. peremp. et concit. — *(6)* Marek de Goschicze cum Dobc. de Wirzbno term. peremp. curie pro VII decimis. — *(7)* Troyanus de Olpicze tutor Johannis dicti Kobalka ibid. cum Spitk. de Deszno term. ad coll. — *(8)* Drogoss. de Kalina confessus capell. contra Jaschc. de Polaninow; term. curie pro V mar. et IX scot. et totid. damp. =Concordauerunt.= (z. p ). — *(9)* Jossman iud. Crac. cum Rosl. de Woyslauicze term. peremp. concit. post Pascha. — *(10)* Jossman iud. cum Joh. de Langanow term. peremp. post Pascha. — *(11)* Joh. Winarski cum testib. contra Stasch. aduoc. Bochnen. [conparebit], term. — *(12)* Morzka relicta Spitkonis de Kampanow cum Michalc. de Grabe term. peremp. post Stanisl. — *(13)* Paschco de Bedlno cum Przibc. de Grodzina term. secund. pro V mar. — *(14)* Paschco predict. cum Marciss. de Grodzina term. secund. pro L mar. — *(16)* Nicol. Moticzka de Gori cum Zegotha vexillif. de Dupp. term. peremp. — *(17)* Adam de Methnow cum IV kmet. de Benczicz term. peremp. post Stanisl. — *(18)* Jaschco Buczinski confessus capell. contra Marciss. de Chronow, term. — *(19)* Josman iud. cum Joh. et Jacuss de Suchdol term. peremp. concit. post Letare. — *(20)* Hossman predict. cum Zauiss. de Kowale term. peremp. concit. post Letare. — *(21)* Ossman iud. cum Kather., relicta Hanconis de Chelm, term peremp. post Letare. — *(22)* Ossman de Crac. iud. cum Petrass. de Kamen term. peremp post Letare. — *(23)* Ossman iud. cum Zegotha vexillif. de Dupp term. peremp. post Stanisl. — *(24)* Margar. Johannis institrix de Crac. cum Petrass. Rpischca castell. Wislic. term. peremp. pro XI mar. capital. pec. et damp.,

term. curie. — *(25)* Kather. Hanconis de Chelm cum Nemerza de Przibislauicze term. secund. post Letare pro fideiussoria pro panno. — *(26)* Miczek de Chodinicz confessus capell. contra Sbischc. de Maczeyczouicz, term. =Dimissus= (z. p.). — *(27)* Kather. relicta Hanconis de Chelm cum Stanczik. de Grodek term. — *(28)* Philip. de Mislouicze cum Jaschc. de Zarnowicza term. peremp. post Pascha ita, quod Jaschco conparere debet personaliter in term. predicto. — *(29)* Magdalena Thomconis kmet. de Poramba cum Greg. de Sosnka term. secund. pro II tunic. valentib. II mar., et pileo. — *(32)* Wichna relicta Zegote de Poramba cum Greg. de Sosnka term. peremp. — *(33)* Stachna relicta Nicolai Glamb de Carstnicza cum testib. term. peremp. contra Petr. de Marczinouicze. – *(34)* Abbatissa et conuent. Sanctimonialium s. Andr. de Crac. cum Miczk. de Golcza, Miczk. Zelasni de Sczechouicz, Msczischc. de Nowawess et Wencesl. ibid., Nemsta de Slawoschouicz term. peremp. post Stanisl. — *(35)* Smerlin iud. cum Kmitha de Wisnicze term. peremp. post d. Cinerum. — *(36)* Smerlin iud. cum Jaschc. Rey de Schumsko term. peremp. post Stanisl. — *(37)* Smerlin cum Prand. Mischca de Neprzeschna term. secund. pro debito. — *(38)* Dersl. Karwaciani de Janouicze cum Kather. relicta Woythconis de Przechodi et kmet. ipsius ibid. term. secund. pro capite. — *(39)* Kather. Raschiczina cum Dersl. et (Jaschc). Jacuss. de Belsow term peremp. post Conduct. Pasche. — *(40)* Wroczsl. de Woyslauicze cum Wischc. de Czudzinouicze term. peremp. post Ciner. — *(41)* (Pelka Gorka de) Miczek de Zagorze cum Jacuss. palat. Sirad. de Koneczpole term. peremp. — *(42)* Episc. Crac. cum Jacuss. Forstek de Grzibowa term. concit. — *(43)* Bodzantha de Modlnicza cum Miczk., Swantosl. de Modlnicza cum Slawc. de Mloschowa term. secund. pro hered. in Modlnicza, et cum Slawc. pro pratis. — *(44)* Wencesl. de Marczinouicze cum Dersl. et kmetonib. de Marczinouicze term. peremp. post Letare; Dersl. et kmetones causam comiserunt Mathie de Jurzicouicze. — *(45)* Imram Czulicziczski senior cum Pusdrone de Raczslauicze term. post Letare ad idem faciend. — *(46)* Prepos. Mechov. cum Imramo predicto de Czulicze term. post Letare ad idem faciend. — *(47)* Jacob. de Sbilutouicze cum Adam de Podolani et Boguss. wlodar. ipsius ibid. term. peremp. post Letare. — *(48)* Jaschco de Methnow cum Joh. de Racziborsko term. ad vidend. — *(49)* Wirzchosl. de Sedliscza cum Laur. de Zabawa term. ad. coll. — *(51)* Kather. Mathie carpentarii de Crac. cum Milota de Chodinicz term. secund. pro VIII scot et malis verb. — *(52)* Czczik de Strzelecz cum Mirosl. et Nicol. de Zarogow term. peremp. post Ciner. =Concordauerunt.= (z. p.) — *(53)* Jacuss. Belsowski cum Halska relicta Sagnei de Sworczow term. peremp. post Letare, ita, quod in eod. term. pro VI mar. capit. pec. et totid. damp. sine dilac. cônparebit. — *(54)* Smerlin iud. Crac. cum Wencesl. de Marczinouicze term. peremp. post Ciner. — *(55)* Ossman iud. Crac. cum Jaschc. et Miczc fratrib. de Falcouicz term. peremp. post Pascha. — *(56)* Osman iud. cum Wencesl. de Marczinouicze term. peremp. — *(57)* Osman cum Swanch. de Parcz term. peremp. post Letare. — *(58)* Osman cum Steph. de Przeczlauicze term. term. peremp. post Stanisl — *(59)* (Drobni iud.) Petrass. Glasz de Luczianouicz cum capell. term. secund contra Drobni. — *(60)* Osman iud. cum Miczk. de Zagorze term. peremp. — *(61)* Margar. relicta Iliconis de Neschcouicz cum Jurc. de Bernaschow term. secund. post Letare pro kmet. — *(62)* Sandka uxor Johannis de Racziborsko causam marito commisit, quam habet cum Jaschc. et uxore ipsius de Methnow. — *(63)* Prand. de Neprzesna cum Stanczic. de Grodek term. peremp. — *(64)* Imram senior de Czulicze cum Nynota, Paschc., Andr., Nicol. et XIIII$^{or}$ kmet. term. peremp. post Pascha. — *(65)* Andr. de Dulowa cum Miczk. ibid. term. secund. post Stanisl. pro vadio. — *(67)* Jaschco Sobolowski confessus capell. contra Jaschc. de Falkouicze, term. — *(68)* Mart. procurator. Sanctimonialium s. Andree de Crac. cum Janka Milote de Dobrowicza term. peremp. post Conduct. Pasche in Xansz pro granicieb. inter Rokithno et Dobrowicza. — *(69)* Nÿnotha de Karnow cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. post Ciner. pro debito iudaico. — *(70)* Margar. Johannis de Neswoyouicze cum fratrib. suis de Zamboczin term. peremp. ad coll. — *(71)* Jaschco de Wirzbno cum Msczischc.

de Kowale term. peremp. — *(72)* Laur. de Negoschouicz cum Petro ibid. term. peremp. ad concord. — *(73)* Jacuss. de Zandow cum Swanch. de Parcz term. peremp. post Letare ad concord. — *(74)* Nicol. familiar. Msczugii de Trzewlin cum Wroczsl. de Woyslauicze term. peremp. post Ciner. — *(75)* Josman iud. cum Wirzchosl. de Sedliscz term. peremp. post Stanisl. pro debito Miczkonis de Ossow. — *(76)* Strasch de Coszczelnik confessus capell. contra Greg. institor. de Crac., term. — *(77)* Stanisl. kmetho de Doyasdow cum Petrass. de Luczianouicze term. peremp. post Stanisl. — *(78)* Petrass., pater Petrassii de Luczianouicz, cum Stanisl. procuratore d. Petrassii de Doyasdow term. peremp post Stanisl. — *(79)* Petrass. filius Petrassii de Luczianouieze cum Woytk kmet. de Doyasdow term. peremp post Stanisl. — *(80)* Petrass. filius Petrassii de Luczianouicz cum Stanisl. procurat. Petrassii de Doyasdow term peremp. post Stanisl. — *(81)* Jaschco de Sandzischouicze cum Nicol. de Podgrodze term peremp. per term. — *(82)* Petrass. de Vlina cum Doroth. Gregorii ibid. term. peremp. post Ciner. — *(83)* Petrass. de Vlina cum Joh. Porko de Krziszcouicz term. peremp post Ciner. — *(85)* Andr. de Wanszirow cum Dersl. ibid. term peremp. ad concord. — *(86)* Joh. de Chodow confessus capell. contra Wencesl. de Marczinouicze, term. curie pro XII mar. fideiussorie in iudea et pro damp — *(87)* Marciss. de Raczechouicz cum Laur. Odon de Cerzow term. peremp. — *(88)* Marciss. de Raczechouicze cum Jaschc. de Sobolow term. peremp. — *(89)* Margar. relicta Johannis de Wanczslauicze iurabit, prout debuit hodie iurare, contra Franc. kmet. de Zagorzicz. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(90)* (Niclos braseator de Crac.) Stibor. de Drwyen cum Flor. de Knischin term. peremp. — *(91)* Wilczko de Zakrzow cum Joh. de Chodow term. secund. pro CCCC mar. capital. pec. et totid damp. — *(92)* Stibor. de Drwen cum Nicol. de Olelin term. peremp. post Ciner. — *(93)* Stanisl. aduoc. Bochnens. cum Petrass. de Damianicz term. secund. pro II wlneribus: uno liuido et alio cruentato, et pro VI currib. lignorum. — *(94)* Laur. de Cerzow cum Jaschc Brun de Sobolow term. peremp. — *(95)* Jurek de Koczonow cum Stogn. de Czapple term. peremp. post Stanisl. ad concord. — *(96)* (Andr. de Widzdzicze cum Ja) Swanschek de Chronow confessus capell. contra Andr. de Widzdzicz term. =Wszystkich zapisek z 10 Lutego w księdze Cr. IIIa 102.=

### *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 11 Februarii 1400). (Cr. III.).*

**9834.** *(1) (Cr. III p. 1000).* Nota — Marcus de Campe, intercessor Jacussii de Offczary et Petrassy de Vlyna fideiussorum suorum, Nicolaum de ibidem actorem pro frumentis et pro kmetone iure cuasit.

**9835.** *(2)* Nota — Nicolaus dictus Swadzba et Nicolaus filius eius de Banthcouice totam partem hereditatis ipsorum ibidem cum omni iure, dominio et pertinenciis pro X marcis grossorum Stanislao Ognouicz de ibidem vendiderunt et resignarunt, promittentes in forma. — (l. s.; — soluta.).

**9836.** *(3)* Nota — Domina Morzsca de Campanow diuisionem hereditatis, que fuit Budconis in Wanczcouice, in relicta Nicolai ibidem iure obtinuit.

**9837.** *(4)* Nota — Crziwossand de Bilanow totam villam suam, dictam Czarnaporamba, cum omni iure, dominio et pertinenciis, exceptis duabus piscinis ibidem, in XXX marcis pecunie communis Nicolao de Olawyn obligauit tenendum in forma, promittens in forma; Marcus de Bszow et Woytek de Carlin eidem Nicolao fideiusserunt, quod domina uxor dicti Crziwossand in Lelouia, premissa ad ordinandum, debet conparere sub vadio L[ta] marcarum ad terminos proximos.

**9838.** *(5)* Nota — Johannes de Mislimice L[ta] marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum et L[ta] marcas ad secundum festum Natiuitatis Christi, racione dotis post sororem suam, Andree de Carnow genero suo obligauit se soluturum sub caucione dampni. — (l. s.; — soluta).

**9839.** *(6)* Nota — Idem Andreas C marcas dotis et C marcas dotalicii Elizabeth uxori sue in medietate omnium bonorum suorum hereditariorum in Carnow et alias, que nunc ubicunque habet et in posterum habebit ordinando assignauit. =Sola Elizabeth recissit a nota deleta.= (z. p.). — l. s.; — soluit III [grossos]).

**9840.** *(7) (Cr. III p. 101).* Nota — Bernardus de Sczodrcouice et Petrassius de Camen concordiam inter se hincinde fecerunt videlicet ita, quod dictus Bernardus tres partes Wisle et lacuum in Camen debet obtinere, et dictus Petrassius quartam partem eorundem similiter habere debet, dictus vero Bernardus dictos Wislam et lacus per se debet vendere infra tres annos proximos, et predicto Petrassio ex huiusmodi vendicione semper quartam partem pecuniarum debet assignare, lapsis vero dictis tribus annis, iterum dictus Petrassius dictos Wislam et lacus per se per integrum annum quartum debet vendere, et ex eadem vendicione predicto Bernardo tres partes pecuniarum semper habebit assignare. Item ambo consenserunt, quod ibidem piscatores in silua attinencias oportunas wlgariter *na(czyne)ssekÿ* et *Jatÿ* debent facere et excidere sine impedimento aliquorum; et si quis ipsorum eosdem piscatores impedierit, tunc XX marcas incurret. Item eidem Bernardo partem prouentus, que sibi in siluis ibidem a scrophis wlgariter *wegnanicze* cederit, dictus Petrassius tenetur et debet assignare singulis annis sub vadio XX marcarum; et hec concordia inter ipsos in perpetuum sub vadio XX marcarum stare debet — (l. s.; — soluta) — (l. s.; — soluit II [grossos]).

**9841.** *(8)* Nota — Andreas de Carnow tres mansos cum omni iure, dominio et pertinenciis ibidem matri sue ibidem tenendum, utifruendum ad tempora dumtaxat vite sue dimisit, et eadem mater eosdem mansos ab ipso Andrea nunquam habebit alienare. =Sola Beyata recessit a nota deleta.= (z. p.).

**9842.** *(9)* (Nota — Petrassius de Zagorzice IX marcas pro Budcone et uxore eius de Wanczcouice ad hereditatem ibidem domine Morzce de Campanow...)

**9843.** *(10)* Nota — Petrus debitor principalis et Jaschco fideiussor de Lucianouice tres marcas ad diem Carnispriuii proximam Hosmano soluere se astrinxerunt; si non soluerint, tunc III$^1/_2$ marcas tenebuntur, et ulterius per grossum a marca septimanatim usuram dare debent in forma. — (l. s.).

**9844.** *(11) (Cr. III p. 102).* Nota — Swenchna relicta Witi cum filiis suis de Banthcouice docuit per litteras, quod habent propinare ibidem iuxta beneplacitum suum tabernam, contra Nicolaum Barthcouicz de ibidem.

**9845.** *(12)* Nota — Petrassius de Charsnicza tres marcas ad diem Carnispriuii proximam Stachne nuri sue debet dare, et eadem nuris sua sibi medietatem mansi ibidem debet descendere; si vero non dederit tres marcas, tunc eadem Stachna dictam medietatem mansi tenere habebit a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi in obligacione.

**9846.** *(13)* Martinus et uxor eius de Grabowich, quilibet XV penam Barbare de Cracouia et iudicio tantum ac Regalem LXX pro eo, quod eidem Barbarare intromissionem partis hereditatis ibidem acquisitam non dederunt.

**9847.** *(14)* Nota — Imram iunior de Czulice VIII marcas grossorum ad diem Dominicum proximum Johanni Baly canonico Cracouiensi soluere se astrinxit sub pena partis XV et iudicii ac Regali et sub perdicione X marcarum, quas iam eidem dedit.

**9848.** *(15)* Nota — Nicolaus de Banthcouice tres marcas Jacussio Probolo ad diem Carnispriuii soluat sub penis pristinis.

**9849.** *(16)* (Pena — Jacussius de Offczary contumax contra...)

**9850.** *(17)* Pena — Imramus iunior de Czulice penam binam XV Zauissio de Grabouich et iudicio XV pro duplici vituperio.

a. *(22) (Cr. IIIa p. 45).* Pena — Imram iunior de Czulicze penam binam XV Zauissio de Grabouich et iudicio XV pro duplici vituperio.

**9851.** *(18)* Idem Zauissa nobilitatem suam contra dictum Imramum per litteras tres conpurgauit.

**9852.** *(19)* Nota — Idem Imramus eidem Zauissio dicte pene bine per duas marcas infra duas septimanas quaslibet soluat sub pena XV partis et iudicii.

**9853.** *(20) (Cr. III p. 103).* Nota — Wroch de Woyslauice contra Swentoslauam relictam Jaschconis Zelasny de Gorzcow littera docuit, quia habet LX marcas grossorum in hereditate obligata ibidem dicti Jaschconis, et habet eandem hereditatem idem Wroch in eisdem pecuniis, LX marcis, tamdiu [tenere], donec sibi eedem LX marce fuerint per aliquem proximiorem dicti Jaschconis persolute.

**9854.** *(21)* Imram iunior de Czulice duas marcas acquisitas Mathie sartori de Cracouia ad terminos proximos soluet sub pena iudicii.

**9855.** *(22)* (Pena) — Jaschco de Wirzbno contumax contra Wenceslaum de Marcinouice in termino curie pro IIII$^{or}$ principalis pecunie et totidem dampni marcis. =Indulsa pena; W[enceslaus] camerarius delere mandauit.=

a. *(26) (Cr. IIIa p. 45).* Pena — Jaschco de Wirzbno contumax contra Wenceslaum de Marczinouicze in termino curie pro IIII$^{or}$ marcis principalis pecunie et totidem dampni.

**9856.** *(23)* Pena — Johannes de Winary actor contumax contra Czaslaum de Sczepanow pro molendino, pro prato, pro laneo (ibidem) in Mocrzesca.

a. *(27)* Pena — Johannes de Winari actor contumax contra Czaslaum de Sczepanow pro molendino, pro prato, pro laneo in Mokrzeschca.

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 11 Februarii 1400). (Cr. IIIa).*

**9857.** *(2) (Cr. IIIa p. 43).* Juramentum — Pelka de Maslomancza iurare debet contra Sigismundum de Rudno, sicut ipsius est agrum (s), dictum *nywa*, in Maslomancza circa montem ex opposito prati prepositi; terminus ad terminos proximos post Pascha.

**9858.** *(3)* Nota — Ossman iudeus cum Machna, relicta Dziuissy de Przeczlauicze, concordauerunt; tantum eandem de terminis dimisit.

**9859.** *(4)* Testes Margarethe Dziuissy de Woyslauicze: Wroczslaus de Woyslauicze, Jacussius de Bobrowniki, Stanislaus filius Jacussii de Bobrowniki, Derslaus dictus Riss de Seczechouicze; — Rota: *Jako wyemi isswadczimi, esz Jan mansz Margorzanczin dal naswoy dzelniczi na dzedzine Woyslauiczech szta X grziwen dlya wyana swey szenyc* Margarethe; terminus ad colloquium proximum, si celebrabitur, et si non celebrabitur, tunc ad terminos proximos post diem sancti Stanislai.

a. *(29)* Pena — Wroch de Woyslauicze contumax in termino peremptorio contra Wischconem de Czudzinouicze pro eo, quod ipsius Wrochonis familiares receperunt tunicam et securim hominibus Wischkonis antedicti.

**9977.** *(27)* Pena — Mater Imrami de Czulicze contumax in termino concitato contra dominum Johannem album canonicum Cracouiensem pro sex marcis racione decime in Wronin.

a. *(31)* Pena — Mater Imrami predicti de Czulicze contumax in termino concitato contra predictum dominum Johannem canonicum pro sex marcis racione (milei) decime in Wronino.

**9978.** *(28)* Pena – Imram iunior de Czulicze penam XV iudicio et XV domino Johanni albo canonico Cracouiensi ac LXX regi, quia eidem domino Johanni pro hiis, pro quibus se inscripserat minime satisfecit; Boguta officialis recognouit concitasse eundem.

a. *(33) (Cr. IIIa p. 60).* Imram iunior de Czulicze penas XV iudició et XV domino Johanni albo, canonico Cracouiensi, ac LXX regi, quia eidem domino Johanni pro hiis, pro quibus se inscripserat, minime satisfecit; Bogutha officialis recognouit concitasse eundem.

**9979.** *(29)* Pena — Imram predictus penam XV iudicio et XV Nicolao Zawisy de Grabouich, quia eidem II marcas, prout se soluturum inscripsit, non exsoluit.

a. *(40)* Pena — Imram predictus XV iudicio et XV Nicolao Zawisy de Grabouich, quia eidem II marcas, prout se inscripsit, non persoluit.

**9980.** *(30)* Pena — Michael molendinator de Lapczicza contumax contra Johannem molendinatorem de Bochna pro X marcis fideiussorie et pro dampno.

a. *(32) (Cr. IIIa p. 59).* Pena — Michael molendinator de Lapsczicza contumax contra Johannem molendinatorem de Bochna pro X marcis fideiussorie et pro dampno.

---

[1]) Tę i 5 następnych zapisek wciągnął do księgi Cr. III pisarz księgi Cr. IIIa.

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 10 Marcii 1400). (Cr. IIIa).*

**9981.** *(4) (Cr. IIIa p. 57).* Littera — Jacussius de Suchdol litteram ponat maioris negocii de iudicio Wisliciensi, videlicet pro hereditate Suchdol, contra Wirzchoslaum de Gorka; terminus ad terminos proximos de iudicio Wisliciensi datus pro *wstecz* ad Wanchniconem camerarium domini iudicis videlicet, quod predictus Jacussius de Suchdol agebat contra Wirzchoslaum predictum de Gorka seu Mosgawa, quod vituperaret litteram domini Regis dicens, quod esset mala littera regalis et ex hoc pateretur L marcas dampni; pro qua vituperacione receperunt se ad Wanchniconem predictum pro *wstecz* ad recognoscendum inter ipsos.

**9982.** *(9)* Testes Nicolai dicti Swadzba de Bandcouicz contra Stephanum filiastrum suum de ibidem: Nicolaus Woyaczouicz de Radwanouicz, Nicolaus Adamcouicz de Bandcouicz, Nicolaus Dobroslauouicz de Bandcouicz, Stanislaus Withcouicz de Radwanouicz, Martinus de Radwanouicz, Mathias filius Nicolai Ogen de Bandcouicz; — Rota: *Jako wyemi ysswadczimi, esz dzedzina, o yansz klopocze Micolaya Sczepan, yest Mikolayowa prawa, a Sczepan kneÿ niczs nyeyma;* terminus ad terminos proximos.

**9983.** *(28) (Cr. IIIa p. 59).* Nota — Prandota Sanspow obligauit se soluturum X marcas latorum grossorum Pragensium ad terciam diem post Natiuitatis Domini [festum] proxime venturum Jacussio de Owczari, quas X marcas predictus Jacussius eidem mutuo accomodauit et concessit, et si predictas X marcas non solueret ad diem predictam, extunc dampnum, quodcunque idem Jacussius incurreret racione non solucionis predicte, soluere promisit Prandota memoratus, presentibus nobilibus viris Swantoslao de Kamen, Nicolao de Rzeplin, Zawissio de Grabouich, heredibus, et aliis quampluribus testibus.

**9984.** *(30)* Pena — Imram iunior et mater eius de Czulicze contumaces in termino concitato cotra dominum album canonicum Cracouiensem pro hiis, pro quibus idem Imram se inscripsit soluturum; Boguta officialis recognouit se (eosdem) eundem concitasse. =Reuocatur, quia penas incurrit maiores = (z. p.).

**9985.** *(35) (Cr. IIIa p 60).* Nota — Andreas de Michalczouicz si non concordabit cum predicto Jacussio [de Belsko], tunc soluere debet per quamlibet septimanam per (duas) unam marcam, et debet incipere solucionem predictam infra hinc per IIII^or^ septimanas, usque IX marcas exsoluet; et idem Andres debet restituere kmethonem cum omnibus rebus et familia ac peccoribus Jacussio memorato sub pena LXX^ta^ regi et ipsi Jacussio XV.

**CCCXX. Uwaga.** *(1)* Franczek de Janouicze cum Jacuss. de Owczari term. peremp. — *(2)* Jachna, uxor Johannis de Sarbe, actrix confessa capell. contra Joh. de Langanow, term. (z. p.). — *(3)* Swanthosl. de Modlnicza cum Petrass. de Przibislauicze term. peremp. — *(5)* Halska Jaschconis de Falcow cum Joh. de Langanow term ad vidend. (z. p.).— *(6)* Halska Jacussii de Dulowa cum Barthol. de Wilczkouicz term. peremp. — *(7)* Ostrobod et Flor. de Negouanicz cum Episc. Crac. term. ad coll. pro XX mar. vadii. — *(8)* Barthol. de Marchoczicz cum Elena de Modlnicza, matre Bodzanthe, term. peremp. — *(10)* Prepos. Mechouiens. cum Nicol. de Wola term. peremp. post s. Stanisl. — *(11)* Wencesl. de Marczinouicze cum Nicol. de Mothchouicz term. peremp. — *(13)* Joh. de Langanow cum Jaschc. de Falcouicze term. peremp. — *(14)* Nicol. de Olelin cum Wencesl. de Marczinouicze term. ad coll. concit. — *(21)* Smerlin iud. litt. ponat pro debito contra Wencesl. de Marczinouicze. — *(34)* Jacuss. de Belsko cum Andr. de Michalczouicz term. peremp. post Pascha ad concord. uel idem faciend. — *(36)* Pechna relicta Franczkonis de Owczari recognouit se teneri III$^1/_2$ mar. Petrassio de Przibislauicze, et non debet eundem Petr. euadere aliqua prescripc. =Wszystkich zapisek z 10 Marca w księdze Cr. IIIa 40.=

*Acta in Cracouia feria tercia post Oculi, termini contimati fuerunt (d. 13 Martii 1400). Alis positi sunt ad duas septimanas proximas. (Cr. III).*

**9986.** *(Cr. III p. 116).* Nota — Michael de Chechel duas marcas ad terminos proximos sub pena XV et mediam marcam ad alios terminos sub pena XV Ostrobodoni de Negowancza obligauit se soluturum.

**9987.** Nota — Jacussio de Dymyn decreta est intromissio hereditatis in Corabnyky Stanislai Jelitco in acquisitis pecuniis et dampnis, in libro presenti contentis, recipiendum, habendum et tenendum.

**9988.** Nota — Wlodco de Cosczelecz XVI marcas et XIX scotos ad festum Pentecosten proximum Johanni Spiczimir de Cracouia obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc tantum super tenebitur ad soluendum.

**9989.** Nota — Andreas, heres de Carnow, duos kmethones suos in ibidem, videlicet Adam et Gregorium Slotco, in XV grossorum Pragensium et XV quartensium marcis Sangneo de Negossouice obligarunt tenendum in forma, promittentes in forma, et ibidem debent esse V marce redditus. — (l. s; — soluta, quod camerarii receperunt).

**9990.** Nota — Datur terminus ad interrogandum inter Wlodconissam et inter Stanislaum Gamrak(s) super eo, quia Jacussius procurator dicte Wlodconisse coram iudicio dixit: hic sunt testes domine mee, detur ministerialis ad audiendum ipsos; et postea idem procurator circa crucem terminum infirmitate ex parte dicte domine continuauit, ut Stanecz officialis recongnouit.

**a.** *(33) (Cr. IIIa p. 63).* Nota — Datur terminus ad interrogandum inter Wlodconissam et inter Stanislaum Gamrath pro eo, quia Jacussius procurator Wlodconisse coram iudicio dixit: hic sunt testes domine mee, detur ministerialis ad (videndum) audiendum ipsos; et postea idem procurator circa crucem terminum infirmitate ex parte dicte domine continuauit, ut Stanecz officialis recognouit; terminus ad terminos proximos.

**9991.** *(Cr. III p. 117).* Nota — Helena, relicta Johannis de Czulice, V grossorum Pragensium et tres pecunie communis marcas ad festum Pasce proximum, ac duas marcas quartensium ad diem sancti Stanislai proximam domino Johanni Baly canonico Cracouiensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc idem dominus Johannes ipsam pro omnibus prius in libro contentis impingnorare habebit, uel intromissionem hereditatis ibidem recipere sine omni iure tenebitur.

**9992.** Nota — Smerlin iudeus Cracouiensis debitum suum duarum marcarum et usuram per grossum a marca septimanatim cretam iuxta datam littere sue in Wenceslao Broda de Marcinouice iure obtinuit; expediat ad terminos proximos sub pena iudicii et Regali.

**9993.** Nota — Nicolaus de Zagorze XXXIIII^or grossorum et dampnum iudaicum in domino Jacussio de Coneczpole, palatino Siradiensi, iure obtinuit, quia idem dominus Jacussius terminum per negocium regale disposuit per nuncium, et litteram regalem non reposuit.

**9994.** Nota — Wirzbanta de Racziborzany, Jacussius de Costrzice et Paschco de Janouice, fideiussores pro Prandota de Tynecz fratre ipsorum fideiubentes, XVI marcas grossorum tercia die proxima ante Natiuitatem Christi Wilczconi de Zacrzow obligarunt se soluturos; si non soluerint, tunc quilibet tantum super soluere tenebitur, nulla obligacione euadendo.

*Acta in Cracouia feria tercia post Dominicam Oculi, termini continuati fuerunt (d. 23 Martii 1400); et alii prorogantur per duas septimanas videlicet feria tercia post Judica. (Cr. IIIa).*

**9995.** *(18) (Cr. IIIa p. 62).* Littera — Jacussius de Suchdol litteram secundam ponat maioris negocii iudicii Sandomiriensis contra Wirzchoslaum de Gorka.

**9996.** *(19)* Testes Katherine Jaschconis de Methnow contra Slaschconem de Raczziborsko: Petrassius de Boleszczicz, Philippus de Mislouicze, Andreas de Sandzischow, Bodzantha de Modlnicza, Nicolaus Chechlek de Solcza, Wischco de Sassinowawola; — Rota: *Jako wyemi y sswadczimi, esze (wyemi y ssv) czso Slasch przedal de szupi las, (tego) ktemv pani Soleczska yma prauo czwartey czansczi*; terminus ad terminos proximos.

**CCCXXI. Uwaga.** *(1)* Jacuss. de Owczari cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. — *(2)* Petr. kmeto de Vneow cum Crzesslao rectore Eccl. de paruo Xansz, herede de Swoyczani, term. secund. pro II bob. — *(3)* Petr. kmeto de Vneow cum Beata, relicta Nicolai de Chleuiska, term. secund. per term pro XV capeciis, X tritici et V silig. — *(4)* Christ. de Stradow cum Nicol. de Lubcza term. secund. pro X mar. capital. pecunie fideiussorie et usura. — *(5)* Nemerza canon. Crac. actor cum testib. contra Petrass. de Marczinouicz term. peremp. post Trinit. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(6)* Jaschco Lanschowski cum Fenka, relicta Dersconis de Tursko, et Pelca filio ipsius term. peremp. — *(7)* Jarosl. de Lagewnikÿ molendinat. cum Halska relicta Smilonis de Belczicz term. peremp. — *(8)* Nicol. Zawissy de Grabowich cum Joh. de Blandow term. secund. pro alodio in Blandow. — *(9)* Woythco de Karlin cum Strzechna Miculonis de Bala term. peremp. — *(10)* Staschco aduoc. Bochnens. cum Petrass. de Damianicz term. peremp. — *(11)* Philip. de Brzesini cum Adam de Trzebol term. peremp. concit. post Stanisl. — *(12)* Math. Rokitha de Brodow cum Zaklica de Korzkwa term. secund. pro LX mar. capital. pecunie et pro XX mar. damp. — *(13)* Franczek de Crac. cum Jacuss. de Owczari term. peremp. — *(14)* Joh. de Chodow litt. maioris negocii de iudicio Wisliciensi ponat contra Wilczk. de Zakrzow. — *(15)* Jaschco Sobolowski confessus capell contra Jaschc. de Buczina, term. curie pro debito iudaico. — *(16)* Laur. kmetho de Rudki cum Petrass. de Lawschow et filio ipsius Nicol., ac cum 3 coadiutorib. term. peremp. pro XLVI wlnerib. — *(17)* Joh. de Pogwisdow cum predictis Petrass. et Nicol. filio ipsius et coadiutorib. term. peremp. — *(20)* Barthol. de Marchoczicz cum Elena, matre Bodzante de Modlnicza, term. peremp. — *(21)* Halska Jaschconis de Falcow cum Joh. de Langanow term. ad coll. — *(22)* Joh. de Langanow cum Jaschc. de Falcow term. ad coll. — *(23)* Bodzanta de Modlnicza cum Slawc. de Mloschowa term. peremp. — *(24)* Bodzantha de Modlnicza cum Swanthosl. ibid. term. peremp. — *(25)* Bodzantha de Modlnicza cum Miczc. ibid. term. peremp. — *(26)* Mart. de Methnow cum Jaschc. de Sandzischow term. post Stanisl. — *(27)* Ossman iud. Crac. cum Bodzanta de Modlnicza et Elena matre ipsius term. peremp. post Conduct. Pasche. — *(28)* Dom. Vitus magister Hospitalis intercessit per procurat. suum, Jaschconem, de Polaninouicz, kmetones suos de Wronin pro viis contra Mart. procurat. Zauissy de Sedliscza. (z. p.). — *(29)* Kusiel iud. Crac., filius Ossmani, cum Sbign. de Grothcouicz term. peremp. post Conduct. Pasche. — *(30)* Miczko de Podgrodze cum Jaschc. de Sandzischow term. secund. pro hered. in Podgrodze. — *(31)* Miczek de Plechow cum Miczk., Andr., Petro heredib. de Kiani term. per term. ad concord. — *(32)* Ossman iud. cum Nicol. de Zagorze term. peremp. — *(34)* Mirosl. de Zarogow litt. ponat de iudicio Radomiensi super X mar. contra Margar. de Sdzeslauicze et filium ipsius Dersl., term. — *(35)* Nasthca, relicta Staschconis de Wanszirow, et pueri sui cum Dersl. ibid. term. post Conduct. Pasce ad concord. alias ad idem faciend. — *(36)* (Wencesl. de Marcinouicze) Jaschco de Vlina cum testib. contra Nasthcam ibid. term. peremp. post Conduct. Pasce. — *(37)* Petrass. Vlinski cum Joh. de Krziszcouicze term. post Conduct. Pasce, in quo term. Joh. iurabit, quod vera infirmit. die terminor. infirmaretur. — *(38)* (Jasch. Wirzbantha) Paschco de Landskorona cum Marciss. de Grodzina term. peremp. post Trinit. — *(39)* Paschco de Lanczcorona cum Przibc. de Grodzina term. peremp. post Trinit. =Wszystkich zapisek z 23 Marca w księdze Cr. IIIa 39.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 24 Martii 1400). (Cr. III.).*

**9997.** *(1) (Cr. III p. 117).* Nota — Nicolao de Zagorze datus est Spak officialis ad concitandum dominum Jacussium de Coneczpole pro XXXIIII^or marcis grossorum et pro dampno.

9998. *(2)* Nota — Johannes, Thomas et Nicolaus filii Miczconis Werzynk, heredes de Gardlicza, diuisionem talem perpetuam pro hereditatibus ipsorum omnibus inter se fecisse hincinde congnouerunt, videlicet ita: dicto Johanni pro sua porcione villa tota Gardlicza et tota pars hereditatis in alia Gardlicza cesserunt; Thomconi vero villa tota Cocotow cum omni iure cessit; et predicto Nicolao fratri tercio, tota villa Sledzenice et medietas tota hereditatis cum omni iure in Trzemesna pro eius sorte aduenit; hiidem se ipsos de vadio et fideiussores ipsorum inter se liberos dimittentes dictam diuisionem perpetuo obseruare inviolabiliter [obligarunt], et iidem omnes debita sua communiter, que fuerint, habent soluere. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

9999. *(3)* Nota — Nicolaus Jaswecz de Crziscouice Gregorium de Grzegorzouice pro dampno habito racione X marcarum et unius fertonis iure euasit actorem.

10000. *(4)* Nota — Nicolaus de Lucice XI marcas grossorum *hysczini* et XI marcas dampni in Petrassio de Budzeyouice iure obtinuit eiusdem fassione. — Idem Petrassius eidem Nicolao dictas XI marcas *hysczini* ad terminos proximos sub pena partis et iudicii, et de dictis XI marcis dampni per duas marcas ad quoslibet terminos soluat sub pena partis XV et iudicii XV successiue.

10001. *(5)* Procurator — Woytek kmetho de Sladow causam Slawniconi, suo domino, contra Nicolaum, de ibidem heredem, commisit, procuratorem faciendo.

10002. *(6)* Pena — Elizabeth de Scorczow contumax in termino concitato contra Grzimalam de Cracouia pro IX marcis debiti.

a. *(9) (Cr. IIIa p. 64).* Pena — Elizabeth de Scorczow contumax in termino concitato contra Grzimalam de Cracouia pro IX marcis debiti.

10003. *(7)* Pena — Gregorius de Sosnca contumax in termino concitato contra Magdalenam de Poramba (et pro aliis contentis) pro duobus bobus et pro contentis in libro, et contra Vichnam similiter pro duobus bobus; Martinus officialis ad pingnorandum.

a. *(8)* Pena — Gregorius de Sosnka contumax in termino concitato contra Magdalenam de Poramba pro duobus bobus et pro contentis in libro, et contra Stachnam similiter pro duobus bobus; Martinus officialis ad pignorandum.

10004. *(8)* Pena — Pechna, relicta Franczconis de Offczary, contumax in termino curie contra Hosmanum iudeum pro III$^{1}/_{2}$ marcis debiti principalis et pro usura per grossum a marca septimanatim sex annis iuxta litteram creta; Petrus Warmusz officialis terminum curie recognouit.

a. *(7)* Pena — Pechna relicta Miczconis de Owczari contumax in termino curie contra Ossmanum iudeum pro III$^{1}/_{2}$ marcis principalis debiti et pro usura per grossum a marca; Warmusz officialis terminum curie recognouit.

10005. *(9)* Pena — Michael nunc de Stanislauice molendinator, alias de Lapczicza, contumax in termino concitato contra Mathiam, filium Johannis molendinatoris de Damyanice, pro X marcis principalis [pecunie] et pro dampno.

a. *(10)* Pena — Michael nunc de Stanislauicze molendinator, alias de Lapsczicza, contumax in termino concitato contra Mathiam filium Johannis molendinatoris de Damianicze pro X marcis principalis [pecunie] et pro dampno.

10006. *(10) (Cr. III p. 119).* Pena — Imram iunior de Czulice contumax in termino concitato contra Nicolaum Zauissam de Grabouich pro omnibus rebus et pro omnibus penis in libro contentis; Stanecz officialis recognouit concitasse in curiam iudicii, videlicet pro pena IIII$^{or}$ XV, XL marcis, IIII$^{or}$ cruentatis et II$^{bus}$ liuidis wlneribus.

a. *(11) (Cr. IIIa p. 65).* Pena — Imram iunior de Czulicze contumax in termino concitato (pro) contra Zawissam de Grabouich pro omnibus rebus, penis in libro contentis; Stanecz officialis recongnouit concitasse eundem.

**10007.** *(11)* Nota — Wroch de Woyslauice IIIIor marcas pecunie communis pro equo Nicolao Noss, seruitori suo, ad festum Pentecosten proximum obligauit se soluturum sub dampni cuiuslibet caucione.

**10008.** *(12)* Nota — Wenceslaus de Dzecanouice X marcas pecunie communis pro Thomcone de Knyssyn tercia uel quarta die post diem sancti Stanislai proximam fideiubendo Stiborio de Drwen obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc *yscze* XX marcas tenebitur ad soluendum; idem Tomco eidem Wenceslao, fideiussori suo, se similiter obligauit; et dictus Stiborius ipsum in eisdem pingnorare habebit; et idem Wenceslaus ipsum Thomconem similiter sine ministeriali.

**10009.** *(13)* Nota — Florianus de Knyschin XXXIIIIor marcas et VIII scotos grossorum Pragensium ad diem sancti Thome proximam (Derslao) Stiborio de Drwen obligauit se soluturum sub dampni caucione. — (l. s.).

**10010.** *(14)* Nota — Thomco de Knyschyn XXVI marcas et XVI scotos grossorum Pragensium ad diem sancti Thome proximam (Derslao) Stiborio de Drwen obligauit se soluturum dampni cuiuslibet sub caucione. — (l. s.).

**10011.** *(15)* Nota — Nicolaus et Stanislaus fratres germani, heredes de Corabnyky, X marcas pecunie communis ad diem sancti Johanni Baptiste proximam racione certi debiti Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi usuram per grossum unum a marca qualibet septimanatim de eisdem X marcis soluere tenebuntur tamdiu, donec principale persoluerint. =Solutum est per totum.= (z. p.).

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 24 Martii 1400). (Cr. IIIa).*

**10012.** *(1) (Cr. IIIa p. 64).* Swantoslaus de Modlnicza cum Jarzoncone de Przibislauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**10013.** *(2)* Littera — Pacossius de Xangnicze litteram, quam hodie debuit ponere, ponat ad terminos proximos post Pasca, iudicii Wisliciensis, contra Niclosonem de Cracouia.

**10014.** *(3)* Iuramentum — Slawnik iurabit, prout debuit hodie iurare, contra Nicolaum fratrem de Sladow ad terminos proximos in hec verba, quod idem Nicolaus veniens metsecundus in domum ipsius Slawniconis secuit hostium circa stabulum, et cathenam ac truncellum recepit violenter.

**10015.** *(4)* Intercessio — Dobco de Wirzbno statuere debet dominum Johannem plebanum Woyniciensem intercessorem contra Martinum de Goschicze pro VI decimis receptis in districtu Beczensi, terminus peremptorius ad terminos proximos post sancti Stanislai tempore mensis May.

**10016.** *(5)* Ossman iudeus Cracouiensis cum Wenceslao Broda de Marczinouicze terminum concitatum habent ad terminos proximos post Conductum Pasce.

**10017.** *(6)* Ossman cum Johanne de Morauicza terminum concitatum habent peremptorium ad terminos proximos.

**10018.** *(12) (Cr. IIIa p. 65).* Nota — Swantoslaus Camenski recognouit se teneri X marcas grossorum latorum Pragensium Jacussio de Owczari numeri Polonicalis, quasquidem X marcas predictus Swantoslaus eidem Jacussio soluere se astrinxit tercia die post diem Natiuitatis Domini nunc proxime venturam; et si predictas X marcas ad diem predictam non exsolueret, extunc IIIIor kmethones in Damianicze in obligacione, videlicet in X marcis, eidem Jacussio dare debet et debebit; eciam si eosdem IIIIor kmethones in obligacionem non daret, tunc quodcunque dampnum idem Jacussius incurreret, hoc esset ipsius Swantoslai.

*Acta in* C r a c o u i a *feria tercia proxima post Dominicam Iudica, termini continuati fuerunt (d. 6 Aprilis 1400), alii positi sunt ad IIII^or septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10019.** *(1) (Cr. III p. 119).* N o t a — Marcissius, heres de Olpice, XVI marcas grossorum Pragensium, nulla pecunia euadendo, ad diem sancti Nicolai proximam, pro domino Jacussio palatino Siradiensi fideiubendo, Petro Mansso de Bolescice obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi totam partem hereditatis ibidem in Olpice cum omni iure et pertinenciis obligare tenebitur, et si sibi partem hereditatis suam non obligauerit, uel ipsum alia pecunia euaserit, tunc sibi XXX marcas tenebitur ad soluendum. Item quidquid dampni idem Petrus in dicta parte hereditatis ipsius Marcissy tam in gagiis, quam in aliis rebus fecerit, pro hoc ipsum Petrum idem Marcissius impedire non habebit.

**10020.** *(2) (Cr. III p. 120).* Margareta, relicta Stephani Panchirz, et Franczek filius eius de (Cracouia) Brzesze totas partes hereditatum ipsorum ibidem in Brzesze et in Vyasd cum omni iure, dominio et pertinenciis pro LX marcis grossorum Pragensium et pro villa Berwald sita in terra O s w a c z i m i e n s i, hereditatem pro hereditate conmutando, vendiderunt et resignarunt, promittentes in forma, domino Johanni castellano Cracouiensi.

**10021.** *(3)* N o t a — Stanislaus heres de Mironycze XIII marcas pecunie communis racione fideiussorie ad festum sancti Nicolai proximum Nicolao de Potrcouice obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi unam marcam redditus ibidem in Mironyce obligare habebit sub dampni caucione.

**10022.** *(4)* N o t a — Dominus Kmyta de Wysnyce XXXIII marcas et XIX ad diem sancti Stanislai proximam domine Anne, relicte Nicolai Bethnar ciuis de Cracouia, soluat, si non soluerit, tunc in eisdem pecuniis inpingnorabitur sine aliqua dilacione iuridice.

**10023.** *(5)* N o t a — Jacussius de Suchdol Wirzchoslaum de Sedlisca pro L^ta marcis, pro quibus eundem ad W i s l i c i a m citabat, et pro *fstecz* liberum in perpetuum dimisit.

**10024.** *(6)* N o t a — Nastce de Rogow omnes penas, quas coram Spitcone olim iudice castri Cracouiensis quomodolibet incurrebat et que sunt s c r i p t e i n l i b r o i p s i u s S p i t c o n i s, domini parcentes indulserunt.

**10025.** *(7)* N o t a — Jaschco de Buczyn IV$^1/_2$ marcas debiti iudaici et dampnum in Jaschcone Brun de Sobolow iure obtinuit, quia idem Brun terminum cum secundo capellano, non habens de iure, per nuncium disponebat.

**10026.** *(8)* Johannes et Mathias de Lencz totam partem hereditatis dictam Syrcza, iure in ipsis acquisitam, Hance filie Martini de Chronow in perpetuum et in totum dimiserunt. — (Eadem memoriale ad terminos proximos soluat).

**10027.** *(9) (Cr. III p. 121).* N o t a — Jacobus de Sbilutouice unum fertonem Mathie de Pstroszice apud plebanum in Bszecz reponat ad VIII [dies] sub pena XV partis et iudicii.

**10028.** *(10)* P e n a — Nicolaus de Adamowa Vola contumax in termino secundo contra Jacussium de Belsko pro XIIII^or marcis et pro dampno; Stanecz officialis. =Non valet, quia erronee scriptum est.= (z. p.).

**a.** *(41) (Cr. IIIa p. 68).* P e n a — Nicolaus de Adamowa Wola contumax in termino secundo contra Jacussium de Belsko pro XIIII^or marcis et pro dampno; Stanislaus officialis clamauit. =Erronea contumacia.= (z. p.).

**10029.** *(11)* P e n a — Michael molendinator de Lapczicza contumax in termino secundo concitato contra Mathiam, filium Johannis molendinatoris de Bochna, pro X marcis fideiussorie et pro dampno; Stanecz officialis.

**a.** *(42)* P e n a — Michael molendinator de Lapczicza contumax in termino secundo concitato contra Mathiam, filium Johannis molendinatoris de Bochna, pro X marcis fideiussorie et pro dampno.

**10030.** *(12)* Pena — Jacussius de Belsco actor contumax in termino secundo contra Nicolaum de Adamowawola reum pro XIIII^or marcis et pro dampno.

**a.** *(43)* Pena — Jacussius de Belsko actor contumax in termino secundo contra Nicolaum de Adamowawola pro XIIII marcis et pro dampno; Stanecz officialis clamauit.

**10031.** *(13)* Pena — Nicolaus Mruk de Wilcouiska contumax in termino primo contra Nicolaum Wangrzynowicz de ibidem pro X marcis et pro valtre.

**a.** *(44)* Pena — Nicolaus Mruk de Wilkouiska contumax in termino primo contra Nicolaum Wangrzinouicz de ibidem pro X marcis et pro waltre.

**10032.** *(14)* Pena — Jacubecz kmetho de Wola Knyschinska contumax contra Gregorium Szwab de Cracouia pro una marca et pro dampno in termino concitato; Stanecz officialis.

**a.** *(45)* Pena — Jacubecz kmetho de Wola Knischinska contumax contra Gregorium Schwab, ciuem Cracouiensem, pro una marca et pro dampno in termino concitato; Stanecz officialis clamauit.

*Acta Cracouie feria tercia post Dominicam Iudica, termini continuati fuerunt (d. 6 Aprilis 1400), et alii prorogantur per (tres) quatuor septimanas. (Cr. IIIa).*

**10033.** *(1) (Cr. IIIa p. 64).* (Ca^us) — Elizabeth, relicta Smilonis de Belczicz, confessa est (Stanislao vicario de Negowecz die terminorum) contra Jaroslaum de Lagewnik; terminus ad terminos proximos =Dimissus per nuncium, Johannem de Winari.=

**10034.** *(4)* Dominus Johannes castellanus Cracouiensis cum Clemente de Paschcouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod hominem ipsius domini Johannis fideiubere mandauit, sciens ipsum dominum Johannem habere ius (proprium) in hereditate. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10035.** *(15) (Cr. IIIa p. 66).* Zaklika de Bala cum Swanchone, Dominico et filio ipsius Mathia Custra, Vito et Klichone, kmethonibus de Srzenawa, terminum secundum habent ad terminos proximos pro violencia, videlicet pro prefossacione fluuii de hereditate propria ad ipsius Zaklicze hereditatem.

**10036.** *(16)* Swantoslaus de Adamouicz cum Swanchone, Dominico et filio ipsius cum Mathia Custra, Vito et Klichone, kmetonibus de Srzenawa, terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod perfossauerunt fluuium ad ipsius hereditatem.

**10037.** *(23) (Cr. IIIa p. 67).* Abbas de Mogila cum Simcone, sculteto de Nawarzicz, terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum ita, quod si non concordarent, tunc idem Simco conparere debet personaliter ad terminos proximos pro duobus bobus valentibus III marcas et pro curru.

**10038.** *(34)* (Ca^us) — Mathias Polak de Cracouia cum Pelka de Wischoczicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos, in quo termino predictus Pelka confessorem suum Jacobum, altaristam de Wischoczicz, statuere debet, cui confessus est die terminorum contra predictum Mathiam Polak. =Dimissus, Stanecz recognouit.=

**10039.** *(39) (Cr. IIIa p. 68).* Nota — Nicolaus notarius generalis terre Cracouiensis fideiubuit duo peccora Krzesslao plebano de paruo Xansz pro kmethone Petro de Vnyeow.

**10040.** *(51) (Cr. IIIa p. 69).* Nota — Niclos aduocatus de Wolwram fideiubuit Stanislao Luskwino de Goloczow et patri ipsius, nomine Miczconi, de ibidem quatuor cum media marcas, quas idem Stanislaus iure acquisiuit in (predicto) Zawisio de Plaza, et pro eodem Zawischa fideiubuit, quasquidem quatuor cum media marcas soluturum se astrinxit ad diem Pentecosten sub pena XV iudicio et ipsi Stanislao XV ac Regi LXX.

**CCCXXII. Uwaga.** *(2)* Wiszco de Czudzinouicz cum Wroczsl. de Woyslauicz term. peremp. ad concord. — *(3)* Stanisl. de Mirouicz cum Femka relicta Sbiguei ibid. term. peremp. post Stanisl. — *(5)* Hanko ciuis de Mislimicz cum Paschc. de Brodow term. secund. pro VIII

mar. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(6)* Woythco de Karlin cum Zaklica et matre ipsius de Bala term. peremp. — *(7)* Zaclika de Bala cum Zaclica de Korzkwa term. secund. pro XXIIII mar. capital. pec. et totid. damp., et pro XVI mar. fideiussor., eciam totid. damp. — *(8)* Math. Rokitha de Brodow cum Zegota de Dupp vexillif. term. secund. pro XII$^1/_2$ mar. capital. pec. et totid. damp. — *(9)* Prepos. Mechov. cum Imramo seniore de Czulicz term. peremp. post Joh. Bapt. — *(10)* Franczek ciuis Crac. cum Jacuss. de Owczari term. peremp. — *(11)* Imram senior de Czulicz cum Jaschc. Pusdro de Raczslauicz term peremp. post Joh. Bap. — *(12)* Idem Jaschco Pusdro causam eand. comisit Mathie de Jurzicouicze. — *(13)* Math. Rokita de Brodow cum Zaklica de Korzkwa term. peremp. — *(14)* Petrass. de Sedlecz cum Pacoss. de Zastampow term. peremp. — *(17)* Nicol. de Podgrodze cum Jaschc. ibid. term. secund. pro hered. in Podgrodze. — *(18)* Petrass. et Nicol. filius ipsius et Nicol sartor de Lawschow confessi capell. contra abbat. Tinciens., term. — *(19)* Petrass. et filius ipsius et Nicol. sartor de Lawschow (confessi capell.) contra Laur. kmet. de Rudki pro XLVI wlnerib., term. — *(20)* Christ. de Stradow cum Nicol. Lowczicz de Lubcza term. peremp. — *(21)* Mirosl. de Zarogow litt. maioris negocii iudicii S a n d o m i r. representare debet ad term., quam hodie ponere debuit, contra Dersl. de Sdzeslauicze. — *(22)* Jaschco Mleczko de Zarnouicza cum abbate de Czirzicz term. peremp. — *(24)* Jaschco Soleczski cum testib. contra Slaschc. de Racziborsko term. secund. — *(25)* Slasch de Racziborsko cum Joh. ibid. term. secund. pro gayo ibid. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(26)* Jacob. de Chronow cum Staschc. ibid. term. secund. pro VII wlnerib. cruentatis et pro maxillac. violenter illatis uxori ipsius Jacobi et filio. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(27)* Jacob. Belsowski cum Halska relicta Sbignei de Skorczow term. peremp. — *(28)* Jacuss. de Owczari cum Zaklica de Korzkwa term. peremp. — *(29)* Nemerza de Przibislauicz iurare debet contra relict. Hankonis de Chelm ad term. post Stanisl. — *(30)* Jacob. de Sbiluthouicz cum Adam de Podolani term. peremp. ad vidend., Jacobus official. [deputatus] ad vidend. sabbato post Pasca. — *(31)* Josman iud. cum Jacuss. de Suchdol et Joh. de Radzimicz term. peremp. concit. post Stanisl. — *(32)* Josman iud. cum Zauiss. de Kowale term. peremp. post Stanisl. — *(33)* Josman iud. de Crac. cum Petrass. de Kamen term. post Stanisl. — *(35)* Barthol. de Marchoczicz cum Elena matre Bodzante et cum Bodzanta de Modlnicza term. peremp — *(36)* Swanch de Modlnicza cum Petrassio de Przibislauicze term. peremp. — *(37)* Kather. Andree de Rawlouicz cum Nicol. de Zagorze term. secund. ad coll. pro $^1/_3$ parte medietatis Kromolow. — *(38)* Petr. kmetho de Vneow cum Krzessl. Rectore Eccl. de paruo Xansz term. peremp. — *(40)* Petrass. de Damianicz confessus capell. contra Stanisl. aduoc. Bochnens., term — *(46)* Jossman iud. Crac. cum relicta Hanconis de Chelm et pueris ipsius term. peremp. post Stanisl. — *(47)* Wencesl. Broda de Marczinouicze confessus capell. contra Nicol. de Olelin, term. — *(48)* Jossman iud. de Crac. cum Bodzanta et matre ipsius de Modlnicza term. peremp. post Stanisl. — *(49)* Jossman iud. cum Swanschc. de Modlnicza term. peremp. post Penthecosten. — *(50)* Jossman iud. Crac. cum Dziuiss. de Marzanczicz term. peremp. post Stanisl. =Wszystkich zapisek z 7 Kwietnia w księdze Cr. IIIa 51.=

### *[C r a c o u i e]. Feria quarta sequenti (d. 7 Aprilis 1400). (Cr. III.).*

**10041.** *(1) (Cr. III p. 121).* (P e n a) — Wenceslaus de Marcinouice penam (sex scotorum iudicio) contra Mathiam de Jurzicouice pro eo, quod ipsum Mathiam sine littera citacionis citabat, et Mathie sex scotorum eidem ad terminos proximos sub pena XV. =Satisfactum iudicio per totum.=

**a.** *(2) (Cr. IIIa p. 69)* (P e n a) — Wenceslaus Broda de Marczinouicze penam VI scotorum iudicio et Mathie VI scotorum de Jurzicouicze, quia ipsum sine littera citacionis citauit. =Ad mandatum domini Johannis castellani Cracouiensis.= (z. p.).

**10042.** *(2)* Nota — Hanca, uxor Stephani de Thangoborza, partem totam hereditatis in Dunossy in XL marcis obligatam in Hanca, uxore Jarognei de Srzenawa, de obligacione eximendum iure obtinuit.

**10043.** *(3)* Pena — Elizabeth, relicta Wlodconis de Charbinouice, actrix contumax in termino testium contra Stanislaum Gamrath de Climontow pro palio XL marcarum valoris et pro aliis vadiis. — (l. s.; — soluta).

**10044.** *(4)* Nota — Derslaus de Marcinouice C racione dotis et C racione dotalicii marcas in tota medietate sua ville eiusdem Marcinouice Beate uxori sue, filie Jacussii de Podolany, assignauit in forma. — (l. s.; — soluta).

**10045.** *(5)* Pena — Nicolaus de Modlnycza contumax in termino peremptorio contra Bodzantam ibidem. =Arestata.= (z. p.).

**a.** *(10)* Pena — Nicolaus de Modlnicza contumax in termino peremptorio. =Arestata.= (z. p.).

**10046.** *(6) (Cr. III p. 122).* Nota — Wenceslaus de Marcinouice VII marcas ad terminos proximos Smerlino iudeo Cracouiensi soluere habet sub pena XV iudicii et Regali.

**10047.** *(7)* Nota — Idem Wenceslaus cum Derslao de Marcinouice granicies acquisitas ibidem sabbato proximo sub signis prioribus facere habet sub pena partis et iudicii XV.

**10048.** *(8)* Nota — Eidem Derslao Lambertus officialis datus est ad pingnorandum Petrassium, filium Wenceslai de Marcinouice, in pena XV.

**10049.** *(9)* Nota — Johannes de Sdzislauice IIIIor agros *nẏwẏ* ibidem, quos habuit in obligacione, in quinque marcis Abrahe ibidem ulterius obligauit tenendum in forma, promittens in forma, — cum frumentis seminatis.

**10050.** *(10)* Nota — Laurencius de Czirzow IIIIor marcas et duos arietes ad diem sancti Nicolai proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit. — (l. s.).

**10051.** *(11)* Nota — Stanczik de Grodek XV½ marcas pecunie grossorum latorum ad diem sancti Johannis Baptiste proximam Caskelloni de Cracouia debiti in libro supra contenti obligauit [se] soluturum; si non soluerit, tunc XXX marcas eidem tenebitur ad soluendum.

### *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 7 Aprilis 1400). (Cr. IIIa).*

**10052.** *(1) (Cr. IIIa p. 69).* Littera — Johannes de Chodow litteram maioris negocii iudicis Wisliciensis ponet ad terminos proximos contra Wilczconem de Zakrzow, videlicet pro hereditate Korzen, et pro CCC marcis.

**10053.** *(6)* Nota — Datur terminus Nicolao de Olelin cum Wenceslao de Marczinouicze ad terminos proximos, quia idem Wenceslaus, existens actor, terminum capellano disposuit heri contra predictum Nicolaum, et hodie solus personaliter conparuit, — utrum idem Wenceslaus causam eandem, pro qua agitur, debet perdere an non

**CCCXXIII. Uwaga.** *(3)* Jossman iud. de Crac. cum Nicol. de Zagorze term. peremp. post Stanisl. — *(4)* Bodzanta de Modlnicza cum Slawcone de Mloschowa term. peremp. — *(5)* Bodzantha de Modlnicza cum Math tabernatore et Kather. uxore ipsius de taberna plebani de Modlnicza term. secund. pro inproperio — *(7)* Wencesl. de Marczinouicz iurabit contra Nicol. de Mothchouicz pro X mar., term. — *(8)* Bodzantha de Modlnicza cum Swantosl. ibid. term. ad vidend. — *(9)* Nicol. Zauisy de Grabouich cum Joh. de Blandow term. peremp. — *(11)* Bodzantha de Modlnicza cum Nicol. ibid. term. peremp. ad vidend. — *(12)* Dersl. et kmetones ipsius de Marczinouicze cum Wencesl. de alio Marczinouicze term. concit. pro indebita accusac. contumacie eorund. Derslai et kmethonum. =Wszystkich zapisek z 7 Kwietnia w księdze Cr. IIIa 12.=

*Acta in Cracouia feria tercia ipso die sancti Floriani termini continuati fuerunt (d. 4 Maii 1400); alii positi sunt ad duas septimanas. (Cr. III.).*

**10054.** *(1) (Cr. III p. 122).* Nota — Jaschco, Olandus et Michael, filii Andree de Boczow, ex una, et Ewa nouerca ipsorum, relicta predicti Andree, parte ex alia concordiam talem pro omnibus rebus inter se fecerunt, videlicet ita: predicta Ewa eisdem filiis Jaschconis a villa Wanczcouice, in qua in sede viduali sedebat, in perpetuum recessit, et predicti Jaschco, Olandus et Michael ipsam Ewam et Jacussium filium eius pro dotalicio wlgariter *wano* dimiserunt, promittentes se hincinde pro omnibus rebus iam habitis quomodolibet perpetuo sub vadio C marcarum nunquam impedire.

**10055.** *(2) (Cr. III p. 123).* Nota — Lubomirus in Raczslauice omnimodam partem hereditatis sue cum iure patronatus Ecclesie ibidem et cum omni iure, dominio et pertinenciis, nichil pro se reseruando, pro XX marcis grossorum Pragensium Nicolao de Lucice vendidit et resignauit, promittens in forma. — (l. s.).

**10056.** *(3)* Nota — Raphael de Radwanouice tres marcas pecunie communis ad festum Natiuitatis sancte Marie proximum Nicolao aduocato de Chrzanow et Machne uxori sue obligauit se soluturum sub pena XV partis et XV iudicii.

**10057.** *(4)* Nota — Inter Petrassium et Andream, heredes de Wanszirow, iudicium decreuit, quod idem Andreas *sczegny* ibidem singulis annis tantum, quantum alter vicinus, ibidem debet et habet sepire.

**10058.** *(5)* Nota — Petrassius, de Damyanice heres, Stanislaum aduocatum Bochnensem actorem pro IIII^or^ curribus lignorum, pro kmethone et iuuamine molendini [iure euasit], quia idem Stanislaus, existens actor, terminum per nuncium simpliciter continauit.

**10059.** *(6)* Nota — Elizabeth relicta Sangnei de Scorczow IIII^or^ marcas infra duas septimanas proximas et duas marcas ad festum Pentecosten proximum debiti Grotonis filii sui Jacussio de Belzow obligauit se soluturam sub pena XV partis et iudicii.

**10060.** *(7)* Nota — Sigismundus de Rudno VI marcas pecunie communis ad diem sancti Michaelis proximam Helie, filio Hosmani, iudeo Cracouiensi obligauit soluturum; si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit. — (l. s.).

**10061.** *(8)* Nota — Jurek de Bernassow Margaretam, relictam Iliconis de Nescouice, actricem pro recepcione kmethonis iure euasit per contumaciam eiusdem Margarete.

**10062.** *(9)* Nota — Jaschco de Falcow Nicolaum dictum Sropra, clericum de Cosczeow, pro recepcione Katherine, sororis sue, iure euasita ctorem, quia idem Nicolaus iuramentum ipsius Jaschconis audire noluit.

**10063.** *(10)* Nota — Wenceslaus Broda de Marcinouice VI marcas ad festum Pentecosten proximum Smerlino iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit.

**10064.** *(11) (Cr. III p. 124).* Nota — Milota de Chodinice, fideiussor pro Chebda de Trope, XL marcas grossorum Pragensium et X marcas quartensium ad diem sancti Nicolai proximam Sbischconi de Maczeyczouice obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi LX marcas ad festum Natiuitatis Christi proximam [tenebitur soluere] sub dampni cuiuslibet caucione. — (l. s.; — soluit I $^{1}/_{2}$ [grossum]).

**10065.** *(12)* Nota — Idem Chebda et Andreas filius suus eidem Milote, fideiussori suo, se similiter obligarunt soluturos, promittentes eundem occasione premissorum reddere indempnem.

**10066.** *(13)* Nota — Pelca de Maslomancza actor binum agrum, *nywa* dictum, in granicie Maslomanczska ibidem in Sigismundo de Rudno, intercessore prepositi et conuentus monasterii Mechouiensis, iure et iuramento obtinuit.

**10067.** *(14)* Nota — Symco de Nawarzice tres marcas pene domini Abbatis de Mogila ad manus Jaschconis de Polanynouice ad terminos per terminos proximos obligauit se soluturum sub pena XV partis et XV iudicii; idem Symco currum ad diem dominicum proximum domino abbati restituat sub pena XV partis et iudicii.

**10068.** *(15)* Pena — Jacubecz de Knyschin contumax in termino concitato contra Gregorium Schwab pro una marca et pro dampno.

**a.** *(76) (Cr. IIIa p. 75).* Pena — Jacobus de Knischin contumax in termino concitato contra Gregorium Schwab pro una marca et pro dampno.

**10069.** *(16)* Pena — Pacossius, filius Egidii de Xangnice, cum littera contumax contra Nicolaum de Cracouia pro tribus marcis et pro dampno.

**a.** *(77)* Pena — Pacossius, filius Egidii de Xangnicze, cum littera contumax contra Nicolaum de Cracouia pro tribus marcis et pro dampno.

**10070.** *(17)* Pena — Stanislaus Gamrath de Galow contumax contra Drobny in termino concitato curie pro debito iudaico; Warmusch terminum concitauit. — (l. s.).

**a.** *(78) (Cr. IIIa p. 75).* Pena — Stanislaus Gamrath de Galow contumax contra Drobni in termino concitato curie pro debito iudaico; Warmusz [congnouit] terminum concitatum.

**10071.** *(18)* Pena — Paschco de Bolanczin contumax in termino peremptorio contra Nicolaum de Plaza pro perarracione *Sczegny* et pro via fori et pro frumenti XXXV capeciis. =Satisfactum est pro [pena].= (z. p.).

**a.** *(79)* Pena — Paschco de Bolanczin contumax in termino peremptorio contra Nicolaum de Plaza pro peraracione *Sczegny* et pro via fori et pro frumenti XXXV capeciis. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**10072.** *(19)* Pena — Michael molendinator de Damyanice contumax in termino tercio concitato contra Mathiam clericum de Bochna pro X marcis fideiussorie et pro dampno; Stanecz concitauit.

**a.** *(80)* Pena — Michael molendinator de Damyanicze contumax in termino tercio concitato contra Mathiam, clericum de Bochna, pro X marcis fideiussorie et pro dampno; Stanecz concitauit.

**10073.** *(20)* Nota — Wenceslaus de Marcinouice negauit se dixisse Nicolao vicenotario domini Miczconis, quod falsificasset librum ad instanciam Derslai de Marcinouice contra ipsum Wenceslaum.

**10074.** *(21) (Cr. III p. 125).* Pena — Andreas de Widzdzice contumax in termino peremptorio contra Jacussium de Belsko pro contentis in libro.

**a.** *(81)* Pena — Andreas de Widzdzicze contumax in termino peremptorio contra Jacussium de Belsko pro contumacia (s) in libro.

*Acta Cracouie feria tercia ipso die sancti Floriani, termini continuati sunt (d. 4 Maii 1400), et alii prorogantur per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10075.** *(1) (Cr. IIIa p. 70).* (Ca^us^) — Christinus de Charwin confessus est (Wenceslao vicario de Conuscha die terminorum contra Petrum) de Sanczignew; terminus ad terminos secundos post diem sancti Stanislai nunc proxime venturam. =Dimissus per Wlostonem de Knissin procuratorem Petri.=

**10076.** *(12)* Christinus de Stradow cum domino Nicolao Lowczicz de Lubcza, cuius nuncius ex parte ipsius domini Nicolai, nomine Petrassius de Stradow, frater Christini actoris predicti terminum infirmitate disposuit, qui terminus assignatus est ad terminos proximos.

**10077.** *(17) (Cr. IIIa p. 71).* Wilczko de Zakrzow cum Johanne de Chodow terminum habent ad terminos proximos, qui Johannes per Mathiam de Pstroschicze, nuncium suum, terminum vera infirmitate disposuit; et iurabit ad eosdem terminos, quod veraciter infirmaretur.

**10078.** *(20)* Ca^us^ — Petrassius aduocatus Bochnensis confessus est Petro (vicario) plebano de Brzesznicza die terminorum contra Prandotam de Neprzeszna; terminus ad terminos proximos. =Dimissus per Andream, nuncium Prandothe.= (z. p.).

**10079.** *(23)* (Ca^us^) Testes — Jaschco Vlinski qui testes inducere debuit contra Nasthcam relictam Staschconis de Vlina, (confessus est Nicolao plebano de Vlina die terminorum) contra predictam Nasthcam; terminus ad terminos proximos. = Dimissus per Wenceslaum de Marczinouicze, prout Boguta officialis recognouit. =

**10080.** *(59) (Cr. IIIa p. 73).* Nicolaus Zauissy de Grabouich cum Johanne de Blandow terminum peremptorium habent ad termin s proximos ad concordandum, ita, quod idem Johannes non debet terminum disponere capellano.

**10081.** *(66) (Cr. IIIa p. 74).* Testes Jaschconis dicti Mleczko de Zarnouicza contra Philippum de Mislouicze: Miczko de Deszno, qui interfuit, Petrassius de Deszno, qui interfuit, Jaschco Mleczko et Jacussius filius ipsius (pro aliis testibus) de Zarnouicza, Budko de Jauorznik, Staschco Masuch de Vlina; — Rota: *Jako wyemi y sswadczimi, esz czso yest pan Jaschek Mleczko ranczil ze dzewka Philippowi mislowskemu, to rakoyemstwo yest popelnono*; et solus per se iurabit; terminus ad terminos proximos.

**10082.** *(74) (Cr. IIIa p. 75).* Wenceslaus de Dzecanouicze, procurator de Maczeow, cum Nicolao de Sladow terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod metterclus in hereditatem dictam Maczeow intrans, ibidem hominem quendam percuciens, violenter recepit predictus Nicolaus.

**10083.** *(75)* Wenceslaus de Dzecanouicze, procurator Paschconis de Maczeow, cum relicta Miczkonis de Sladow terminum secundum habent ad terminos proximos pro verberacione pastoris et percussione eiusdem.

**CCCXXIV. Uwaga.** *(2)* Petr. de Sanczignew cum abbate Tinc. term. peremp. — *(3)* Jaschco de Wirzbno et Christ. de Charwin confessi capell. contra abbat. Tinc., term. — *(4)* Abbas Tinc. cum Dobc. de Secluka term. peremp. per term. — *(5)* Jaschco de Wirzbno cum Mscziscbc. de Kowale term. peremp. — *(6)* Petrass. de Sedlecz cum Pacoss. de Zastampow term. peremp. — *(7)* Jaschco de Wirzbno confessus capell. contra Nynotham de Karnow, term. — *(8)* Imram senior de Czulicze cum Paschc., Andr., Ninota et Nicol., fratrib. de Karnow, term. peremp. post Joh. Bapt. — *(9)* (Jacuss. de Zarnouicza) Jaschco Mleczko de Zarnowicza cum abbate de Czirzicz term. peremp. ad concord. — *(10)* Petrass. de Vlina cum Joh. Porko de Krziszcouicze term. secund. peremp. — *(11)* Jaschco de Solcza cum testib. contra Slasch. de Racziborsko term. peremp. — *(13)* Fenca, relicta Borconis de Tsczenecz, et Msczug. filius ipsius term. secund pro XVI mar. debiti iudaici cum Przeczsl. de Strzeszcouicz post Joh. Bapt. — *(14)* Krzessl. rector Eccl. de paruo Xansz confessus capell. contra Petr. kmet. de Vneow. — *(15)* Jarosl. de Lagewniki cum Elizabeth, relicta Smilonis de Belczicz, term. peremp. ad coll. ad vidend. — *(16)* Stanimir de Crac. cum Laur. Jurconis de Cerzow term. secund. pro I mar. cum XIV scot. capital. pec. et totid. damp. — *(18)* Christina Jacobi de Chronow cum Staschc. de Chronow term. peremp. (z. p.). — *(19)* Pelca Gorka de Wischoczicz cum Greg. Nakanda de Grzegorzouicze term. ad concord. — *(21)* Beatha relicta Nicolai de Chlewiska confessa capell. contra Petr. kmet. de Vneow, term. — *(22)* Wischco de Czudzinouicz cum Wroczsl. de Woyslauicze term. peremp. post Joh. Bapt. — *(24)* Petr. de Sborczicze confessus (capell.) contra Dobc. de Sborczicze, term. pro violencia et pro excisione arbor. CL. = Dimissus per Dobesl. = — *(25)* Slasch de Racziborsko cum Joh. ibid. term. peremp. ad concord. = Concordauerunt, dederunt memoriale. = (z p.). — *(26)* Nicol. Moticzka de Gora cum Zegotha vexillif. herede de Pisari, term. peremp. — *(27)* Jacuss. de Owczari cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. — *(28)* Machna de Chrzanow per nuncium, suum maritum, cum Raph. de Radwanouicz concordauerunt. — *(29)* Doroth. relicta Jacussii de Grodouicze et Machna filia ipsius cum Petrass. ibid. term. peremp. — *(30)* Bodzantha de Modlnicza cum relicta Borconis de Tsczenecz term. peremp. per term. — *(31)* Stanisl. de Sandziuoyouicze statuere debet, prout hodie debuit, Nicolaum de Chotlicz post Joh. Bapt. — *(32)* Josman iud. Crac. cum Elena, relicta Martini de Modlnicza, et Bodzanta filio ipsius term. peremp. per term. — *(33)* Jossman iud. Crac. cum Rossl. de

**10177.** *(9)* Nota — Johannes de Chodow octingentas marcas grossorum Pragensium ad secundos terminos post diem sancti Johannis Baptiste proximam Wilczconi de Zacrzow obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi *iscze* mille et octingentas marcas grossorum predictorum tenebitur ad soluendum, et in eisdem mille octingentis marcis idem Wilczco de omnibus bonis tam hereditariis, quam mobilibus et immobilibus ipsius Johannis, ubicunque eadem bona fuerint, se intromittere habebit sine ministeriali et tenere tamdiu, donec sibi premisse pecunie, mille et octingente marce, fuerint persolute; et predictas octingentas marcas dictus Wilczco in ipso Johanne iure acquisiuit.

**10178.** *(10)* Nota — Margareta relicta Miczconis de Jacubow, Petrassius et Jacobus filii ipsius omnes manu coniuncta X½ marcas pecunie communis siue quartensium ad diem sancti Martini proximam Wenceslao de Dzecanouice obligarunt se soluturos; si non soluerint, tunc sibi duos kmetones... =Non valet nota ista.= (z. p).

**10179.** *(11)* Nota — Sorores monasterii sancti Andree de Cracouia et Miczcowa Crampsca et filia Nemste de Scronow se de terminis dimiserunt pro graniciebus, quia se concordarunt; et dominus Martinus procurator solus sub consciencia debet ibidem in graniciebus equitare.

**10180.** *(12)* Nota — Katerina filia Lassote de Belzow ab omnibus partibus hereditatum suarum paternis et maternis, habitis vel habendis, et ab omnibus derelictis wlgariter *puscziny* Jacussio et Derslao ibidem in Belzow, fratribus suis patruelibus, recessit, renunciando omni iuri, confitensque, quod de eisdem sufficienter est exdotata, et est sibi satisfactum pro eisdem.

**10181.** *(13) (Cr. III p. 136).* Nota — Nicolaus Zauischa, filius Zauissy de Grabouich, totam partem hereditatis sue in Blandow pro CLX marcis grossorum cum omni iure, dominio et pertinenciis Johanni ibidem de Blandow vendidit et resignauit in forma, promittens in forma. — (l. s.; — soluta).

**10182.** *(14)* Nota — Idem Johannes eidem Nicolao Zauissa IIII$^{or}$ marcas ad diem sancti Michaelis proximam obligauit se soluturum sub pena XV partis et XV iudicii.

**10183.** *(15)* (Pena) — Nicolaus Campsky contumax in termino concitato contra Drobny iudeum pro IIII$^{or}$ marcis; Warmusz officialis concitauit. =Satisfactum pro pena; dominus Michael iudex indulsit=

a. *(102) (Cr. IIIa p. 96).* Pena — Miczko de Kampe contumax in termino concitato et peremptorio contra Drobni iudeum pro IIII$^{or}$ marcis; Petrus Warmusz officialis concitauit.

**10184.** *(16)* Pena — Gethca de Bobow contumax in termino curie contra Wirzchoslaum de Sedliska pro X marcis fideiussorie et totidem dampni; Petrus Warmusz concitauit.

a. *(105)* Pena — Gethca de Bobow contumax in termino curie contra Wirzchoslaum de Sedliska pro X marcis fideiussorie et totidem dampni; Petrus Warmusz concitauit.

**10185.** *(17)* (Pena) — Jascheo de Wirzbno contumax in termino concitato contra Wenceslaum Broda pro IIII^or marcis principalis [pecunie] et totidem dampni; Boguta concitauit. =Dimissa pena, Wenceslaus camerarius delere mandauit.=

a. *(106)* Pena — Jaschco de Wirzbno contumax in termino concitato contra Wenceslaum de Marczinouicze pro IIII^or marcis principalis [pecunie] et totidem dampni; Bogutha concitauit. =Iudex et subiudex in colloquio presidentes indulserunt.= (z. p.).

**10186.** *(18)* Pena — Boxa de Schumsco actor contumax contra Adamconem de Kazimirza pro debito iudaico. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

a. *(103)* Pena — Boxa de Sumsko actor contumax contra Adamconem de minori Kazimirza, pro quo citauerat eundem.

**10187.** *(19)* Pena — Stanco molendinator de Crzesslauice contumax in termino primo contra Franconem tabernatorem, Swenchonem dictum Rycz et Gregorium, kmethones de Benczicze, pro eo, quod filium Marcissy de Methnow wlnerauerunt, et ex huiusmodi wlneracione ipsi impetuntur.

a. *(104)* Pena — Stanek (thabernator de Benczicze) molendinator de Krzesslauicze contumax in termino primo contra Franconem thabernatorem et Swanchonem, dictum Ridz, ac contra Gregorium kmethones de Benczicz pro eo, pro quo inculpantur predicti kmethones de Benczicz, videlicet pro wlneribus Ade filii Marcissii de Methnow; Warmusz [officialis].

**10188.** *(20)* Pena — Paschco de Bolanczin contumax in termino concitato contra Nicolaum de Plaza pro violenta perarracione *Sczegny*, pro via fori et pro XXXV capeciis frumentorum; Martinus officialis concitauit.

a. *(109)* Pena — Paschco de Bolanczin contumax in termino concitato contra Nicolaum de Plaza pro violenta peraracione *Sczegni*, pro via fori et pro XXXV capeciis frumenti; Martinus officialis concitauit.

**10189.** *(21)* Pena — Nicolaus de Modlnycza cum capellano contumax contra Bodzantam de ibidem actorem pro eo, quod non debuit hereditatis aliquid ibidem alienare ab ipso, et alienauit nouem partes hereditatis sine voluntate ipsius Bodzante.

a. *(107)* Pena — Miczko de Modlnicza contumax cum capellano in termino peremptorio contra Bodzantham de Modlnicza pro eo, quod non debuit plus alienare, quam terciam partem hereditatis in Modlnicza, et ipse alienauit totam hereditatem, vix decimam dimisit; Martinus officialis clamauit.

**10190.** *(22)* Pena — Petrus de Grodouice contumax in termino peremptorio contra Doroteam, relictam Jacussii de ibidem, pro littera tangenti hereditatem ibidem in Grodouice et pro XII marcis violenter de cista receptis; Smach iuuenis officialis terminum recongnouit.

a. *(108)* Pena — Petrus de Grodouicze contumax in termino peremptorio contra Dorotheam relictam Jacussii ibidem de Grodouicz pro littera tangenti hereditatem in Grodouicze et pro XII marcis violenter de cista receptis.

**10191.** *(23)* Pena — Prandota de Neprzesna penam XV Stancziconi de Grodek et XV iudicio ac Regalem LXX pro eo, quod non soluit pecunias, ut se in libro obligauit, videlicet duas marcas.

a. *(110)* Pena — Prandota de Neprzeszna penam XV Stancziconi de Grodek (et XV iudicio ac LXX regalem) pro eo, quód non soluit pecunias, prout se in libro obligauit, videlicet II marcas. =Dominus Rex indulsit per relacionem domini Episcopi de Kurow.=

*Acta Cracouie feria tercia proxima post octauam sancti Stanislai tempore mensis Maii, termini continuati sunt (d. 18 Maii 1400), et alii assignati per II septimanas. (Cr. IIIa).*

**10192.** *(26) (Cr. IIIa p. 90).* Ca^us — Miroslaus de Zarogow confessus est (Wenceslao prebendario de Nasanchouicze die) terminorum contra Derszconem de Sdzeslauicz; terminus ad

terminos proximos. =Dimissus per Derslaum de Sdzislauicze. — Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.).

**10193.** *(44) (Cr. IIIa p. 92).* Ca^us – Nicolaus de Wola confessus est (Jacobo plebano de Rokithno die terminorum) contra dominum prepositum Mechouiensem; terminus ad terminos proximos. =Dimissus, prout Petrus officialis recognouit.=

**10194.** *(48)* Nota-Visio — Nedzalko officialis recognouit visionem inter Lucassium de Stampoczicz actorem et Paschconem de Bronischow, quod in Swoschouicze vidit II areas, dictas *sedliska,* unam desertam et aliam *osadle,* et cum aliis ibidem ad easdem areas pertinenciis; et datur terminus ad interrogandum ad terminos proximos.

**10195.** *(52)* Katherina, relicta Hanconis de Chelm, cum Johanne de Chodow terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad interrogandum per dominos camerarios. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10196.** *(56)* Paschco Zlodzey de Biskupicze cum Petrassio de Zabawa terminum secundum habent ad terminos proximos pro fossacione circa molendinum in Biskupicze, et exinde habet Paschco predictus dampnum in molendino, et eduxit Mszuram per eandem foueam de fluuio Dunayecz, et fecit dampnum in hereditate ipsius Paschconis.

**10197.** *(58) (Cr. IIIa p. 93)* Margaretha Johannis de Neswoyouicze cum Johanne, Dobcone, Derslao, Posnano et Clemente fratribus, heredibus de Zamboczin, de Chrosczina et de Wangercze, terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem sancti Michaelis.

**10198.** *(60)* Littera — Pelka Gorka de Wischoczicz litteram ponat ad terminos proximos maioris negocii domini Johannis Tarnouiensis contra Polak de Cracouia. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p).

**10199.** *(75) (Cr. IIIa p. 94).* Dersko, filius Karwacziani de Janouicz, cum Stanislao sculteto de Byczina et cum Johanne et Barthcone, filiis ipsius, terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro violenta recepcione kmethonis ipsius Derslai et pro eo, quod eundem kmethonem tenuit in captiuitate duos dies.

**10200.** *(82)* Ca^us – Nicolaus plebanus de Vlina, confessor Jaschconis de Vlina, (confessus est Andree vicario de Wischoczicz) die terminorum contra Nasthkam, relictam Staschconis ibidem de Vlina; terminus ad terminos proximos. =Dimissus per Wenceslaum de Marczinouicz; Boguta officialis recognouit.=

**10201.** *(86) (Cr. IIIa p. 95).* Remissio ad regem — Zaklica de Korzkwa cum kmethonibus de Dambno et cum sculteto de ibidem terminum concitatum habent coram domino Rege in Cracouia quarta die post ingressum domini Regis in Cracouiam.

**CCCXXVIII. Uwaga.** *(1)* Josman iud. Crac. cum d. Christ. Sandeczensi term. peremp. post Mich. — *(2)* Josman iud. cum Jacuss. de Suchdol et Joh. de Budzischouicz term. peremp. concit. post Joh. Bapt. — *(3)* Pacossius de Zastampow confessus capell. contra Petrass. de Sedlecz, term. — *(4)* Stanisl. de Mirouicz cum Femka Sbiszconis ibid. term. peremp. — *(5)* Josman cum Miczc. Penaszek de Iwanouicz term. peremp. post Joh. Bapt. — *(6)* Jaschco de Wirzbno cum Andr. de Karnow et matre ipsius term. peremp. post Joh. Bapt. — *(7)* Ninotha de Karnow cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. post Joh. Bapt — *(8)* Josman iud. Crac. cum Joh. de Mislimicz term. peremp. post Pentecost. — *(9)* Wencesl. de minori Wronin cum Staschc. ibid. term. secund. pro perarac. agri ibid. in Wroninecz, pro CIIII° palis et XXX arborib. quercetis. — *(10)* Morzka Spithconis de Kampanow cum Mich. de Grabye term. peremp. post Mich. — *(11)* Josman iud. cum Zauiss. de Kowale term. peremp. post Joh. Bapt. — *(12)* Wencesl. de Dzecanouicze procurator [Paschconis] de Maczeow cum Nicol. de Sladow term. peremp. — *(13)* Wencesl. de Dzecanouicz, procurat. Paschconis de Maczeow, cum relicta Miczconis de Sladow term. peremp. — *(14)* Msczug. de Imramouicz statuere debet Sandkonem kmet. de Kuroswank contra Math. de Poramba scult. pro wlnere cruentato et maxillac. =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(15)* Math. de Poramba cum Wischc.

de Kuroswank term. peremp. ad vidend. — *(16)* Drogoss. de Kalina cum Adamc. ibid. term. secund. pro II½ mar. fideiussor. et damp. — *(17)* Drogoss. de Kalina cum Petrass. ibid. term. secund. pro II½ mar. fideiussor. et dampno. — *(18)* Jossman iud. Crac. cum Dziuiss. de Marzanczin term. peremp. post Joh. Bapt. — *(19)* Jossman cum Rossl. de Woyslauicze term. peremp. concitat. post Joh. Bapt. — *(20)* Jossman de Crac. cum Joh. de Langanow term. peremp. post Joh. Bapt. — *(21)* Petrass. de Xangnicze y Raba cum Joh. kmet. de Pirzchow, plebani de Negowecz, term. secund. pro IV wlner. et capite kmethonis ipsius Petrassii. — *(22)* Mich. Johannis kmetho de Xangnicz cum Joh. de Pirzchow, kmet. plebani de Negouedz, term. secund. pro capite patris ipsius Johannis. — *(23)* Staszco de Zrzanczicze cum Miczc. Vkleÿa ibid. term. peremp. ad vidend. pro prearac. agri, *nÿwa*, pro gayo. — *(24)* Przeczsl. de Zrzanczicze cum Nicol. Vkleya ibid. term. ad vidend pro perarac. *nÿwe*, pro *naton*, pro sepicione *medze*. — *(25)* Georg. de Koczonow cum Stogn. de Czaple term. peremp. post Joh. Bapt. — *(27)* Prand. de Nepresna cum Petrass. aduoc. Bochnensi term. peremp. post Joh. Bapt. — *(28)* Kaskel iud. Crac. cum Stanczic. de Grodek term. peremp. post Joh. Bapt. — *(29)* Josman iud. Crac. cum Petrass. de Kamen term. peremp. post Joh. Bapt. -- *(30)* Stanimir. de Crac. cum Laur. de Czerzow term. secund. pro I mar. XIIII[or] scot. et totid. damp. — *(31)* Josman iud. de Crac. cum Kather. Hanconis de Chelm concordauerunt pro debito iudaico. — *(32)* Marciss. de Chronow cum Jaschc de Buczina term. peremp. post Mich. — *(33)* Prand. de Neprzeszna confessus capell. contra Scherlin iud. de Crac., term. — *(34)* Josman de Crac. cum Zuszka Jaschconis Oweczka de Owczari term. peremp. — *(35)* Nemerza de Przibislauicz iurabit contra Kather., relict. Hanconis de Chelm, pro II mar. minus VI gross., term. post Nativ. Marie. — *(36)* Rosl. de Woyslauicze cum Math. et Clem., filiis Wantrobcze de Strzelecz, term. peremp. ad coll. — *(37)* Mirosl. de Poramba cum testib. contra Joh. de Budzislauicze term. — *(38)* Abbas Tinc. cum Laur. kmet. de Rudki term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. ad concord. — *(39)* Pelka Gorka de Wissoczicze cum Greg. de Grzegorzouicze term. peremp. — *(40)* Mirosl. de Poramba confessus capell. contra Kaskel iud. de Crac., term. post Pentecost. = Dimissus, Stanecz officialis recognouit. = (z p.). — *(41)* Dersl. Karwacziani de Janouicz cum Kather. Woythconis de Przechodi et Joh. kmet. ibid. term. peremp. ad term. secund. post... — *(42)* Nicol. de Wilkouiska cum Nicol. Mruk ibid term. peremp. — *(43)* Pechna mulier de Wilkouiska cum Doroth. Nicolai Mruk ibid term. peremp. — *(45)* Dersl. et sui kmet. de Marczinouicz cum Wencesl. de alio Marczinouicze term. peremp. post Joh. Bapt. — *(46)* Smerlin iud. de Crac. cum Miczc. de Koszmicz term. peremp. — *(47)* Jaschco de Methnow cum Andr. wlodar. de Sedlischouicz term. secund. pro indebita accusac. contumacie in Lelouia. — *(49)* Jaschco Mleczko de Zarnouicza cum abbate de Czirzicz term. peremp. — *(50)* Josman iud. cum Wirzchosl. de Sedliska term. peremp. post Mich. — *(51)* Nicol. Mruk de Wilkouisk confessus (capell.) contra Wilczk. de Zakrzow, term. = Dimissus. = — *(53)* Jossman iud. Crac. cum Zegotha de Dupp, vexillif. Crac., term peremp. post s. Joh. — *(54)* Gerass. de Kawki confessus capell. contra Nicol. de Olelin; term. curie pro L mar. fideiussor. et damp. — *(55)* Smerlin iud. Crac. cum Kmitha de Wisnicze term. peremp. post Mich. — *(57)* Smerlin iud. de Crac cum Jaschc. de Schumsko term. peremp. post Joh. Bapt. — *(59)* Dobco de Sekluca confessus capell. contra Marc. de Goschicz, term. — *(61)* Prand. de Neprzeszna confessus capell. contra Kater., relict. Jaschconis de Gluchow, term. — *(62)* Dobco de Sborczicz cum Petro ibid. term. peremp. post Joh. Bapt. ad concord. — *(63)* Petrass. de Luczianouicz cum Woythc., kmet. de Doyasdow, term peremp. post Joh. Bapt. = Concordauerunt, dederunt memoriale. = (z. p.). — *(64)* Stanek kmetho de Doyasdow cum Petrass. de Luczianouicz term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. (z. p.). — *(65)* Petrass. de Luczianouicze cum Staschc., procuratore de Doyasdow, term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. (z. p.). — *(66)* Math. de Brodow cum Zaklica de Korzkwa term. peremp. — *(67)* Stibor. de Drwen cum Nicolao de Olelin term. peremp. post Joh. Bapt. — *(68)* Pelka Gorka de Wissoczicze cum

Alexandro de Seczechouicze term. peremp. — *(69)* Smerlin iud. Crac. cum Petrass. de Ogrodzenecz term. peremp. post Penthecost. — *(70)* Petrass. Glasz de Luczianouicz cum Staschc., procuratore de Doyasdow, term. peremp. post Joh. Bapt. (z. p.). — *(71)* Petr. Glasz de Luczianouicz cum Staschc. procurat. de Doyasdow term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. — *(72)* Zegotha de Dupp vexillifer Crac. confessus (capell.) contra Math. Rokitha de Brodow, term. =Dimissus per Mathiam actorem.= — *(73)* Zegotha predict. de Dupp confessus capell. contra Nicol. de Gori, term. — *(74)* Wencesl. de Lubochowa litt. ponat maioris negocii iudicii Wisliciensis contra Stanisl. ibid. de Lubochow. — *(76)* Jaschco Mleczko de Zarnouicza cum testib. contra Philip. de Mislouicze term. — *(77)* Luthco de Wola cum Zuszka, relicta Jaschconis de Owczari, term. secund. pro V mar. lat. gross. Prag. capital. pec. et totid. damp. — *(78)* Bodzantha de Modlnicza cum Slawc. de Mloschowa term peremp. ad vidend. — *(79)* Swanthosl. Sinouecz de Modlnicza cum litt. contra Bodzantham ibid. term. — *(80)* Adam de Methnow de Beneczicz term. peremp. post Penthecost. ad concord. — *(81)* Petrass. de Vlina cum Joh. Porko de Krziszcouicz term. peremp. post Joh. Bapt. — *(83)* Nicol. canonic. Crac. de Lubcza heres confessus capell. contra Christ. de Stradow, term. post s. Joh. — *(84)* Nicol. de Olelin cum Wencesl. de Marczinouicze term. peremp. post s. Margar. — *(85)* Nicol. de Olelin cum Woythc. de Karlin term. peremp. pro L mar. — *(87)* Jacuss de Owczari cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. — *(88)* Zaclica de Korzkwa confessus (capell.) contra Zaclicam de Bala, term. per term. ad concord. =Dimissus, Boguta officialis recognouit.= — *(89)* Doroth. relicta Sethegy de Raczechouicze cum Wencesl. de Marczinouicze term. peremp. curie pro V mar. fideiussor. (z. p.). — *(90)* Dorot., relicta Sethegy de Raczechouicze, cum Wencesl. de Marczinouicze term. curie pro IV mar. fideiussor. et damp. — *(91)* Milotha de Chodinicz cum Staschc. aduoc. Bochnensi, herede de Chodinicz, term. concit. pro mediet. hereditatis in Chodinicz. — *(92)* Margar. Dziuissii de Woyslauicze cum testib. contra Stachnam, relict. de Charstnicza, term. — *(93)* Kanaan iud. Crac. cum Petrass. de Kamen term. peremp. post Joh. Bapt. pro debito iudaico fideiusso. — *(94)* Nicol. de Podgrodze cum Jaschc. de Sandzischouicze term. peremp. per term. — *(95)* Swanch et Zmichna de Schlomniki cum Andr. Nemste de Czussow term. peremp. post Pentecost. ad vidend. — *(96)* Jacuss. de Zandow cum Swanch. de Parcz term. peremp. post Pentecost. ad concord. — *(97)* Zaclica de Bala et Swanthosl. de Adamouicz cum kmetonib. domine Tworconisse de Srzenawa term. peremp. (z. p.). — *(98)* Miczko de Zagorze confessus capell. contra Jossman. iud., term. — *(99)* Cochna Wenceslai de Tassicz cum Marc. de Pawlicouicz term. secund. pro hered. in Pawlicouicz, quia tenet eandem violent. — *(100)* Jacuss. de Zandow cum Woythc. Schadurka de Schipouicz term. peremp. — *(101)* Andr. de Grzegorzouicze cum Zaklica de Korzkwa term. peremp. post Pentecost. =Wszystkich zapisek z 18 Maja w księdze Cr. IIIa 110.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 19 Maii 1400). (Cr. III.).*

**10202.** *(Cr. III p. 137).* Nota — Andreas de Widzdzice XII marcas principalis debiti fideiussorie et totidem dampni in Petro de Wroczimirowa iure obtinuit, quia nuncius ipsius Petri terminum peremptorium, ut ipse Andreas se habere secum eundem asserebat, simplici infirmitate continuauit.

**10203.** Nota — Mathias de Jurzicouice veniens recongnouit, quod sibi C et XX marcas quartensium Wenceslaus et Petrassius, filius ipsius, de Marcinouice heredes per totum iam persoluerunt, quas pecunias sibi ad dies sanctorum Martini et Nicolai proxime nunc venturas iidem Wenceslaus et Petrassius debebant soluisse, recessitque idem Mathias a littera, si quam super dictis pecuniis recepit et habuit, et si quam litteram idem Mathias circa se haberet, uel ipsam aliquando eneruaret, ipsius littere robur nullam obtinebit firmitatem; et neque pueri eiusdem Mathie, uel frater, eosdem pro premissis habebit impedire.

**10204.** Nota — Petrassius Baly et Petrus Jarzim de Przibislauice, ambo in solidum manu coniucta, XXX marcas grossorum Pragensium pro Zaclica de Corzekwa ad festum Natiuitatis Christi proximum Maczconi de Brody et Katerine uxori eius fideiubentes obligarunt se soluturos, quas si non soluerint ad festum prefixum, tunc sibi LX marcas *iscze* tenebuntur ad soluendum, et in eisdem LX marcis omnia bona ipsorum hereditaria, ubicunque eadem habuerint, cum omni iure, dominio et pertinenciis utifruendum, habendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi tenebuntur obligare, exceptis curiis ipsorum et frumentis seminatis, ubi soli sedent; et quandocunque sibi dictas XXX marcas *iszcziny* in festo aliquo Natiuitatis Christi, tunc idem Maczco contentabitur, nec dampnum repetet ultra *isczinam* suam in eisdem. — Idem Zaclica eisdem fideiussoribus suis se similiter soluturum obligauit ad premissa, fideiubens pro uxore sua; si non soluerit, tunc ipsis villam suam Grambenycza cum omni iure, dominio et pertinenciis in premissis pecuniis obligare tenebitur sub dampni caucione cum gagiis et cum frumentis seminatis, nichil pro se excipiendo ibidem, exceptis *dambrowy̆* ibidem.

**10205.** *(Cr. III p. 138).* Nota — Swentoslaus de Adamouice C marcas racione dotis et dotalicii in tota hereditate sua ibidem in Adamouice Cristine, contorali sue, assignauit, nichil pro se reseruando. — (l. s.; — soluta).

**10206.** Nota — Boxa de Czirnechow C marcas racione dotis et dotalicii in tota parte hereditatis sue ibidem in Czirnechow Dorotee uxori sue, filie Swentoslai de Adamouice, assignauit in forma. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**10207.** Eadem Dorotea ab omnibus partibus hereditatum suarum et bonis paternis et maternis dicto (Ade) Swentoslao, patri suo, recessit in perpetuum, renunciando iuri. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

### *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 19 Maii 1400). (Cr. IIIa).*

**10208.** *(Cr. IIIa p. 97).* Msczugius de Imramouicze cum Marcone de Kampe terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem sancti Michaelis ad concordandum.

**10209.** Nota — Veniens Bodzantha, filius Martini, de Modlnicza recognouit se teneri debitum fideiussorie patris sui, videlicet XXIIII^or marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, XLVIII⁰ grossos pro qualibet marca conputando, Bartholomeo de Marchoczicze, quas XXIIII^or marcas Martinus pater ipsius Bodzanthe fideiubuerat predicto Bartholomeo de Marchoczicz pro Miczkone de Kampe.

**10210.** Bartholomeus de Marchoczicz cum Bodzantha de Modlnicza terminum habent ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste.

**10211.** Nota — Dobco de Sborczicze recognouit se teneri (quatuor) duas marcas grossorum latorum grossorum Pragensium et duas quartensium Jaschconi de Pancouicz racione acerui tritici empti aput eundem Jaschconem, quasquidem coniunctim IIII^or marcas se astrinxit soluturum: primo unam marcam quartensium ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste et residuum, videlicet tres, ad diem sancti Stanislai tempore autumpni sub pena ipsi Jaschconi XV et iudicio XV.

**10212.** Nota — Jaschco de Solcza cum Johanne de Racziborsko pro causis, pro quibus testes idem Jaschco de Solcza duxit contra predictum Johannem concordauerunt.

### *Acta in Cracouia feria tercia proxima post festum Ascensionis domini, termini continuati fuerunt (d. 1 Junii 1400), alii positi sunt ad duas septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10213.** *(1) (Cr. III p. 138).* Nota — Jaschco Brun de Sobolow omnimodam medietatem ville suam in Zygartouice et in Gumnyscza cum taberna et cum silua iacenti ex utraque parte Stradomey fluuii pro *potok* et pro granicie Czresslawska et pro *potok* curenti de Gro-

dziscze usque ad Stradoma extra *popowdwor* cum omni iure, dominio et pertinenciis pro CL marcis grossorum Pragensium Sbischconi de Stadnyky vendidit et resignauit in forma, promittens in forma. — Idem Jaschco eidem Sbischconi tabernam unam et kmetones ibidem debet expedire, si non expedierit, tunc ipsum idem Sbischco ab huiusmodi expedicione liberum dimittit.

**10214.** *(2)* Nota — Thomco de Knyschyna X marcas grossorum Pragensium racione fideiussorie ad diem sancti Nicolai proximam Bernardo de Cowalow obligauit se soluturum sub dampni caucione

**10215.** *(3)* Nota — Boczca castellanus Lucouiensis et Nicolaus de Clanczany Andriczcam de Luczslauice actorem pro tribus villis, pro Clanczany, Cobilanca et pro Cobila, iure euaserunt, quia per testes docuerunt se esse nepotes uterinos Nicolai Penanszek ibidem de Clanczany, et de unanimis patre et matre sorores [esse] matres ipsorum Boczce et Nicolai.

**10216.** *(4) (Cr. III p. 139).* Pena Andriczca de Luczslauice penam XV Boczce et aliam XV Nicolao predictis ac iudicio binam XV incurrit occasione premissorum.

**10217.** *(5)* Nota — Adam de Berwald et Peschek Raschicza, fideiussores pro Chebda de Trope, X marcas grossorum Pragensium ad diem sancti Jacobi proximam Franczconi de Lazisca obligarunt se soluturos sub dampni caucione, nulla obligacione uel re euadendo. — Idem Chebda et Andreas, filius eius, eosdem fideiussores suos promiserunt indempnes reddere, se ipsos ad premissa similiter obligando.

**10218.** *(6)* Nota — Petrassius de Zarogow Johannem de Wynary actorem pro X marcis fideiussorie iuramento euasit.

**10219.** *(7)* Nota — Pacossius de Zastampow de C et XIIII^or marcis pecunie communis minus fertone ad diem sancti Nicolai proximam Petrassium de Sedlecz apud Nicolaum de Socolnyky expediturum se obligauit sub dampni cuiuslibet caucione; et si se pro eisdem pecuniis citare permiserit, tunc in termino primo peremptorio pro omnibus dilacionibus debet conparere et respondere; si non conparuerit, tunc causam in eodem termino primo perdere habebit

**10220.** *(8)* Nota — Gerasch de Brzostek et Woytek de Karlyn Nicolao de Olawyn fideiusserunt, quod uxor Crziwossandonis de Bylanow debet ita hereditatem Poramba ordinare, velud et ipse Crziwossand ordinauit, eidem Nicolao ad terminos proximos post diem sancti Jacobi proximam, sub dampni caucione.

**10221.** *(9)* Nota — Jaschco de Sobolow litteram de iudea et de dampnis Jaschconi de Buczyn ad terminos proximos expediturum se obligauit; si non expedierit tunc sibi XX marcas tenebitur ad soluendum, et in eisdem XX marcis eidem kmetonem ibidem in Sobolow, soluentem duas marcas census, obligare habebit sub dampni caucione.

**10222.** *(10) (Cr. III p. 140).* Nota — Prandota de Sanspow circa hereditatem pro fluuio Zandawa inter Lazisca et inter Dulowa iure remansit, ripam ibidem obtinendo, contra Nicolaum et Andream ibidem de Dulowa.

**10223.** *(11)* Nota — Jaschco Pusdro de Raczslauice Zaclicam de Bala pro falcacione prati et mandato iuramento euasit.

| | |
|---|---|
| **10224.** *(12)* Pena — Smyl, filius domini Gregorii de Morauicza, IIII^or XV penas Wichne de Poramba et iudicio tantum ac Regalem LXX pro eo, quod pingnus eidem Wichne et eius hominibus metquartus repercussit, ut Thomek de Lascowa officialis recongnouit. | **a.** *(58) (Cr. IIIa p. 101).* Pena — Smil, filius domini Gregorii de Morauicza, IIII^or XV penas Wichne de Poramba et iudicio tantum ac Regalem LXX pro eo, quod pignus eidem Wichne et eius hominibus metquartus repercussit, prout Thomek officialis recognouit. |

**10225.** *(13)* Nota — Cristco de Sadow unum kmetonem et unum colonum suum cum medietate agrorum, gagyorum et pratorum ibidem in XXIIII^or marcis pecunie communis Kate-

rine (nutrici) nouerce sue, de Zarnownycza obligauit, quos habet eximere ad festum Natiuitatis Christi proximum; si non eximet, tunc sibi XXX marcas tenebitur ad soluendum sub dampno. — (l. s.; — soluit IIII [grossos]).

**10226.** *(14)* Nota — Jacussius de Offczary relictam Mathie de Cracouia pro media marca et pro dampno iure et iuramento euasit.

**10227.** *(15)* Nota — Prandota de Neprzesna debitum, quod litteris poteris indicari, Smerlino iudeo teneri recongnouit.

**10228.** *(16)* Pena — Jacussius Jacca de Przibinow contumax in termino peremptorio contra Stanislaum de Mlodzeyouice pro arracione granicierum inter Wissoka et Przibinow; Petrus officialis clamauit.

**a.** *(66) (Cr. IIIa p. 102).* Pena — Jacussius Jaka de Przibinow contumax in termino peremptorio contra Stanislaum de Mlodzeouicze pro peraracione granicierum inter Wyssoka et Przibinow; Petrus officialis clamauit.

**10229.** *(17)* Pena — Petrus heres de Grodowice contumax in termino concitato contra Doroteam et Margaretam, filiam eius, de ibidem pro littera tangenti hereditatem in Grodouice et pro XII marcis de cista violenter receptis; Boguta concitauit.

**a.** *(67)* Pena — Petrus heres de Grodouicze contumax in termino concitato contra Dorotheam et Margaretam, filiam eius, de ibidem pro littera tangenti hereditatem in Grodouicze et pro XII marcis de cista receptis violenter; Bogutha officialis concitauit.

**10230.** *(18)* Pena — Nicolaus de Modlnycza Bodzanczicz contumax in termino concitato contra Bodzantam ibidem pro eo, quod ab ipso nouem partes hereditatis ibidem non debuit alienare, et alienauit.

**a.** *(68)* Pena — Miczko Bodzanczicz de Modlnicza contumax in termino concitato contra Bodzantham ibidem de Modlnicza pro eo, quod ab ipso nouem partes hereditatis ibidem (in non debuit) alienauit.

**10231.** *(19) (Cr. III p. 141).* Pena — Casper Krugel de Cracouia contumax in termino *zagwaltem* contra Jaschconem de Wynary pro violenta intromissione partis aduocacie Stanislai in Bochna.

**a.** *(69)* Pena — Kasspar Krugel ciuis de Cracouia contumax in termino primo *zagwaltem* contra Jaschconem de Winari pro violenta intromissione partis aduocacie Stanislai in Bochna.

**10232.** *(20)* Pena — Stanislaus aduocatus Bochnensis contumax in termino concitato contra Jaschconem de Wynary pro CCC marcis dampni; Maly officialis concitauit.

**a.** *(70)* Pena — Staschco aduocatus Bochnensis contumax in termino concitato contra Jaschconem de Winari pro CCC marcis dampni; Mali officialis concitauit.

**10233.** *(21)* Pena — Stanczik de Grodek contumax contra Prandotam de Neprzesna pro litteris non restitutis.

**10234.** *(22)* Pena — Scoltetus et quinque kmetones de Lubowa contumaces contra Prandotam de Neprzesna pro violenta repercussione pingnoris.

**a.** *(71)* Pena — Stanczik et kmethones ipsius de Lubowa contumaces in termino concitato; Stanczik pro litteris receptis apud iudeos, et V kmethones et scultetus pro repercussione pignoris.

**10235.** *(23)* Nota — Smerlin, iudeus Cracouiensis, veniensrecognouit, quod sibi Wenceslaus de Marcinouice totum debitum principale cum usura iam persoluit, et nichil sibi iam tenetur, recedens ab omnibus litteris, si quas contra dictum Wenceslaum adhuc circa se retineret et haberet; et si quas aliquando eneruaret, earum robur atque tenor nullam obtinebit firmitatem.

*Acta Cracouie feria tercia infra octauas Ascensionis domini, termini continuati sunt (d. 1 Junii 1400), et alii assignati per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10236.** *(6) (Cr. IIIa p. 97).* Testes — Margaretha Dziuissii de Woyslauicze cum testibus, quos nominauit contra Stachnam Nicolai de Zaborze, alias relictam Nicolai Glamb de

Charstnicza, terminum habent ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste ad concordandum.

**10237.** *(12) (Cr. IIIa p. 98).* Nota-Testes — Quinque testes inducti pro parte Nethe de Bochna iurauerunt contra Jaschconem et Johannem de Winari, et sextus testis Czader de Chronow iurare debet ad terminos proximos contra eosdem Johannem et Jaschconem, prout debuit hodie iurare; Petrus officialis recognouit iuramentum V testium predictorum.

**10238.** *(13)* Iuramentum — Zegotha vexillifer Cracouiensis terminum disposuit per Petrassium de Sdbik, nuncium suum, contra Nicolaum Moticzka de Gora, quod graui infirmitate infirmaretur; et debet iurare ad terminos proximos, quod grauiter infirmaretur, contra Nicolaum predictum.

**10239.** *(15)* (Ca^us^) — Laurencius de Czerzow confessus est (Jacobo plebano de Brzesye) die terminorum contra Stanimirum de Cracouia, terminus ad terminos proximos. =Dimissus; Stanecz Boguthe recognouit dimissionem.=

**10240.** *(33) (Cr. IIIa p. 99).* Iuramentum — Jaschco de Vlina iurabit, prout hodie debuit iurare, quod grauiter infirmatur, contra Nasthcam, relictam Staschconis de Vlina; terminus ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste, et cum testibus conparere debet ad terminos predictos.

**10241.** *(38) (Cr. IIIa p. 100).* Nota — Nasthka, relicta Staschconis de Wanszirow, et pueri ipsius cum Derslao de Sdzeslauicz pro prato communi concordauerunt.

**10242.** *(40)* Barbara, filia Leonardi de Cracouia, cum Szuchna, Jachna, Hanka, Bechna et Schibislawa, filiabus Marcissii de Grabouich, terminum secundum habent ad terminos proximos post diem sancti Johannis Baptiste cum qualibet ipsarum singulariter pro decem marcis dampni facti in hereditate Grabouich in siluis, pratis et aliis.

**10243.** *(41)* Testes — Nicolaus Mruk de Wilkouiska ducit testes contra Nicolaum de ibidem: Lexandrum de Chrzelczicze, Petrassium de Nynoscouicze, Budkonem de Sulischow, Jaschconem filium Jacussii de Tsczicza, Jaschconem de Potok, Przeczslaum de Sulischow; — Rota: *Jako wyemi y sswadczimi, esz Mikolay Mruk czso uczinil* Nicolao *schurzi swemv, to uczinil za yego poczanthkem, esz pirzweÿ przibÿesszaw na ÿego rola ÿ dal yemv pirzwey rany;* terminus ad terminos proximos. =Dimissi sunt, prout Petrus Warmusz recognouit.= (z. p.).

**10244.** *(51) (Cr. IIIa p. 101).* Testes — Paschco de Bronischow ducit testes contra Lucassium de Stanpoczicze: Staschconem de Potrouicze, Sulkonem de Methnow, Martinum de Zarogow, Martinum filium Jacobi de Zarogow, Jacussium de Modlnicza, Michalconem de Geboltow; — Rota: *Jako wÿemi ÿ sswadczimi, esz Paschek bil w dzerszenyv dzedzini v Swoschouicz XVIII lyath do pozwv, a nÿgdy nye gaban w tem gystem dzerszenyv;* terminus ad terminos proximos.

**10245.** *(52)* Dominus Johannes castellanus Cracouiensis cum relicta Gregorii de Morawicza et Janussio ac Gregorio, filiis eiusdem, terminum secundum habent ad terminos proximos pro piscatura piscium de piscina ipsius domini Johannis, et pro excisione borre arborum, quas officialis vidit.

**10246.** *(55)* Nota — Datur terminus Frandote de Laziska cum Nicolao et Andrea de Dulowa ad colloquium proximum ad diffiniendum senteneiam inter eosdem pro penis et dampno.

**10247.** *(72) (Cr. IIIa p 103).* Nota — Stanislaus et Swanthoslaus de Modlnicza, quilibet ipsorum tenetur grossum pro litteris citacionis, et soluent sub pena sex scotorum ad terminos proximos.

**10248.** *(73)* Budko de Wanczkouicze cum Czcziczone do Strzelcze terminum secundum habent ad terminos proximos pro hereditate in Strzelcze maiori et pro thaberna ibidem et pro parte nawigy in fluuio Wisla in villa Gorka.

**CCCXXIX. Uwaga.** *(1)* Petrass. de (Chodow) Zabawa cum Zegota vexillifero pro debito iudaico term. — *(2)* Mirosl. de Poramba cum testib. contra Jaschc. de Budzislaw term. peremp. — *(3)* Stanisl. de Mirouicz cum Phenka Sbignei ibid. term. peremp. post Jacobi. — *(4)* Nicol. de Sladow confessus capell. contra Wencesl. de Dzecanouicze, procurator. de Maczeow; term. — *(5)* Relicta Miczconis de Sladow confessa capell. contra Wencesl., procurator. Paschconis de Maczeow, term. — *(7)* Halska Smilonis de Belczicz cum Pechna Ade ibid., intercessore, contra Jarosl. de Lagewnik term. secund. — *(8)* Clem. Czechoviens cum Jacuss. de Korabniki term. secund. pro medietate hered. Korabniki. — *(9)* Drogoss. de Kalina cum Adamc. et Petrass. ibid. term. peremp. — *(10)* Kochna Wenceslai de Taschicze cum Marc. de Pawlicouicze term. peremp. post Joh. Bapt. — *(11)* Przeczsl. de Troxa cum Pelca de Bidlin term. secund. pro XXX mar. — *(14)* Mich. filius Johannis kmet. de Xangnicze cum Joh. Fridlone kmet. de Pirzchow, kmetone plebani, term. peremp. — *(16)* Joh. de Chodow cum Dobesl. de Kuroswank term. peremp. et concit. per term. — *(17)* Petrass. de Sanczignew cum abbate et conuentu Tinc. term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. — *(18)* Petrass. de Sanczignew cum Christ. de Charwin term. peremp. ad term. secund. post Joh. Bapt. — *(19)* Paschco Beczski cum Petro de Zabawa term. ad vidend. — *(20)* Staschco Poszar de Pothok confessus capell. (z. p.) — *(21)* Jaschco Mleczko de Zarnowicza cum abbate de Czirzicz term. peremp. post octav. Joh. Bapt. — *(22)* Przeczsl. de Zrzanczicze cum Miczk. ibid. term. peremp. — *(23)* Doroth. relicta Sethegii de Raczechouicze cum Jaschc. de Wirzbno term. secund. pro VI mar. *platv.* — *(24)* Wilczko de Zakrzow cum Nicol. Mruk de Wilkouiska term. peremp. — *(25)* Josman iud. Crac. cum Steph. de Przeczslauicze term. peremp. post Jacobi apost. — *(26)* Luthco de Wola cum Zuchna, relicta Jaschconis de Owczari, term. peremp. pro V mar. lat. gross. et V mar. damp. — *(27)* Petrus Spiczimir ciuis de Crac. cum Margar. olim Crzeslai castell. Sandomir. term. secund. pro X mar. princip. debiti et damp. — *(28)* Spithco de Wola cum Andr. de Zagorze term. peremp. post Jacobi apost. — *(29)* Jaschco de Methnow cum Andrea kmet. de Sedlischouicze term. ad coll. — *(30)* Krzessl. rector Eccl. de paruo Xansz actor confessus capell. contra Swenthosl. de Adamouicz, term. curie pro XL quercub. fideiussor. (z. p.). — *(31)* Wencesl. de minori Wroninecz cum Staschc. ibid. term. peremp. — *(32)* Wencesl. de Lubochow litt. ponere debet hereditatis et testes nominare contra Stanisl. de Sedlischouicz. — *(34)* Dobco de Wirzbno statuat intercessor. suum, Joh. plebanum Woyniczicns., pro X mar. contra Marc. de Goschicze. — *(35)* Item Dobco predictus X mar. soluere debet infra X septim. sub pena iudicii XV. — *(36)* Jossman iud. Crac. cum Jaschc. et Nicol. de Falkow term. peremp. post Joh. Bapt. — *(37)* Jossman cum Zuszka relicta Jaschconis Oweczka de Owczari term. peremp. — *(39)* Pelka de Wischoczicze cum Greg. Nakanda de Grzegorzouicz concordauerunt. — *(42)* Abbas Tinc. cum Laur. de Sekluka, intercessore Dobconis, Jaschconis et Christini de Wirzbno, term. ad coll. ad vidend. — *(43)* Jaschco de Wirzbno cum Msczischc de Kowale term. ad coll ad idem faciend. — *(44)* Staschco aduoc. Bochnens. confessus capell. contra Milotham de Chodinicz, term. concit. pro diuis. heredit. in Chodinicz. — *(45)* Jossman iud. cum Bodzanta et Elena matre ipsius de Modlnicza term. peremp. post Joh. Bapt. — *(46)* Bodzanta de Modlnicza cum Fenka relicta Borkonis de Tsczenecz term. peremp. post Joh. Bapt. — *(47)* Smerlin iud. Crac. cum Nicol. de Koszmicz Kawanczski term. peremp. — *(48)* Jacuss. de Modlnicza cum Nicol. Kawanczski de Koszmice term. secund. pro debito iudaico. — *(49)* Miczko Zagorski statuere debet capell., quem contra Jossman. iud. hodie debuit statuere; et solus debet iurare, quod grauiter infirmaretur. — *(50)* Bodzantha de Modlnicza cum Swanthosl. ibid term. peremp., idem Swanthosl. litt. ponat contra Bodzantam, quam debuit hodie ponere. — *(53)* Zegotha vexillifer Crac. iurare debet, quod grauiter infirmaretur, videlicet hodie, contra Math. Rokitha de Brodow. = Concordauerunt. = — *(54)* Prand. de Laziska cum Nicol., Andr. de Dulowa term. — *(56)* Prepos. Mechov. cum Nicol. de Wola term. post Joh. Bapt. pro omn. causis ad vidend. —

*(57)* Kachna filia Jaschconis Mleczko de Zarnowicza cum Philippo de Mislouicze pro omn. causis concordauerunt. — *(59)* Nicol. de Olelin cum Msczug. de Imramouicz term. peremp. ad vidend. pro gayo, pro pratis, pro III laneis et media taberna in Kuroswank. — *(60)* Petr. de Kurdwanow privileg. ponere debet iuris hereditarii contra Nicol. kmet. de Owczari. — *(61)* Slawko de Mloschowa litt. hereditariam ponere debet contra Bodzantham de Modlnicza pro pratis. — *(62)* Prand. de Neprzeszna cum Kather. Prandothe de Gluchow term. peremp. post Joh. Bapt. ad concord. uel idem faciend. — *(63)* Math. de Poramba cum Wischc. de Kuroswank term. peremp. post Joh. Bapt. ad concord. uel idem faciend. — *(64)* Zaclica de Bala cum Zaclica de Korzkwa term. peremp. ad coll. pro XXIIII[or] mar. princip. pec. et totid damp. — *(65)* Doroth. Nicolai Mruk de Wilkouiska confessa capell. contra Pechnam mulier. ibid., term. =Wszystkich zapisek z 1 Czerwca w księdze Cr. IIIa 73.=

*Acta Cracouie feria tercia ipso die sancti Witi, termini continuati fuerunt (d. 16 Junii 1400), alii positi sunt ad duas septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10249.** *(Cr. III p. 141).* Nota — Stanislao Poszar et Laurencio de Potok ius decreuit, quod ambo ibidem in rubetis et in gagiis ac in nemoribus debent ligna rubetosque excidere libere et exstirpare, quilibet pro se quantum potest, ut ubi quis eorum habet de iure.

**10250.** Nota — Paschco de Bronissow, intercessor domine Katerine relicte Hanconis, Lucassium de Stanpocice actorem pro hereditate in Swossouice, pro qua dicta Katerina citata exstitit, iure per testes euasit.

**10251.** Nota — Kaskel, filius Andree, iudeus de Cracouja sex marcas debiti patris sui in Miroslao de Poramba (fideiussore Mroczconis de Srzenawa) iure obtinuit, et super usura [terminum habent] Cracouie.

**10252.** *(Cr. III p. 142).* Nota — Jacussius Probolo Nicolaum de Dulowa actorem pro X marcis fideiussorie iure per recursiuam libri euasit, quia idem Nicolaus ipsum Jacussium contumacem iniuste pronunciari fecit, non habens secum tunc terminum.

**10253.** Nota — Janek, Nicolaus, Maczey de Blandow factum Ostrobodoni super graniciebus dimiserunt, quod idem ibidem et in Negowancz in graniciebus debet constitui et equitari et, ubicunque equitauerit, hoc ipsi sub pena Regali debent esse contenti, et hoc fiat prima feria secunda post diem sancti Bartolomei proxima.

**10254.** Nota — Luthco de Wola (X) quinque marcas grossorum Pragensium et dampnum in Zuschca de Offczary per litteram iudicialem iure obtinuit.

**10255.** Nota — Jacussius Snopek, Jaschco et Petrus filii ipsius, heredes de Dzecanouice, fideiubentes pro Margareta sorore ipsorum, omnimodam partem hereditatis ipsorum ibidem in Dzecanouice cum omni iure, dominio et pertinenciis, exceptis duobus pratis et parte molendini, que nunc tenet Jacussius Wolsky in obligacione, Wenceslao ibidem, in Dzecanouice heredi, in C et X marcis grossorum Pragensium obligarunt tenendum a festo ad aliud festum Natiuitatis Christi et usque ad plenam exempcionem possidendum, et non habebit idem Wenceslaus et sui pueri ipsos obligantes circa exempcionem huiusmodi hereditatis aliqua prescripcione euadere, et dum ipsam partem hereditatis eximere voluerint, ipsis eam cum frumentis seminandis tenebitur resignare, et ipsi eundem Wenceslaum aliis pecuniis, quam cum grossis latis, euadere non habebunt.

**10256.** Nota — Jacussius de Lucice, debitor principalis, et Jaschco de Polanynouice, fideiussor suus, ambo in solidum manu coniuncta IIII[or] marcas pecunie communis ad diem sancti Michaelis proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi usuram per grossum a marca septimanatim tenebuntur ad soluendum, donec principale persoluerint. =Solutum est.= (z. p.).

*Acta Cracouie feria tercia proxima post diem sancte Trinitatis, termini continuati sunt (d. 15 Junii 1400), et alii prorogantur per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10257.** *(1) (Cr. IIIa p. 103).* Ca^us — Johannes kmetho de Pirzchow, plebani de Negouedz, confessus est Stanislao vicario de Negouedz die terminorum contra Petrassium de Xangnicze et Michaelem kmethonem ipsius Petrassii; terminus ad terminos proximos pro capite patris ipsius Michaelis.

**10258.** *(14) (Cr. IIIa p. 104).* Remissio ad regem — Stanislaus de Mlodzeouicz cum domino Jacussio dicto Jaka de Belczin terminum concitatum habent tercia die post diem sancti Allexy proxime venturam coram domino rege in Cracouia, alias si dominus rex Cracouie constitutus non fuerit, extunc ad terminos proximos post diem eiusdem sancti Allexy, pro contentis in libro supiascriptis.

**10259.** *(15)* Pena — Vkleya de Zrzanczicz penam XV iudicio, quia recessit de iudicio, non soluens memoriale.

**10260.** *(22)* Halska, relicta Martini de Zagorow, cum Petrassio de ibidem terminum personalem secundum habent ad terminos proximos; ex mandato domini Johannis castellani Cracouiensis idem Petrassius restituere debet equos ipsi Halscze infra tres dies.

**10261.** *(25)* Testes — Wenceslaus de Lubochow ducit testes contra Stanislaum de Sedlischouicze: Tworkonem de Babkow, Mathiam de Damianow Lubochowi dictum, Stanislaum filium Jacussii de Damianow, Przedborium de Lowina fratrem amitalem, Dziuouissium de Piscorzouicz fratrem amitalem, Laurencium dictum Marel de Pothrkouicze; — Rota: *Jako prawÿe wÿemi y sswadczimi, esz Wanczslaw ÿma na dzedzine w Lubochowye wignanow* XXIII marcas, *ÿ sstym prawem ÿemv dana*; terminus ad terminos proximos in Xansz.

**10262.** *(51) (Cr. IIIa p. 106).* Littera — Zegotha vexillifer Cracouiensis [debet ponere] litteram maioris negocii domini Alberti iudicis Radomiensis, heredis de Wamborkow, ad terminos proximos contra Nicolaum dictum Mothiczka de Gorki. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10263.** *(52)* Littera — Zegotha vexillifer predictus litteram domini Alberti iudicis Radomiensis maioris negocii ponat ad terminos proximos contra Mathiam Rokitha de Brodow. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10264.** *(60) (Cr. IIIa p. 107).* Mathias canonicus Scarbimiriensis cum Katherina relicta Jaschconis de Gluchow terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Assumpcionem sancte Marie ad concordandum, uel ad idem faciendum pro recepcione equorum minus iuste.

**10265.** *(61)* Mathias canonicus predictus cum Andrea dicto Przezuch, procuratore domine Katherine de Gluchow, terminum secundum habent ad terminos proximos post diem sancte Marie Assumpcionis, pro eo, quod facit iniurias.

**CCCXXX. Uwaga.** *(2)* Mogo iud. Crac. cum Bodzantha de Modlnicza term. peremp. — *(3)* Netha de Bochna cum teste, Cadrone de Chronow, contra Joh. et Jaschc. de Winari term. post s. Allexy ad diffiniendum. — *(4)* (Petrassius de Zabawa cum Paschc. Zlodzey de Biskupicze term. secund. pro...). — *(5)* Petrass. de Zabawa cum Paschc. Zlodzey de Biskupicze term. peremp. — *(6)* Halska relicta Smilonis de Belczicz statuat Pechnam Ade de Belczicz intercessorem contra Jarosl. de Lagewniki term. secund. — *(7)* Nicol. Mruk de Wilkowisk cum testib. contra Nicol. ibid. term. secund. — *(8)* Doroth. relicta Sethegy de Raczechouicze cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. — *(9)* Doroth. Nicolai Mruk de Wilkowiska iurabit, quod pura infirmitate infirmatur contra (Nicol. ibid. fratrem uterin.) Pechnam mulier. Nicolai ibid. — *(10)* Nicol. de Podgrodze cum Jaschc. de Sandzischouicz term. peremp. — *(11)* Przeczsl. de Troxa cum Pelka de Bidlin term. peremp. post Nativ. Marie. — *(12)* Budko de Wanczkouicze cum Czczicone de maiori Strzelcze term. peremp. — *(13)* Hanka uxor Michaelis ciuis de contrata s. Floriani in Cracouia cum Christina filia Troyani de Zakrzow

*[Cracouie]. Sabbato sequenti [termini regales] (d. 17 Julii 1400). (Cr. III.).*

**10344.** *(1) (Cr. III p. 150).* Fideiussoria — Procz Allexander et Andreas, heredes de Stoyanice, pro Nicolao fratre ipsorum uterino contra dominam Beatam, relictam domini Dymitry de Goray, fideiusserunt, si causam pro omnibus bonis hereditariis, quam habent cum ipsa domina, perdent, perdere habet et Nicolaus, frater ipsorum, perpetuo.

**10345.** *(2) (Cr. III p. 151).* Intercessio — Eadem Beata Pelcam de Tudorow contra dictos Proczonem etc. fratres pro Sczebrzeschyn intercessit.

**10346.** *(3)* Pena — Andreas de Luczslauice penam XV Nicolao de Zabelce et iudicio XV pro eo, quod ipsi Nicolao dixit: proterue, in iudicio in Czchow non clama super me.

**a.** *(3) (Cr. IIIa p. 124).* Pena — Andreas de Ludslauicze penam XV Nicolao de Zabelcze et iudicio XV pro eo, quod ipsi Nicolao dixit: proterue, in iudicio in Czchow non clama super me. — Item idem penas eidem Nicolao XV et iudicio XV ac LXX regalem, quia recessit de iudicio non fideiubens penam eidem Nicolao.

**10347.** *(4)* Nota — Gregorius de Zacrzow X marcas quartensium tercia die post festum Natiuitatis Christi proximum Prandote de Sanspow obligauit se soluturum pro equo sub dampni caucione.

**10348.** *(5)* Nota — Jaschco de Sbignew Nicolaum, Stanislaum, Woytconem kmetones de Wanczemirow a iurisdicione terrestris iudicii eximens contra Budconem ibidem de Wanczcouice priuilegio domini Wladislai regis Polonie docuit, quod eodem priuilegio eadem villa Wanczemirow et alie ville videlicet: Gdow, Sbignew, Boczow, Brzoszowa, Vbrzez et Weruszice gaudent iure teutunico in omnibus clausulis oportunis.

---

[1]) Jedyna pod tą datą do księgi Cr. IIIa wciągnięta zapiska wydrukowana jest obok odpowiedniej jej zapiski z tej samej daty w księdze Cr. III.

**10349.** *(6)* Nota — Nicolaus de Beganow negauit, quod Bodzantham de Modlnycza in iure nobilitatis et milicie vituperasset.

**10350.** *(7)* Pena — Wincencius de Granow actor contumax contra Katerinam relictam Woytconis de Przechody pro medietate Kydow; Boguta officialis clamauit. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

a. *(5) (Cr. IIIa p. 125).* Pena — Wincencius de Granow actor contumax contra Katherinam relictam Woythconis de Przechodi pro medietate Kydow; Bogutha officialis clamauit.

**10351.** *(8)* (Pena) — Nicolaus de Sensco contumax in termino secundo contra Msczugium de Tsczencza pro violenta repercussione pingnorum in hereditate, quam fecit metsextus, et pro eo, quod procuratorem eius, Petrassium de Potrcouice, interfecit, et pro eo, quod officialem Witum incaptiuauit; idem Witus officialis recongnouit, quod fuit in citacione captus ibidem. = Satisfactum iudicio pro pena. =

a. *(6)* Pena — Nicolaus de Syensko contumax in termino secundo contra Msczugium de Tsczenecz pro violenta repercussione pignorum in hereditate metsextus et pro eo, quod procuratorem ipsius, Petrassium nomine, de Pothrcouicze interfecit, ac eciam pro eo, quod Withum officialem incaptiuauit; et idem Vitus recognouit, quod fuit detentus ibidem. = Jacussius procurator et domini iudex et subiudex penam indulserunt. = (z. p.).

**10352.** *(9)* (Pena) — Petrus de Sczecoczin contumax in termino peremptorio contra abbatissam de Sandecz antiqua pro eo, quod mettercius veniens in hereditatem suam violenter et dedit Grabczoni scolteto de Sczerzesz tria wlnera liuida et unum apertum. = Satisfactum pro pena; satisfactum pro pena per totum iudicio. =

a. *(7)* Pena — Petrassius de Sczecoczini contumax in termino peremptorio contra abbatissam de antiqua Sandecz pro eo, quod Petro scolteto de Sczerzesz tria liuida wlnera intulit et unum apertum; Boguta officialis. = Penam domini iudex et subiudex presidentes in iudicio indulserunt. = (z. p.).

*[Cracouie]. Ipso die sancti Allexy [termini regales] (d. 17 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10353.** *(1) (Cr. IIIa p. 124)* Testes — Jaschco *lowczi* Lublinensis, heres de Grodzina, ducit testes contra Marcum de Thursko; Mathiam Suchdolski, qui interfuit concordie, Przibislaum fratrem uterinum suum producentis, qui interfuit, Jacussium dictum Smothanka de Trambaczow, Paschconem de Nedrwicza in testimonium, Bogutham filium Micossii de Krzow, Marcuschonem de Klodnicza; — Rota: *Jako prawye wyemi ÿ sswadczimi, esz pan Jassek lowczi wroczil lysty panu Markowy dla yednanÿa, a oto pan Marek nÿemÿal gabacz yego;* terminus datur eisdem ad colloquium in Lublin proxime celebraturum.

**10354.** *(2)* Testes Thomconis de Midlow contra Petrassium de Kurow: Mathias de Golischicze, Jaschco de Midlowecz, Kunrad de Mathicze, Sethegius de Garbouicza, Sethegius de Midlow filius Sdziszconis, Christinus de Zagorzicze; — Rota: Sicut scimus et testamur, quia Thomco, heres de Midlow, tenuit pacifice a XVIII annis hereditatem Krczonow; terminus primus ad terminos proximos post diem sancti Jacobi apostoli in Lublin.

**10355.** *(4) (Cr. IIIa p. 125).* Colloquium — Nicolaus de Zabelcze, camerarius Beczensis, statuere debet ministerialem, Nicolaum dictum Mansopust, contra Gregorium et uxorem ipsius de Grocholicz ad colloquium proximum in Cracouia celebraturum; et si colloquium non celebrabitur, tunc ad terminos proximos in Cracouia post diem sancti Michaelis ad interrogandum, si idem ministerialis eundem Gregorium citauit in Plawna.

*[Cracouie]. Feria secunda sequenti [termini regales] (d. 19 Julii 1400). (Cr. III.).*

**10356.** *(1) (Cr. III p. 152).* Nota — Venientes Adam, Jacussius filius eius de Kazimirza, Pachna uxor Marcissy de Thangoborza, Spitco et Petrassius filiaster de Rogynice cum Elizabeth de Crusszyna, uxore Michalconis de Borowno, et cum ipso Michalcone ex concordia

talem contractum inter se ipsos fecerunt videlicet ita: quandocunque predicti Adam, Jacussius, Pachna, Spitco et Petrassius ducentas marcas grossorum, scilicet in festo Natiuitatis Christi, eidem Elizabeth dabunt persoluendo, tunc ipsis ipsa Elizabeth hereditates, quas tenet in dotalicio suo, hoc est Cruschyna et duas Lgotha, conscendere habebit, et nunc eadem Elizabeth ipsis Ade, Jacussio, Pachne, Spitconi et Petrassio decem iumenta indomita restituat et tradat; et si quid eis in eisdem iumentis videretur deficere, super eo Michalco predictus in hunc modum iurabit, sicut dicta iumenta ad plenum sunt restituta, alia autem omnia videlicet: res, peccora, equora et poledros, pecudes, pecunias et thezaurum, per Nicolaum Kruschinski derelicta, pro se dicta Elizabeth in perpetuum habebit obtinere; predicti autem Adam, Jacussius, Pachna, Spitco et Petrassius ipsam Elizabeth pro dictis iumentis et hereditatibus ubilibet ab omni impedimento atque dampno intercedere promiserunt; premissa autem omnia dicte partes omnes perpetuo sub vadio C marcarum obseruare se astrinxerunt. — (l. s.; — soluta; et pro sigillis).

**10357.** *(2)* Nota — Veniens ex concordia Johannes filius Clementis de Quilyna, fideiubens pro omnibus fratribus suis uterinis et coadnatis, omni iuri patronatus, quod habuit in ecclesia in Cozeglowy, domino Cristino castellano Sandecensi et eius posteris legitimis in perpetuum (re)cedens renuncciauit, pro eo, quod idem dominus Cristinus ipsi Johanni in subleuamen ecclesie in Cossow viginti marcas assignauit.

**10358.** *(3)* Nota — Idem dominus Cristinus, fideiubens pro plebano et succesoribus eius ecclesie in Cozeglowy, decimis omnibus in Quilina, in Rosnycza et in Nouawess post araturam curiarum, ex quibus decimis ipse Johannes ius patronatus dicte ecclesie in Cozeglowy habuit, ad dictam ecclesiam in Cossow eidem Johanni et plebano ipsius Ecclesie in Cossow, qui pro tempore fuerit, in perpetuum condescendit.

**10359.** *(4) (Cr. III p. 153).* Nota — Idem dominus Cristinus antedicto Johanni X grossorum Pragensium et X quartensium marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi II marcas census tenebitur ab eisdem ad soluendum sub dampni caucione.

**10360.** *(5)* Nota — Clemens de Lappanow veniens recongnouit, quod sibi Johannes de Podgaye C marcas minus XV marcis debiti in ipso acquisiti iam persoluit. — (l. s.; — soluit II [grossos]).

**10361.** *(6)* Nota — Idem Johannes eidem Clementi terciam partem hereditatis in Camona in dictis XV marcis pecunie communis obligauit, et quando sibi eedem XV marce sine festo Natiuitatis Christi persoluentur, tunc dicta tercia pars hereditatis debet restitui.

**10362.** *(7)* Nota — Johannes de Sprowa Johannem de Radzanow et Jacussium de Suchdol de XII marcis debiti iudaici et de usura apud Canaan iudeum Cracouiensem ad diem sancti Michaelis proximam expediturum se obligauit sub dampni caucione; si non expedierit, tunc ipsum iidem Johannes et Jacussius in eisdem pecuniis, usura et dampnis pingnorare iuridice et de bonis ipsius alibi se intromittere sine ministeriali omnimodam habebunt facultatem. — (l. s.; — soluit II $^1/_2$ [grossos]).

**10363.** *(8)* Nota — Nicolaus de Chothla et Stanislaus de Sandziwoyouice XL marcas grossorum et Pragensium ad diem sancti Michaelis proximam Hosmano iudeo Cracouiensi obligarunt se soluturos; si non soluerint, tunc sibi LX marcas grossorum tenebuntur ad soluendum, et ulterius usuram per grossum a marca qualibet septimanatim se de eisdem LX marcis dare habebunt tamdiu, donec principale persoluerint. — (l. s.).

**10364.** *(9)* Nota — Wenceslaus de Dzecanouice et Marcissius de Thangoborza, fideiussores pro Wirzchoslao de Sedlisca, XL marcas quartensium ad festum Purificacionis sancte Marie proximum relicte Spitconis de Zemlice ad manus domini Johannis Liganza, palatini Lanciciensis, obligarunt se soluturos sub dampni cuiuslibet caucione; eadem relicta causam super proposicione fienda contra dictum Wirzchoslaum pro incendio et violencia Jurconi de Coczonow commisit.

**10365.** *(10) (Cr. III p. 154).* Nota — Johannes de Sweborouice V marcas pecunie communis ad diem sancti Michaelis proximum Abrahe, filio Jacobi, iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit eidem.

**10366.** *(11)* Nota — Symco filius Stanislai de Banthcouice nobilitatem suam conpurgando suos fratres et testes nobiles, videlicet Ostrobodonem de Negowancz, Marcissium de Grabouich, Florianum de Blandow, Swenchonem de Chechel, Janussium scoltetum de Jangroth et Johannem de Crowodrza contra Nicolaum dictum Pudlo de Witow vituperantem produxit, qui fratres et testes pro ipso Symcone iurauerunt in hec verba, quod sit frater ipsorum clenodialis de clenodio due lune et in medio ipsarum gladius lunarum, ac de proclamacione *Przegÿna.*

**a.** *(1) (Cr. IIIa p. 125).* Testes — Simco de Bandcouicz ducit testes contra Nicolaum dictum Pudlo de Withow: Ostrobodum de Negowanicz, Marcissium de Grabouich, Florianum de Blandow, Swanchonem de Chechlo, Janussium scoltetum de Jangroth, Johannem de Krowodrza alterius clenodii; — Rota: iurauerunt omnes personaliter tunc constituti iuxta rotam oretenus tunc pronuncciatam per dominum Dobeslaum subiudicem.

**10367.** *(12)* Pena — Idem Nicolaus Pudlo ad penam XV eidem Symconi et iudicio XV pro huiusmodi vituperio condempnatur, et idem Nicolaus penam XV eidem Symconi et iudicio XV ac Regi LXX, quod recessit de iudicio non fideiubens penam.

**a.** *(5) (Cr. IIIa p. 126).* Nicolaus Pudlo de Withow penam XV Schimconi de Bandcouicz et iudicio XV pro vituperio nobilitatis condempnatur.

**10368.** *(13)* Nota — Nemsta heres de Scronow totam partem hereditatis suam, dictam Jablonczinska, in Deschno cum omni iure, dominio et pertinenciis Cristine, relicte Thomconis de Conary, pro medio Gylow et quarta parte hereditatis in Sbilucice conmutauit, et in perpetuum resignauit, promittens pro dampno et impedimento, et ad hec ducentas marcas eidem relicte addidit.

**10369.** *(14)* Idem Nemsta eidem Cristine adhuc (C marcas grossorum Pragensium soluere tenebitur, de quibus ipsi XL marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum) et LX marcas ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum soluat, sub dampni caucione. =Solute sunt hec XL [marce].=

**10370.** *(15)* (Pena) — Strasch de Modliszow contumax in termino peremptorio curie Regis contra Woytconem Jawor de Zaossicz pro hereditate non ad finem exsoluta, eadem Zaossicz; Boguta clamauit. =Satisfactum pro pena.=

**a.** *(6)* Pena — Strasz de Modlischouicze contumax contra Albertum dictum Jawor de Zaossicz pro hereditate Zaossicze. =Penam iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**10371.** *(16)* Pena — Johannes de Sprowa contumax in termino primo curie contra Katherinam uxorem Sczeczine de Cracouia pro una sexagena debiti; Boguta clamauit.

**a.** *(7)* Pena — Johannes de Sprowa contumax in termino primo contra Katherinam Sczeczine de Cracouia pro I sexagena debiti.

**10372.** *(17) (Cr. III p. 155).* Pena — Wenceslaus de Marcinouice penas V XV Derslao de alio Marcinouice (et iudicio V XV) pro eo, quod ipsum Derslaum contumacem indebite pro V rebus, videlicet pro capite, wlnere et pro aliis in libro contentis fecit pronunciari, non habens secum terminum, et hec

**a.** *(9)* Pena — Wenceslaus de Marczinouicze penas quinque XV Derslao de alio Marczinouicze et iudicio V XV pro eo, quod ipsum Derslaum contumacem indebite pro quinque rebus videlicet pro capite, wlnere et aliis in libro contentis fecit pronuncciare, non habens secum terminum, et hec omnia perdidit.

omnia perdidit. =Domini iudicio presidentes penam indulserunt.= =Pene regales delentur ad mandatum domini Johannis de Thanczin castellani Cracouiensis, obseruato iure Derslai.= (z. p.).

**10373.** *(18)* Pena — Consules et Burmagister ciuitatis de Kalis contumaces in termino primo curie Regis contra Jacussium et Barbaram uxorem eiusdem de Cracouia pro domo valoris LX marcarum et pro IIII^or marcis in allodio pro eo, quod ipsos incaptiuabant et incippabant.

*[Cracouie]. Feria secunda proxima [termini regales] (d. 19 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10374.** *(2) (Cr. IIIa p. 125).* Derslaus rector Ecclesie de Konske cum Stanislao Jelithco de Gosdna terminum habent ad terminos proximos post diem sancti Stanislai tempore autumpni pro decima in Czirnino violenter recepta.

**10375.** *(3)* Katherina Sczeczine institrix de Cracouia cum Anna relicta Wilhelmi olim procuratoris Cracouiensis terminum habent die tercia hic in Cracouia.

**10376.** *(4) (Cr. IIIa p. 126).* Nota — Stanislaus Ssaffranecz de Mlodzeouicze cum Jacussio Jaka de Przibinow debent exire ad granicies inter Przibinow et Wissoka villas, ubi ministerialis in visione fuit sabbato proxime venturo. Et ibidem idem Stanislaus propria in persona sub iuramento equitare debet iuxta visionem ad minus et non ad magis; et quod equitauerit, obtinebit; iuramentum tale fiet: *Tako mi bog pomagay, yako prawye kandism ÿechal, poty yest me, y mÿch namasthcow bylo;* terminus ad diffiniendum ad terminos proximos in Cracouia. =Concordauerunt.=

**10377.** *(8)* Visio — Simon, Paulus, Michael et Johannes, heredes de Popouicze, cum Clemente vicecancellario Cracouiensi terminum habent ad videndum ad terminos proximos per terminos pro prearacione granicierum fossatarum inter Dobszicze et Popouicze.

**10378.** *(10)* Nota — Stanecz Boguthe ministerialis deputatur ad videndum inter Simonem, Paulum, Michaelem et Johannem, heredes de Popouicz, et Clementem vicecancellarium regni Polonie, qui ministerialis diem assignauit visionis.

*[Cracouie]. Feria tercia sequenti [termini regales] (d. 20 Julii 1400). (Cr. III.).*

**10379.** *(Cr. III p. 155).* Nota — Derslaus de Lagewnyky pro Hanca, et Posnan de Chroseczyna pro Katherina, uxoribus ipsorum, ambo coniuncta manu domino Nemste de Scronow fideiusserunt, quod ipsum Nemstam eedem uxores in foro et in empcione hereditatum medietatis Gylow in terra Lanciciensi et quarte partis hereditatis in Sbilucice in terra (Lanciciensi) Siradiensi situatarum perpetuo impedire non debent; et si aliquando impedierint, tunc dicti fideiussores ducentas marcas vadii tenebuntur ad soluendum sub dampni [caucione].

**10380.** Nota — Birowo de Przibinice XVII marcas pecunie communis Wernconi de Rosznow ad diem sancti Michaelis proximam racione fideiussorie facte pro ipso in personam Sigismundi de Dambowdzal obligauit se soluturum sub dampni caucione.

**10381.** Nota — Chebda et Sochna uxor eius de Rosten LX marcas grossorum Pragensium fideiussorie ad diem sancti Nicolai proximam de Welopole obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc ipsis villam totam Thangoborza cum omni iure, nihil pro ipsis ibidem reseruando, in eisdem obligare tenebuntur; et alias dampna super *pomowa* refundendo.

**10382.** Nota — Derslaus de Marczinouicze cum Wenceslao de alio Marczinouicze terminum habent ad terminos proximos ad concordandum pro penis, alias si non concordabunt, tunc predictus Wenceslaus Derslao antedicto fideiubere debet penam die terminorum predictorum proxime venturo [1]).

[1]) Zapiskę tę wciągnął do księgi Cr. III pisarz księgi Cr. IIIa.

**10383.** *(Cr. III p. 156).* N o t a — Stanislaus de Jeszow et Nicolaus de Welepole, fideiussores pro Chebda, LX marcas grossorum Pragensium ad diem sancti Nicolai proximam Andree de Widzdzice obligarunt se soluturos, si non soluerint, tunc sibi villam totam Rosslauice obligabunt in eisdem sub dampni cuiuslibet caucione. — (l. s.; — soluta).

**10384.** N o t a — Nicolaus Cztan de Strelce subiudex Sandomiriensis XII marcas grossorum Pragensium fideiussorie pro Chebda de Rosten ad diem sancti Martini proximam Andree de Widzdzice obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi XXIIII^or^ boues pingnoris assignauit infra VIII dies post, sub dampni caucione.

**10385.** N o t a — Dobeslaus de Curoswank IX marcas pecunie communis ad diem sancti Michaelis proximam Petro Spicimir de Cracouia obligauit se soluturum sub pena XV et XV iudicii ac Regali LXX.

### *[C r a c o u i e]. Feria tercia in c u r i a r e g i s (d. 20 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10386.** *(Cr. IIIa p. 126).* Zira de Mankarzow cum Woythcone de Potok terminum peremptorium habent in crastino sancti Michaelis proxime venturo coram domino Johanne castellano Cracouiensi, ita, quod ambo personaliter conparere debent, et si quis ipsorum non conpareret, extunc per duas septimanas a die predicta iurare debet coram eodem domino Johanne, quod veraciter infirmaretur, eciam excepto regis mandato vel expedicione.

**10387.** *(Cr. IIIa p. 127).* Kmethones Derslai de Marczinouicze cum Wenceslao de alio Marczinouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos in C r a c o u i a.

**10388.** N o t a — Datur terminus inter Katherinam Ade de Berwald et Johannem, Poznanum et alios fratres ipsius Katherine, heredes de Zamboczin, a die dominico proxime venturo ad octo dies, et eodem die octauo predicti Johannes, Poznan et alii fratres partem maternalem ad ipsam Katherinam spectantem tantummodo in terra Cracouiensi debent dare, excepta tercia parte supra penis XV ipsi Katherine, et iudiciali.

**10389.** Margaretha, abbatissa, et conventus monasterii de antiqua Sandecz cum domino Petro de Sczecoczini terminum habent peremptorium tercia die post festum Natiuitatis sancte Marie nunc proxime venturum in C r a c o u i a coram domino Johanne de Tanczin castellano Cracouiensi pro XXV marcis grossorum Pragensium.

### *[C r a c o u i e]. Feria quarta sequenti [termini r e g a l e s] (d. 21 Julii 1400). (Cr. III.).*

**10390.** *(1) (Cr. III p. 156).* N o t a — Nicolaus castellanus Woyniciensis, fideiussor pro Dobcone de Curoswank, LXX marcas grossorum Pragensium ad diem sancti Nicolai proximam domino Johanni palatino Lanciciensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi econuerso centum et LXX marcas grossorum tenebitur ad soluendum nulla re, pingnore uel obligacione euadendo, et si has C et LXX marcas ad diem prefixam non soluerit, tunc eidem domino Johanni omne dampnum habendum inter Iudeos et Christianos super sola eiusdem fassione et absque iuramento habebit refundere; et si citatus fuerit pro premissis, tunc ipsum dominum Johannem nulla constitucione uel contradiccione debet euadere.

**10391.** *(2)* Idem Dobco eidem Nicolao fideiussori suo se similiter obligauit premissa adimplere ad diem prefixam; si non compleuerit, tunc sibi castrum Curoswank cum opido et villam totam Czirnycza cum omni iure tenendum obligare tenebitur, sub dampni cuiuslibet caucione. Idem Dobco eidem Nicolao fideiussit, quod uxor sua in iudicio terre S a n d o m i r i e n s i s se similiter ad premissa obligauit.

**10392.** *(3) (Cr. IIIa p. 157).* N o t a — Johannes de Chodow totam villam suam Wola Chodowska cum omni iure etc. Petro Penaszek de Witow in L^ta^ marcis quartensium obligauit tenendum in forma, promittens in forma — (l. s; — soluta).

**10393.** *(4)* P e n a — Consules ciuitatis Kalisiensis, videlicet: Nicolaus Clos Burmagister, Zelaszo dictus, Nicolaus Bochensky, Henrricus Meyndel, Hanus Meyndel, Laurencius contumaces

in termino curie Regis concitato contra Jacussium et Barbaram uxorem eius de Cracouia pro domo iacenti in acie prope monasterium ibidem in Kaliss et pro IIII$^{or}$ marcis ac pro eo, quod ipsam Barbaram violenter incipparunt; Boguta concitauit.

**10394.** *(5)* Nota — Jacussius Guth de Rzandouice XX marcas quartensium ad festum Natiuitatis Christi proximum Andree de Zalass obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi IIII$^{or}$ marcas census in bonis kmetonibus ibidem in Rzandouice obligare tenebitur sub dampni caucione.

**10395.** *(6)* Idem Andreas [tenetur] memoriale ad terminos proximos.

**a.** *(1) (Cr. IIIa p. 127).* Nota — Andreas de Zalass tenetur soluere memoriale ad terminos proximos sub pena.

**10396.** *(7)* Nota — Clemens castellanus Czechouiensis, si XX marcas quartensium Jacussio de Mynyn ad terminos proximos persoluet, tunc quartam partem ville Corabnyky ab ipso Jacussio ex decreto dominorum recipiet et possidebit, alias ipse Jacussius ipsam quartam partem a festo ad aliud festum tenebit cum effectu.

**10397.** *(8)* Nota — Predborius de Szythna Nicolaum de Zagorze pro XXXIIII$^{or}$ marcis fideiussorie facte pro domino Sbigneo de Wlodzislaw iure euasit, quia sibi persoluit.

**10398.** *(9)* Nota — Zaclica de Corzekwa XXX grossorum Pragensium et X pecunie communis [marcas] ad diem sancti Nicolai proximam Paschconi Wangrzin de Sosnouice obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi in LX marcis totam partem hereditatis suam in Rudno obligauit tenendum in forma; si vero utrumque non fecerit, tunc eidem omne dampnum habendum inter christianos, et inter iudeos absque iuramento refundere habebit, et super eo Nicolaus notarius terre Cracouiensis et Jacussius de Offczary eidem Paschconi fideiusserunt, promittentes eundem reddere similiter indempnem. Idem Zaclica eisdem fideiussoribus suis se similiter obligauit.

**10399.** *(10) (Cr. III p. 158).* Nota — Jaschco de Sprowa unam sexagenam ad terminos proximos Katherine Sczeczine de Cracouia soluat sub pena XV partis et XV iudicii.

**10400.** *(11)* (Pena) — Pacossius de Zastampow actor contumax contra Nicolaum de Zagorze pro CL$^{ta}$ marcis grossorum debiti. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**10401.** *(12)* Pena — Pacossius de Xangnice contumax in termino curie contra Bodzantham de Modlnicza pro XI marcis principalis debiti et pro tanto dampni.

**a.** *(7) (Cr. IIIa p. 128).* Pena — Pacossius de Xangnicze contumax in termino curie contra Bodzantham de Modlnicza pro XI marcis principalis debiti et pro dampno.

**10402.** *(13)* Pena — Petrassius de Ogrodzenecz contumax in termino concitato contra Katherinam uxorem Sczeczine de Cracouia pro IIII$^{or}$ marcis et pro pena.

**a.** *(8)* Pena — Petrassius de Ogrodzenecz contumax in termino concitato contra Katherinam Sczeczine de Cracouia pro IIII$^{or}$ marcis et pro pena.

**10403.** *(14)* Pena — Andreas de Zalesse contumax in termino curie contra Katherinam uxorem Sczecine de Cracouia pro debito, quod litteris poterit indicari.

**a.** *(9)* Pena — Andreas de Zalesse contumax in termino curie contra Katherinam Sczeczine de Cracouia pro debito, quod registro debitorum indicare potest.

**10404.** *(15)* Nota — Jaschco de Sprowa I$^1/_2$ marcam et VI grossos ad terminos secundos debiti uxori Johannis Felbuch de Cracouia et VI grossos pene obligauit se soluturum sub pena XV partis et XV iudicii.

**10405.** *(16)* Nota — Clemens de Lappanow duas marcas infra duas septimanas a feria tercia proxima Margarethe vidue de Cracouia soluat sub pena iudicii.

**10406.** *(17)* Nota — Bartossius de Ogrodzenecz frumenta in Clucze Bodzante de Modlnycza recipiendum libera et ipsum Bartossium de iuramento dimisit.

*[Cracouie]. Feria quarta in vigilia sancte Marie Magdalene [termini regales] (d. 21 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10407.** *(2) (Cr. IIIa p. 127).* Spithca relicta Warschonis de Sczczeki cum Elizabeth vidua de Dzdzurada terminum peremptorium habent ad terminos proximos in Cracouia pro violenta intromissione hereditatis Sydzina tempore sue tenute predicte Spithcze

**10408.** *(3)* Simeon de Bandcouicz cum Wirzchoslao de Tangoborz terminum habent ad terminos proximos in Cracouia ad fideiubendum penam.

**10409.** *(4)* Visio — Johannes de Sczekoczini cum Iwano procuratore generali terminum habent ad terminos per terminos ad videndum.

**10410.** *(5)* Datur terminus inter Katherinam Sczeczine de Cracouia et Annam relictam Wilhelmi olim procuratoris Cracouiensis a die hesterna per quinque septimanas, ita, quod predicta Anna litteras dotalicii assignati per eundem Wilhelmum in iudicium ponere debet.

**10411.** *(6)* Item eadem domina Anna pueros suos statuere debet similiter a die hesterna per quinque septimanas contra relictam Pacossy et filiam eius de Cracouia, relictam Janussy, pro CV marcis minus uno fertone debiti Wilhelmi predicti, patris eorundem puerorum.

*[Cracouie]. Feria quinta sequenti [termini regales] (d. 22 Julii 1400). (Cr. III.).*

**10412.** *(1) (Cr. III p. 158).* Nota — Venientes Procopius dictus Procz, Allexander et Andreas (ac Nicolaus) (nomine), fratres germani, de Stoyanice pro Nicolao fratre alio fideiubentes ex una et pro aliis impedientibus, et domina Beata relicta domini Dymitry Marschalci, heredis de Goray, ex fideli concordia circa diuisionem omnium hereditatum derelictarum per dictum dominum Dymitrium talem contractum et diuisionem earundem hereditatum inter se ipsos fecisse congnouerunt, videlicet ita: predictis fratribus omnibus districtus Sczebrzeschin et Stoyanice cum omnibus villis in terra Russie (ubicunque fuerint) et cum omnibus iure, dominio et pertinenciis ad diuisionem ipsorum cesserunt, domine vero Beate et pueris eiusdem castrum Goray cum omnibus ipsius villis, iure, dominio et pertinenciis uniuersis pro diuisione ipsorum similiter cesserunt, et predictam diuisionem omnes inter se hincinde ad quatuor annos a festo Natiuitatis Christi proximo inclusiue debent tenere, propter hoc quod dicti pueri ad legitimam etatem ipsorum medio tempore venirent, quibus pueris etas dictorum quatuor annorum expectandum data sub ista condicione, si dicti pueri, cum ad etatem predictarum quatuor annorum venerint, in dictam diuisionem hereditatum predictarum consencient, tunc ipsa diuisio inter ipsos pueros domini Dimitry et dominam Beatam ac inter fratres predictos in perpetuum debet stare; si autem non consencient, tunc pro dictis omnibus hereditatibus dicte partes omnes se hincinde, ita, ut hodie, iure uel amicabili concordia habebunt experiri. Insuper predicte partes omnes omnia debita tam iudaica, quam christiana fideiussorie per medium hincinde habent et habebunt soluere, exceptis debitis, que dominus Nicolaus Episcopus Wladislauiensis intercessit; item si eciam prefati Procz, Allexander cum fratribus suis dictam diuisionem hereditatum post dictos quatuor [annos] tenere voluerint, tunc eciam in perpetuum stabit; alias si non tenebunt, tunc se similiter iure uel concordia experient; item predicte partes omnes medio tempore venaciones tam ferarum, quam auium pariter in Goray et in Sczebrzeschin ac in Stoyanice habent liberas. Item dicti Procz et fratres sui litteram Regalem infra dictos quatuor annos domino Cracouiensi ad fideles manus seruandum debent assignare.

**10413.** *(2) (Cr. IIIa p. 160).* Pena — Lucassius vicezupparius de Cracouia contumax in termino curie contra Netam de Bochna pro LXX marcis principalis debiti et totidem dampni et pro littera ipsius Nete fideiussoria, in qua continebatur debitum CLXX et V½ marcarum

a. *(7) (Cr. IIIa p. 129)* Pena — Lucassius vicezupparius de Bochna contumax in termino curie contra Netham de Bochna pro LXX marcis principalis debiti et totidem dampni et pro littera ipsius Nethe fideiussoria, in qua continebatur debitum fideiussorie, videlicet

et pro CL[ta] marcis dampni racione predicte littere detencionis, ac pro eo, quod eandem Netam in zuppa malis verbis diffamauit.

CLXXV½ marcarum, et pro CL marcis dampni racione predicte littere detente per Lucassium, ac pro eo, quod in zuppa eandem malis verbis inproperando diffamauit.

**10414.** *(3)* Pena — Nicolaus Cztan subiudex Sandomiriensis contumax in termino curie contra Johannem Reÿ de Schumsko pro XX marcis et pro dampno ad simplicem fassionem.

a. *(8)* Pena — Nicolaus Czthan subiudex Sandomiriensis contumax in termino curie contra Johannem Rey de Schumsko pro XX marcis et pro dampno ad simplicem fassionem ipsius Johannis Rey.

**10415.** *(4)* Nota — Johannes de Sczecoczin, fideiussor pro Dobcone de Conske, LX marcas grossorum Pragensium nulla alia pecunia in moneta parua euadendo ad festum Natiuitatis proximum Jaschconi de Bronischow obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi totam partem hereditatis dicti Dobconis in Stanpocice, aut suam in Kazimirza, cum omni iure, dominio, utilitatibus, censibus, frumentis seminatis, nichil pro se excipiendo, ibidem in eisdem pecuniis obligauit sub dampni caucione super sola fassione et absque iuramento eiusdem.

**10416.** *(5)* Nota — Strasch de Modlissouice Woytconem dictum Jawor de Zaoszice actorem pro hereditate eadem Zaoszice, quam idem Woytco dixit sibi non esse ad finem exsolutam et pro C marcis iure euasit ex eo, quia idem Woytco Jawor confitebatur se fideiussorem super eadem hereditate et exsolucione eiusdem habuisse.

**10417.** *(6)* Pena — Idem Jawor eidem Strzaszoni penam XV et iudicio XV, quia patri ipsius Strassonis in iudicio maledixit improperando.

**10418.** *(7)* Nota — Jacussius de Boturzin et Bartossius de Ogrodzenecz fideiussores manu coniuncta pro Sbigneo Marschalco de Wlodzislsw ducentas marcas grossorum Pragensium, nulla pecunia euadendo, ad diem sancti Nicolai proximam Petro Schaffranecz subdapifero Cracouiensi obligarunt se soluturos sub dampni caucione super *pomowa* et sine iuramento.

**10419.** *(8)* Idem Sbigneus eisdem fideiussoribus suis se similiter ad premissa obligauit, promittens eosdem occasione premissorum reddere indempnes.

### *[Cracouie]. Feria quinta ipso die sancte Marie Magdalene [termini regales] (d. 22 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10420.** *(1) (Cr. IIIa p. 128).* Anna, relicta Wilhelmi olim procuratoris Cracouiensis, litteram dotalicii per eundem Wilhelmum assignati ponere debet a feria tercia proxima per IIII[or] septimanas in Cracouia contra Stachnam relictam cuiusdam dicti Klopoth de Cracouia pro XXIII marcis debiti.

**10421.** *(2)* Visio — Derslaus de Janouicze cum Jaschcone Liganza pallatino Lanciciensi terminum habent ad colloquium proximum ad videndum.

**10422.** *(3)* Nota — Nicolaus de Wilkowisko tres marcas quartensium numeri Polonicalis soluere se astrinxit Andree scolteto de Zandermann ad diem sancti Stanislai nunc proxime venturam sub dampni caucione.

**10423.** *(4)* Relicta Spithconis de Melsten cum Petrassio de Zabawa terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod familiarem ipsius domine verberauit et IIII[or] wlnera liuida et quintum cruentatum in facie intulit. Et in eodem termino predicto Maldrzik familiaris Jacobum ministerialem statuere debet contra eundem Petrassium, qui ministerialis wlnera vidit.

**10424.** *(5)* Procurator — Eadem domina causam suam, quam habet cum predicto Petrassio de Zabawa Chebde de Trope commisit.

**10425.** *(6)* Pena — Clemens de Lapanow penam XV Michaeli notario domini iudicis et XV iudicio pro eo, quod dixit eidem in iudicio: *nÿesskazny thÿ nÿechacz szkazuję lepschi*

*nýszess tý*; deinde predictus Clemens dixit, quod non esset dignus accipere penam huiusmodi militalem, ipsum in milicia vituperando, qui Michael nominauit se de clenodio duorum cornuum *Jelený Zambrza*, de proclamacione *Rogala.*

*[Cracouie]. Feria sexta termini regales (d. 23 Julii), (Cr. IIIa).*

**10426.** *(Cr. IIIa p. 129).* Dominus Martinus procurator Sanctimonialium cenobii ecclesie sancti Andree de Cracouia cum Johanne et uxore ipsius Jewka de Grabowecz terminum habent a feria tercia proxima ad IIII[or] septimanas pro *Swepotho* mellis violenter recepto et pro eo, quod familiarem ipsius sagitta wlnerauit et pro depascacione prati in Grabouecz, ac eciam pro eo, quod piscinam facit in hereditate Sanctimonialium.

**10427.** Msczugius de Koslow cum duobus colonis de Krzeschowka: Pechone et ortulano de paruo Xansz, nomine Jacubcone, terminum habent ad terminos proximos in Xansz, pro eo, quod ipsos inuenit violenter siliginem ipsius metentes.

**10428.** Nota — Nedzalek ministerialis recognouit citasse eosdem et arestauit eosdem ibidem metendo.

**10429.** Nota — Clemens de Lapanow soluere se obligauit unum fertonem hinc ad octo dies Michaeli notario domini iudicis, alias si non soluerit, tunc penam XV eidem incurret et VI boues dare debent in predicta pena XV inpignorari sine ministeriali.

*[Cracouie]. In vigilia sancti Jacobi apostoli termini regales (d. 24 Julii 1400). (Cr. IIIa).*

**10430.** *(Cr. IIIa p. 129).* Pena — Janczi Zambr contumax in termino curie contra Katherinam Sczeczine de Cracouia pro I marca cum XVI scotis debiti et pro malis verbis diffamatoriis; Swanch familiaris portulani recognouit eundem citasse, qui accipiens litteram citacionis in terram proiecit, inproperando eidem Katherine.

**10431.** *(Cr. IIIa p. 130).* Nota — Zuszka relicta Jaszconis dicti Oweczka de Owczari recognouit se teneri V marcas latorum grossorum racione fideiussorie Jacussio de Owczari ibidem; quasquidem quinque marcas soluturum se astrinxit eidem Jacussio ad diem Natiuitatis Christi proxime nunc venturum; alias si predictas V marcas ad diem predictam non soluerit, tunc dare debet predicto Jacussio intromissionem in partem suam, quam habet ibidem in Owczari; si vero utrumque non compleuerit, extunc quodcunqe dampnum idem Jacussius incurret racione predicte non solucionis, hoc erit dampnum predicte Zuszcze.

*Acta in Cracouia feria tercia proxima post diem sancti Jacobi, termini continuati fuerunt (d. 27 Julii 1400), alii positi sunt ad quatuor septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10432.** *(1) (Cr. III p. 161).* Nota — Zegotha vexillifer Cracouiensis litteram et sigillum Petri Zabawsky de debito iudaico ad terminos proximos expediturum se obligauit sub dampni caucione, videlicet apud Hosman iudeum Cracouiensem.

**10433.** *(2)* Nota — Dominus Rex Polonie per litteram suam dominum Thomconem capitaneum Cracouiensem et fideiussores suos pro debitis iudaicis iufra unius anni transitum iudicare inhibuit.

**10434.** *(3)* Nota — Stanczik et Andreas fratres eius de Grodek quadraginta marcas debiti iudaici principalis et usuram, quantum numerabitur, ad diem sancti Martini proximam Zegothe de Gnoyno soluturum et expediturum se obligarunt; si non expedierint et non persoluerint, tunc se idem Zegotha in bona hereditaria ipsorum videlicet in Grodek, in Zalansze, in Barthcowca, in Possadowa, in Bandzerzadza, in Gorowa, in Glinnyk intromittere habebit sub dampni caucione; uel Pelca et Adam, fratres ipsius Zegothe, se similiter intromittant.

**10435.** *(4)* Nota — Kenna de Morauicza et Gregorius, filius eius, Wirzchoslaum de Sedlisca de debito, quantum de ipso fuerit, apud Petrum Spiczimir, videlicet fideiussorie, ad diem sancti Michaelis proximam expediant sub pena XV et sub dampno ac sub pingnoracione. =Solutum est per totum.= (z. p).

**10436.** *(5)* Nota — Bodzantha de Modlnicza XII marcas debiti principalis fideiussorie et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim, ut in littera, Mogoni iudeo Cracouiensi teneri recongnouit, soluat sub pena iudicii et Regali ad VIII septimanas proximas.

**10437.** *(6)* Nota — Sbigneus de Grodek XXIIII^or marcas grossorum ad diem sancti Martini proximam debiti principalis Cussilloni filio Hosmani obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi XL marcas tenebitur ad soluendum, et ulterius usuram per grossum a marca qualibet dare debebit ab eisdem XL marcis pro Jacubcone Kobilenski.

**10438.** *(7) (Cr. III p. 162).* Nota — Nicolaus de Lubcza de debito iudaico principali X marcarum et de usura Cristinum de Stradow, Derslaum de Macocice, Dobconem de Zamboczin apud Hosmanum iudeum Cracouiensem ad diem sancti Michaelis proximam expediturum se obligauit sub dampni cuiuslibet caucione; si non expedierit, tunc ipsis villam suam eandem Lubcza cum omni iure et utilitate, nichil pro se reseruando, obligauit tenendum in forma. — (l. s.; — soluta).

**10439.** *(8)* Nota — Potruschca de Budzeyouice ex concordia cum Stachna, filiastra sua, talem contractum fecit et habuit, videlicet ita: si hereditatem ibidem ante diem sancti Nicolai vendent, tunc idem Potruschca de parte dicte Stachne IIII^or marcas debet pro se recipere, si non vendiderint, tunc ipsa Stachna medietatem hereditatis habebit obtinere, positis prius XIIII^or marcis Potruschce predicte.

**10440.** *(9)* Nota — Petrus decanus Poznaniensis, canonicus Cracouiensis, in omnibus causis suis et sui canonicatus Cracouiensis Zegotam de Gnoyno procuratorem suum constituit contra quamlibet personam in iure nostro, promittens rata et grata tenere in forma.

**10441.** *(10)* Nota — Jacussius de Minyn medietatem domus sue omnimodam circa ecclesiam sancti Egidii in Cracouia cum area et structura pro C marcis grossorum et pro IIII^or laneis in Dalow, hereditatem pro hereditate commutando, domino Gnewossio subcamerario Cracouiensi vendidit et resignauit, promittens in forma.

**10442.** *(11)* Nota — Idem Gnewossius eidem Jacussio dictos IIII^or laneos in perpetuum conmutando resignauit, promittens in forma.

**10443.** *(12)* Nota — Dziuissius de Marzancice XXXII marcas pecunie communis ad festum Natiuitatis Christi proximum Drobny iudeo Cracouiensi soluturum se obligauit; si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim debet dare tamdiu, donec principale persoluerit, Rege uel Regina, aut aliqua re non euadendo.

**10444.** *(13) (Cr. III p. 163).* Intercessio — Jaschco de Lubochow Clementem de Grabouich pro hereditate Barthossowska ibidem in Grabouich contra Abraham de Woycowcosczol intercessit.

**10445.** *(14)* Nota — Stanislaus de Modlnycza iurabit contra Jacussium ibidem, quod habet tabernam statuere in propria hereditate sua ibidem.

**10446.** *(15)* Nota — Andriczca de Luczslauice LX marcas Boczce Lucouiensi incurrit pro eo, quod eidem Boczce dixit: non credendo ipsum Boczcam de sorore uterina Nicolai Penaszek esse procreatum.

**10447.** *(16)* Nota — Petrlynowa de Sczithnyky III^es marcas pene Boxe de Lexice uel Maczconi de Jurzicouice ad terminos proximos soluere fideiussit sub pena XV partis et iudicii.

**10448.** *(17)* (Pena) — Nicolaus de Sensco contumax in termino concitato contra Msczu-

**a.** *(96) (Cr. IIa p. 137).* Pena — Nicolaus de Sensko contumax in termino concitato contra

gium de Tsczenecz pro violenta repercussione pingnorum in hereditate, quam fecit metsextus, et pro eo, quod procuratorem eius Petrassium de Potrcouice interfecit, et pro eo, quod officialem Vitum incaptiuauit. =Satisfactum pro pena iudicio.=

Msczugium de Tsczenecz pro violenta repercussione pingnorum in hereditate, quam fecit metsextus, et pro eo, quod procuratorem eius Petrassium de Pothrcouicze interfecit, et pro eo, quod Vithum officialem incaptiuauit. =Domini, Jacussius procurator, iudex et subiudex penam indulserunt.= (z. p.).

**10449.** *(18)* (Pena) — Nicolaus de Socolnyky contumax in termino primo curie contra Pacossium de Zastampow pro CL[ta] marcis fideiussorie debiti et dampni. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**a.** *(97)* Pena — Nicolaus de Sokolniki contumax in termino curie contra Pacossium Zastampow pro CL marcis fideiussorie debiti et dampno.

**10450.** *(19)* Nota — Jaschco Rey de Schumsco XX marcas debiti principalis in Nicolao Cztan de Strzelce, subiudice Sandomiriensi, iure obtinuit; et super dampno, quod super ipsum Jaschconem Imramus de Swynary occasione eorundem XX marcarum habuerit uel fecerit, idem Jaschco contra ipsum Nicolaum Cztan iurare habebit, et super quo iurabit, hoc ipsum ipse Nicolaus Cztan eidem Jaschconi refundere tenebitur.

*Acta Cracouie feria tercia proxima post diem sancti Jacobi apostoli, termini continuati sunt (d. 27 Julii 1400), et alii assignati per quatuor septimanas. (Cr. IIIa).*

**10451.** *(2) (Cr. IIIa p. 130).* Nota — Nicolaus de Mothchouicze cum Johanne de Chodow pro omnibus causis concordauerunt, et specialiter pro qua causa Wenceslaus Proda fideiussor fuit.

**10452.** *(6)* Ca[us] — Prandotha de Przelank confessus est die terminorum (Nicolao de Nakel vicario) contra Vidzgam de ibidem; terminus ad terminos proximos, et cum coadiutoribus suis. =Dimissus, prout Jacussius ministerialis recognouit.=

**10453.** *(13) (Cr. IIIa p. 131).* Jaroslaus de Sborow cum Streszcone de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro pratis, pro agris et pro occupacione communis loci in villa Sborow, videlicet, quod facit thabernam et construit domum in communi loco ac pro II bobus fideiussorie.

**10454.** *(21)* Andreas de Sczordkouicze cum Johanne de Langanow terminum secundum habent ad terminos proximos pro percussione coloni, pro violenta excisione arborum de gayo communi et pro seccione arborum circa piscinam ac pro percussione kmethonis.

**10455.** *(24)* Ca[us] — Peregrinus de Sczithniki, filius Swantochne predicte, (confessus est die terminorum contra Zegotham de Lankawa Mathie vicario de Proschouicze; terminus ad terminos proximos.

**10456.** *(25)* Priuilegium — Swantochna de Sczithniki priuilegium iuris theutunici ponere debet ad terminos proximos, intercedendo kmethones suos de Woywanouicz contra Zegotham de Lankawa.

**10457.** *(26)* Visio — Swantochna de Sczithniki cum Zegotha de Lankawa terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad videndum. =Concordauerunt = (z. p.). — (Hii termini tres suprascripti per dominum Johannem castellanum Cracouiensem remissi sunt ad iudicium hunc terrestre).

**10458.** *(35) (Cr. IIIa p. 132).* Spithco de Wanczslauicze cum Dominico kmethone de Maslomancza terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem sancti Michaelis, et idem kmetho non debet falcare gramina in pratis in Maslomancza dictis Przibcowska, quousque causa determinabitur inter eosdem.

**10459.** *(Cr. IIIa p. 134). (63)* Testes Klichne uxoris Czcziconis de Strzelcze contra Budconem de Wanczkouicze: Miczko de Zarzecze, Gregorius de Maschicze, Miczko de Sbiluthouicz, Thomassius de Damicze, Boxa de Lexicze, Miczko de Damicze; — Rota: *Jako prawÿe wÿemi ÿ sswadczimi, esz pani Klichna po dobiczu lysta byla w dzerszenyv dzedzini v Wanczkouicz, alÿsz sÿe latoss Budek w tǫ dzedzinǫ moczassilǫ wwansal;* terminus ad terminos proximos.

**10460.** *(64)* Jaschco de Polaninouicz cum Wischcone fratre suo de ibidem terminum habent ad terminos proximos, in quo termino predictus Jaschco ministerialem, qui citauerat, statuere debet.

**10461.** *(82) (Cr. IIIa p. 135).* Visio — Wenceslaus de Wroninecz cum Staszcone de ibidem terminum habent ad terminos proximos ad videndum, et in eodem termino Wenceslaus statuere debet Smachonem officialem contra Staszconem antedictum ad recognoscendum visionem pro alia causa.

**10462.** *(89) (Cr. IIIa p. 136).* Nota — Dobeslaus de Wirzbno tres marcas Dorothee Setegy de Raczechouicz soluere se astrinxit soluturum ad terminos proximos, et si non solueret ad terminum predictum, tunc quartam marcam tenebitur predicte Dorothee.

**10463.** *(90)* Testes Abrahe de Woycowcosczol contra Jaschconem de Grabouich: Woytheo de Parcz, Laurencius de Krzikawa, Mathias de Mirzowicze, Jacussius de Chrosczebrod, Woytheo de Methnow, Sulko de Metnow; — Rota. *Jako prawÿe wÿemi ÿ sswadczimi, esz Jaschek po lyscze wiszczu wwansał sÿe w dzedzina na Abramowo dzerszenÿe*; terminus ad terminos proximos.

**CCCXXXVI. Uwaga.** *(1)* Adam filius Marcissii de Methnow cum kmetonib. de Benczicze term. peremp. post s. Mart. — *(3)* Prand. de Neprzeszna cum Clem. de Zebrzidouicze term. peremp. post Mich. — *(4)* Prand. de Neprzeszna cum Marciss, Jaschc. et Halska matre ipsor. de Gedczicze term. peremp. — *(5)* Smerlin iud. cum Jaschc. Rey de Szumsko term. peremp. post Mart. — *(7)* Georg. de Sdzislauicze actor confessus capell. contra Dziuiss. de Woyslauicze, term. curie pro orto, *zagroda* dicto. — *(8)* Georg. de Sdzislauicze confessus capell. contra Joh. Maldrzik de Koczonow, term. — *(9)* Kochna Wanceslai de Thaschicz cum Marco de Pawlicouicz term. peremp. post Mich. — *(10)* Jacuss. de Owczari cum Math. et uxore ipsius de Poramba term. peremp. — *(11)* [1]) Pascho de Pilchouicze cum Petrassio de Zabawa term. peremp. post Mich. — *(12)* Wencesl. de Zircouice cum Spitc. ibid. term. peremp. — *(14)* Andr. de Trzewlin cum Stanisl. de Ludslauicz term. peremp. — *(15)* Otto de Klimontow confessus capell. contra Andr. de Damicze, term. — *(16)* Nicol. de Podgrodze cum Jaschc. de Sandzischouicz term. peremp. — *(17)* Petrass. de Donathcouicze litt. maioris negocii iudicii Tarnouiensis ponere debet contra Abraham de Sdzislauicze. — *(18)* Andr. de Zrzanczicz cum testib. contra Margar. Pauli ibid. term. — *(19)* Andr. de Grzegorzouicze litt., quas habet contra Zegotham vexillif., ponere debet ad term. — *(20)* Sando de Mikulow confessus capell. contra Andr. de Grzegorzouicze, term. — *(22)* Andr. de Grzegorzouicze cum uxore Zegothe vexilliferi term. peremp. — *(23)* Greg. de Morawicza cum Joh. ibid. term. secund. pro $^1/_6$ parte hered. Morauicze, Sosnka, Grodzecz et Regulicze. — *(27)* Prepos. Mechov. cum Petrass. de Wanczirow term. peremp. post Nativ. Marie =Concordauerunt, dederunt memoriale.= (z. p.). — *(28)* Drogoss de Kalina confessus capell. contra Math. de Jurzicouicze term. curie pro 2 bob. fideiussor. — *(29)* Joh. Kampski cum Jacuss. de Wanczslauicz term. peremp. — *(30)* Jaschco de Polaninouicze cum Petrass. Andr. et Jacuss. fratrib. Jaschconis ibid. term. peremp. (z. p.). — *(31)* Petrass. de Zagorzicze cum Swanthosl., uxore ipsius et pueris eiusd. uxoris de Strzelcze term. peremp. — *(32)* Swanthosl. de Parcz cum Kather. relicta Alberti de Przechodi term. peremp. — *(33)* Stanisl. Mlodzeowski cum Jacuss. Jaka de Przibinow term. eund. ad idem faciend. pro granicieb. — *(34)* Sigism. de Nossal cum prepos.

---

[1]) Tę i następną zapiskę (11; 12) wciągnął do księgi Cr. IIIa pisarz księgi Cr. III.

**a.** *(24)* Pena — Nemerza de Przibislauicze contumax in termino iuramenti contra relictam Hanconis de Chelm pro duabus marcis debiti. (z. p.).

**10572.** *(18)* *(Cr. IIIa p. 173)*. Pena — Florianus de Knyschin contumax in termino concitato contra Danielem et Elizabeth uxorem de Cracouia pro eo, quod Nicolaum apud eum arrestatum pro XXIIII^or marcis iuri statuisset; Boguta officialis arestauit et concitauit confitendo. =Satisfactum pro pena iudicibus; Wenceslaus mandauit [delere].= (z. p.)

**a.** *(33)* *(Cr. IIIa p. 155)*. Pena — Florianus de Knischin contumax in termino concitato contra Danielem de Cracouia pro eo, quod Nicolaum aput eum arestatum pro XXIIII^or marcis iuri statuisset. =Dominus Jacussius procurator generalis per litteram delere mandauit, quam dominus meus recepit a Floriano.= (z. p.)

**10573.** *(19)* Nota — Laurencius de Crzistoporzice L^ta dotis et L^ta dotalicii marcas grossorum in tota parte hereditatis empta tantum ibidem Iustine, cognomine Katerine, uxori sue legitime assignauit in forma.

**10574.** *(20)* (Pena) — Jurek procurator de Charwin contumax in termino peremptorio contra Petrassium de Sancignew pro eo,

**a.** *(34)* Pena — Jurek procurator de Charwin contumax in termino peremptorio contra Petrassium de Sanczignew pro eo, quod

---

[1]) Zapiska ta wpisaną została do księgi już po wypełnieniu stronnicy, na której się znajduje.

quod peccora violenter kmethonum ibidem in *vgor* rapiebat, non habens de iure. =Satisfactum pro pena iudicio.= (z. p.).

peccora violenter kmethonum ibidem in *vgor* rapiebat, non habens de iure. (z. p.).

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 15 Septembris 1400). (Cr. IIIa).*

**10575.** *(1) (Cr. IIIa p. 152).* Nota — Wirzchoslaus de Sedliscza iurabit contra Stampotam de Syadcza ad terminos proximos post diem sancti Stanislai nunc proxime venturum in Lelouia, et si non iurabit, extunc IIII^or marcas soluet eidem Stampote sub pena XV [partis] et pena [XV] iudicii.

**10576.** *(8)* Stanek de Negouanicz cum Nicolao de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro prato, quod nocturno tempore gramina et fenum de prato recepit et de oreo VI pondera, wlgariter *brzemona*, eciam tempore nocturno deportauit.

**10577.** *(13) (Cr. IIIa p. 153).* Colloquium — Simon, Jacussius, Petrassius, Paschco, Vincencius, Michael, Johannes Damisch filius Pribislave, Machna relicta Petri, Martinus frater Michaelis, Andreas et Adam, heredes de Popouicz, cum Clemente vicecancellario terminum peremptorium habent ad colloquium proximum, et si colloquium non celebrabitur, tunc ad terminos proximos post diem sancti Stanislai pro hereditate, dicta Zorabye.

**10578.** *(16)* Colloquium-Intercessio — Arnoldus, Lorco et Jaschco, kmethones de Sczklari, statuere debent Hedwigim, relictam Ottonis de Pilcza, ad colloquium proximum, et si non celebrabitur colloquium, tunc ad terminos proximos post diem sancti Stanislai, ad intercedendum pro hereditate, pro prearacione granicierum in Bandcouicze, contra Simconem de Bandcouicze.

**10579.** *(18)* Msczugius de Kosslow cum Petro scolteto de Glogowani terminum secundum habent ad terminos proximos pro recepcione kmethonis Nicolai de hereditate Cosslow violenter, et est arrestatus aput eundem, prout idem Msczugius asseruit.

**10580.** *(19)* Nota — Barbara filia Leonardi Wenceslaum de Marczinouicze procuratorem suum, quem contra Marcissium de Grabouich constituerat, reuocauit.

**CCCXLI. Uwaga.** *(2)* Stanek de Negouanicz cum Micoss. de Dobracow term. pro damp. facto in hered. Dobrakow. — *(3)* Stanek de Negouanicz cum Nicol. et Stibor. ibid. term. secund. pro hered. obligata in Negowanicz et damp. — *(4)* Abraham de Grabouich cum Jaschc. de Lubochowi term. peremp. — *(5)* Clem. de Kurow cum Dersl. de Polanka term. secund. pro V [mar.] fideiussor. et damp. — *(6)* Georg. de Koczonow cum Stogn. de Czapple term. secund. post Mart. — *(7)* Abraham de Grabouich cum Mich. ibid. term. peremp. ad coll., si coll. non celebrabit., ad term. post Stanisl. — *(9)* Morzka relicta Crzesslai de Wanczkouicz cum Budc. ibid. term. peremp. ad coll. pro omn. causis; si coll. non celebrabitur, tunc ad term. post Stanisl. — *(10)* Morzka causam, quam habet cum Budc. prefato, commisit Wirzchoslao de Sedliscza in omn. euent. — *(11)* Math. vicar. de Vnyeow, confessor Dauidis de Marczinouicze, confessus capell. contra Drobni iud. — *(12)* Predict. Dauid confessus capell. contra Drobni iud., term. — *(14)* Imram senior de Czulicze cum Jaschc. Pusdro de Raczslauicze term. peremp. — *(15)* Petr. de Swoschouicz cum Dobc. de Sborczicze term. peremp. — *(17)* Stibor de Drwen cum Nicol. de Olelin term. ad coll., si non celebrabitur, tunc post Stanisl. — *(20)* Jossman iud. de Crac. cum Wirzchosl. de Wilczkouicze term. peremp. post Mart. — *(21)* Doroth. Sethegii de Raczechouicz cum Dobc. de Wirzbno term. habent, in quo Dobco iurabit, quod pura infirmit. infirmabatur, contra Doroth. — *(22)* Greg. *derz*, tabernator de Brzesye, contumax in term. peremp. contra Wichnam Petri Schenwa de Cracouia pro IIII^or mar. cum XIIII scot. — *(25)* Czczik de Strzelcze statuere debet uxorem suam contra Budc. de Wanczcouicze. — *(26)* Milek kmetho de Brzessye cum Alberto de Vyasd term. secund. pro XII gallis et securi, II coretis farine silig. et iumento. =Wszystkich zapisek z 15 Września w księdze Cr. IIIa 34.=

*Colloquium generale celebratum in Cracouia feria quinta in crastino sancti Michaelis anno domini M°CCCC° (d. 30 Septembris 1400). (Cr. III.).*

**10581.** *(1) (Cr. III p. 173).* Nota — Angnes uxor Gregorii de Lowynicza ab omnibus pecuniis maternis, quas habuit in hereditate Orlow, domino Nemerze de Chrzelow in perpetuum recessit, renuncians omni iuri in totum, quodque habuit ibidem. — (l. s.; — soluta).

**10582.** *(2)* Nota — Clemens Offcarz et Katerina filia eiusdem, heredes de Manczyna, totam villam eandem Manczyna cum Wola et cum omni iure, dominio et pertinenciis, nichil pro ipsis reseruando, ibidem pro CL$^{ta}$ marcis grossorum Andree de Trzewlin vendiderunt et resignarunt promittentes.

**10583.** *(3)* Nota — Dorothea relicta Nicolai de Grodzina castellani Conarsky omnia bona sua hereditaria, dotalia et dotalicy, quecunque habet, Zauissio, Jaschconi et Petro filiis suis in totum resignauit.

**10584.** *(4) (Cr. III p. 174).* Nota — Klichna Floriani de Lizakow actrix contra Johannem de Sarbe cum capellano non conparuit, ideo causam suam contra predictum Johannem pro (XXXX)XL marcis citatum amisit [1]).

**10585.** *(5)* Nota — Morzca relicta subiudicis Egidium de Grussow actorem pro eo, pro quo ipsam citabat, iure euasit.

**10586.** *(6)* Nota — Egidius de Grussow duos agros suos, videlicet unum apud Mogilani et alium super Grussow ibidem in Grussow in VII$^1/_2$ marcis pecunie communis Climconi de Lubomirz kmetoni obligauit tenendum, et de eisdem VII$^1/_2$ marcis idem Egidius dicto kmetoni unam marcam census habet soluere, singulis annis, de duobus kmetonibus ibidem in Grussow. — (l. s.; — soluta).

**10587.** *(7)* Nota — Dominus iudex et dominus subiudex terre Cracouiensis Pelcam Gorca ad quingentas marcas super bona ipsius Pelce statuendum coram domino Rege fideiusserunt.

**10588.** *(8)* Nota — Zaclica de Corzekwa medietatem prati in Balycosczol in X marcis pecunie communis Andree de Grzegorzouice ad aliam medietatem prati obligauit tenendum in forma, et predictum pratum una simul cum hereditate ibidem ab ipso Andrea habebit eximere, promittens in forma. — (l. s.; — soluit II [grossos]).

**10589.** *(9)* Nota — Clemens castellanus Radomiensis pro pueris Floriani de Corithnycza subpincerne fideiussit, quod iidem omnes pueri infra XV annos, capta etate ipsorum, venire debent ad iudicium, uel alibi, et omnia bona maternalia et amitalia post mortem Elizabet et Pachne, sororum germanarum, Paszconi et fratribus suis de Trestczeyn debent resignare et ab eisdem in totum et in perpetuum recedere. Si vero non resignauerint et non recesserint, tunc idem dominus Clemens ipsis Paszconi et fratribus suis CCCCC marcas vadii incurret ad soluendum.

**10590.** *(10) (Cr. III p. 175).* Nota — Stanislaus de Lancawa in Wrochone de Woyslauice per litteram iure obtinuit, quod ius Polonicum in Woywanouice de area, quam Wroch tenuit ibidem, eidem Stanislao temporibus perpetuis debet fieri per quempiam.

**10591.** *(11)* Nota — Katherina relicta Wlodconis de Wrocimirowa Jacussium de Belsco pro capite mariti sui liberum ex concordia dimisit.

**10592.** *(12)* Nota — Florianus de Corithnycza Msczugium de Coslow pro debito iudaico et pro hereditate parua Xansch iure euasit.

**10593.** *(13)* Nota — Idem Msczugius Caskel iudeum Cracouiensem pro debito XL marcarum et pro usura, que idem iudeus dicebat se in dicta hereditate parua Xansch habuisse, iure similiter euasit. — (l. s.; — soluta).

---

[1]) Zapiskę tę wciągnął do księgi Cr. III pisarz księgi Cr. IIIa.

**10594.** *(14)* Pena — Domina Elizabeth de Granow contumax contra dominum Dobeslaum subiudicem Cracouiensem pro hereditate Dzedzwicouice; Boguta officialis clamauit.

**a.** *(89) (Cr. IIIa p. 162).* Pena — Elizabeth Wincency de Granow contumax contra dominum Dobeslaum subiudicem Cracouiensem pro hereditate Dzeczwicouicze; Bogutha ministerialis clamauit.

**10595.** *(15)* Pena — Laurencius et Kmyta scolteti de Cziborzicze contumaces contra dominum Jacobum abbatem de Czirzicz pro eo, quod iidem sibi seruicium scoltecie exhibere et priuilegium reponere noluerunt; Boguta clamauit.

**a.** *(90)* Kmitha et Laurencius scolteti de Czciborzicze contumaces contra dominum Jacobum abbatem Czirziczensem pro eo, quod priuilegium representare noluerunt et seruicia exhibere recusant; Bogutha ministerialis clamauit.

**10596.** *(16)* Pena — Petrassius de Schippouice intercessor kmetonum de Zandow contumax contra Jacussium de Zandow ibidem pro agris.

**a.** *(91)* Pena — Petrassius de Schipouicze intercessor kmethonum de Zandouicze contumax contra Jacussium de Zandouicz pro litteris et agro ibidem in Zandow.

**10597.** *(17)* Pena — Petrassius de Schippouice actor contumax contra Jacussium de Zandow pro littera, pro violencia facta kmetonibus et pro sentencia iuris teutonici; Boguta clamauit.

**a.** *(92)* Pena — Petrassius de Schipouicze actor contumax contra predictum Jacussium de Zandow pro littera et pro uiolencia; Bogutha clamauit.

**10598.** *(18)* Pena — Arnoldus, Jaschco et Lorco de Sczklary contumaces contra Symeonem pro violencia facta in hereditate ibidem in Banthcouice; Boguta clamauit.

**a.** *(94) (Cr. IIIa p. 163).* Pena — Lorco, Jaschco et Arnoldus, kmethones de Sczklari, contumaces contra Simeonem de Bandcouicze pro violencia facta ibidem in Bandcouicze, videlicet prearacione granicierum; Bogutha ministerialis clamauit.

**10599.** *(18) (Cr. III p. 176).* Nota — Abram de Woycowcoszol VII marcas grossorum latorum ad diem sancte Katerine proximam Ade de Berwald obligauit se soluturum; si non soluerit, totam partem hereditatis in Chechel perdere in perpetuum habebit.

**10600.** *(20)* Pena — Stanczik et Andreas de Grodek contumaces in termino cappellani contra Staschconem de Bobowa, qui capellanum statuere debuit contra eosdem, pro CCCC marcis quilibet ipsorum actorum.

**10601.** *(21)* Pena — Missowa de Sensco contumax cum capellano contra Femcam relictam Borconis de Tsczenecz pro eo, quod intromissionem non dedit hereditatis Sensco.

**a.** *(33) (Cr. IIIa p. 158).* Pena — Missowa de Syensko contumax cum capellano contra Fencam relictam Borconis de Tsczenecz pro eo, quod non dedit intromissionem in hereditatem Syensko. =Ad mandatum domini castellani Cracouiensis.= (z. p.).

**10602.** *(22)* Pena — Petrus Bork ciuis Cracouiensis actor contumax cum capellano contra Swanchonem de Parcze pro parte hereditatis in Parcze dicta Hyncowsca. — (l. s.; — soluta).

**a.** *(34)* Pena — Peterbor ciuis Cracouiensis actor contumax cum capellano contra Swanchonem de Parcz pro parte hereditatis in Parcze, pro qua eundem Swanchonem citauerat.

**10603.** *(23)* (Pena) — Abraham de Woycowcoszol contumax in termino capellani contra Michaelem de Chechel, qui capellanum producere debebit contra eundem Abraham pro littera hereditatis, Mankke dicte. =Satisfactum pro pena per totum.=

**a.** *(35)* Pena — Abraham de Woycowcoszol contumax in termino cappellani contra Michaelem de Chechli et capellanum productum per ipsum Michaelem contra Abraham antedictum pro littera hereditatis Mankke dicte.

*Colloquium generale celebratum Cracouie feria quinta in crastino sancti Michaelis Archangeli, anno domini M°CCCC° per dominos Michaelem iudicem et Dobeslaum siubiudicem terre Cracouiensis generales (d. 30 Septembris 1400). (Cr. IIIa).*

**10604.** *(2) (Cr. IIIa p. 155).* Adam de Mokrsko cum Miczcone Penanszek de Wanchadlow terminum habent ad colloquium proximum.

**10605.** *(3)* Adam de Mocrsko predictus cum Petrassio de ibidem terminum habent ad colloquium proximum.

**10606.** *(4)* Nota — Wenceslaus camerarius terminos duos predictos Ade de Mocrsko prorogauit.

**10607.** *(6)* Nemerza canonicus Cracouiensis, heres de Chrzelow, cum Christino de Kozeglow terminum habent ad colloquium proximum pro eisdem causis, prout in Xansz habuerunt.

**10608.** *(17) (Cr. IIIa p. 156).* Remissio — Bel de Bleszno cum Jacussio de Mokra terminum habent ad terminos proximos in Lelouia hinc ad XIIII dies pro eo, quod dixit eidem Beloni, quod non esset similis eidem Jacussio, wlgariter: *nÿe yess mi rowen.*

**10609.** *(28) (Cr. IIIa p. 157).* Nota — Michael, filius Andree de Clonow, notarius domini iudicis Cracouiensis nobilitatem suam conpurgando testes, patruos et fratres suos clenodiales, contra Clementem de Lapanow produxit, videlicet Bogufaelem prepositum Kilciensem, Nicolaum Kwaschenynam de Czarnoczin canonicum Lancziczіensem, Nicolaum de Svaroczin iudicem Sochaczouiensem, Michaelem de alio Swaroczin, Krzisthconem et Nassilonem de Sluncow, qui testes patrui et fratres pro ipso Michaele iurauerunt in hunc modum, quod idem Michael sit filiaster et frater ipsorum nobilis de clenodio duorum cornuum: vnius acerui et alterius *Thurzi*, ac de proclamacione *Rogala.*

**10610.** *(28)* Pena — Idem Clemens eidem Michaeli ad penas binas XV et iudicio totidem condempnatur pro eo, quod eidem Michaeli in iudicio dixit: non loquaris, dimittas, loquantur meliores quam tu; et pro eo, quod eundem Michaelem deinde vituperauit, ipsum asserendo esse kmethonem.

**10611.** *(32) (Cr. IIIa p. 158).* Pena — Stanczik et Andreas de Grodek contumaces in termino capellani contra Staszconem de Bobowa et capellanum contra eosdem productum, pro quadringentis marcis quilibet ipsorum.

**10612.** *(41)* Halska de Trunauicze cum Petrassio de Zarogow terminum habent ad colloquium proximum, in quo predictus Petrassius capellanum (Gregorium plebanum de Slauicze statuere debet), cui confessus est die colloquii contra Halskam predictam. =Dimissus a iuramento, prout Boguta ministerialis recognouit.=

**10613.** *(42)* Ca^us^ — Marek Thurski confessus est (Mathie plebano de Konuscha die colloquii) contra Sulkam Zaklicze de Korzkwa; terminus ad colloquium proximum pro mille marcis et pro Mircouicze, Slawanczicze, et Nedarczow villis. =Dimissus per Zaclicam de Korzkwa.=

**10614.** *(44) (Cr. IIIa p. 159).* Iuramentum — Sbischco Stadniczski iurare debet contra Jacussium de Suchdol ad colloquium proximum post diem sancti Stanislai tempore mensis Maii pro bonis inter Kamyschow et Scheszelow; iurare post equitacionem debet.

**10615.** *(53)* Visio — Laurencius de Lippnik cum Stachna Ade de Mstow aduocati, herede de Zoraw, terminum habent ad colloquium proximum ad videndum pro quarta parte hereditatis Zoraw et pro eo, quod tempore tenute ipsius Stachne LX palos infixerunt.

**10616.** *(54)* Visio — Laurencius predictus cum Adam antedicto terminum habent ad colloquium proximum ad videndum pro duobus kmethonibus in Zoraw.

**10617.** *(58) (Cr. IIIa p. 160).* Jaschco Liganza pallatinus Lanciciensis cum Wirzbantha de Branicze terminum habent ad colloquium proximum pro C marcis grossorum fideiussorie

facte pro Abraham dictum Chamecz, quod idem Abraham villam Brzesznicza ordinare debuit et resignare in centum marcis grossorum.

**10618.** *(74)* Hedwigis relicta Ottonis de Pilcza cum Janussio et Krzistano, scoltetis de Wola Rszanka, terminum habent ad colloquium proximum pro pratis, piscinis, pro agris et pro inobediencia, ac pro eo, quod pignora recipiunt in domos ipsorum, non habentes de iure et pro piscacione piscium in piscinis.

**10619.** *(77)* Kanimir dictus Makowo de Zirkouicze cum Johanne dicto Wrochnouicz de ibidem terminum habent ad colloquium proximum pro II wlneribus cruentatis in manu sinistra illatis, que wlnera Jacussius ministerialis vidit, et pro fonte. (z. p.).

**10620.** *(83) (Cr. IIIa p. 162).* P r i u i l e g i u m — Boxa de Lexicz priuilegium iuris theutonici pro kmethone suo Stephano de Lexicz ibidem ponere debet ad terminos proximos in C r a c o u i a contra Werconem, colonum de Lancawa, pro tribus wlneribus cruentatis.

**10621.** *(87)* R e m i s s i o — Msczugio de Koslow cum Jacussio palatino Siradiensi, herede de Koneczpole, quarta die post ingressum domini Regis C r a c o u i e coram eodem domino Rege in C r a c o u i a per dominos terminus assignatur pro C marcis submissionis, *poddanich penandzi* et pro dampno, et Petrassio de Ogrodzenecz cum eodem Msczugio similiter IIII$^{ta}$ die post ingressum domini Regis C r a c o u i a m coram prefato Rege terminus assignatur pro littera

**10622.** *(93) (Cr. IIIa p. 163).* P e n a — Clemens de Lapanow penas binum XV Michaeli de Clonow et iudicio totidem ac unam Regalem LXX pro eo, quod non fideiubens penas eidem Michaeli decretas de iudicio discessit; Jacobus ministerialis clamauit.

**CCCXLII. Uwaga.** *(1)* Zira de Mancarzow cum Woythc. de Potok term. ad coll. ita, quod ambo personalit. conparere, nec litt. Regis nec capell. term. disponere debent pro LXXX mar. gross. — *(5)* Andr. de Trzewlin cum Sbiszc. archidiac. et capitulo Crac. term. ad coll. — *(7)* Joh. de Kwilina cum Kather. relicta de Irzandz term. ad coll. ad idem faciend. — *(8)* Kather. de Irzandz cum Joh. Kampski term. ad coll. pro debito iudaico. — *(9)* Andr. de Trzewlin cum Andr. de Janouicze term. ad coll. — *(10)* Andr. de Trzewlin cum Sbign. de Brzesye term. ad coll. — *(11)* Dersl. prepos. et conuent. de Stananthki cum Nemerza canonico Crac. term. ad coll. ad idem faciend. — *(12)* Dziuiss. de Marzanczin cum Nicol. de Michalow term. ad coll. — *(13)* Nicol. notar. gener. terre Crac cum Benc. de Zabokruk term. ad coll. pro C mar. fideiussor. et totid. damp. — *(14)* Margar. Jaschconis de Wsola cum Dziuiss. de Marzanczin term. ad coll. pro hered. Boguczicze et damp. — *(15)* Abbas Tinciens. cum Zauiss. de Plaza term. ad coll. — *(16)* Abbas Tinciens. cum Nemerza de Galow term. ad coll. — *(18)* Elizabeth Dziuissii de Marzanczin cum Sbischc. archidiac. et capitulo Crac. term. ad coll. — *(19)* Episc. Crac. cum Petro de Dambno term. ad coll. — *(20)* Abbas Caluimontis cum Wlodc. de Koszczelecz term. ad coll. pro via de villa Przeswodi ad pratum. — *(21)* Nicol. de Wilkouiska cum Jacuss., Paschc. et Miczk. de Gosdcza heredib. term. ad coll. — *(22)* Nemerza de Galow cum Clem. et Elena uxore ipsius de Lapanow term. ad coll. — *(23)* Clem. de Lapanow cum Pelka de Bidlin term. ad coll. — *(24)* Petrass. de Żarogow et Steph. de Slauicze term. ad coll. cum Mirosl. de Neszkow et Staszc. de Chodinicze aduoc. Bochnensi. — *(25)* Stanisl. Jelithco de Gosdna confessus capell. contra Nynogn. de Lsczino, term. ad coll. — *(26)* Hanka Boleste de Mikolayouicze cum Joh. de Mnikow term. ad coll. ad idem faciend. — *(29)* Prepos. et conuent. de Stanantki cum Sulc. de Sulcow term. ad coll. — *(30)* Halska Radomska confessa capell. contra Prand. de Kossoczicze term. ad coll. — *(31)* Dobco Odrowansz de Bandzcouicz cum Jacuss. et Zawiss. Lonsczo de Kowale term. ad coll. — *(36)* Nicol. de Lubcza et Sbign. de Wola Lubeczska cum Pelka de Bidlin term. ad coll. — *(37)* Andr. Rambesski confessus (capell.) contra Schimc. de Nawarzicze, term. ad coll. =Dimissus per Schimconem de Nawarzicze.= — *(38)* (Nicol. de Skrzino cum Gretha relicta) Spithca Warschonis de Michow cum Zegotha de Welglow term. ad coll. — *(39)* Gretha Moycowska confessa capell. contra Nicol. de Serzino, term. ad coll. — *(40)* Steph. de Przeczslauicze, Joh. de Langanow, Paczek molen-

dinator de Damianicze cum Kmitha de Wisnicze term. ad coll. post Stanisl. — *(43)* Januss. de Macoczicze cum Przibaszc. de Damianicze term. ad coll. post Stanisl. — *(45)* Andr. de Trzewlin cum Joh. de Podgaye term. ad coll. pro debito iudaico. — *(46)* Zmichna Falibogowa de Janouicze confessa capell. contra Kilian. de Janouicz ibid. term. ad coll. — *(47)* Scarbek de Zrzanczicze cum Halska relicta Smilonis de Belczicze term. ad coll. — *(48)* Prepos. et conuent. Swerziciens. cum Strasch. de Koscelniki term. ad coll. ad vidend. — *(49)* Dziuiss. de Marzanczin cum Sbign. de Brzesye term. ad coll. — *(50)* Otto de Climonthow cum Msczug. de Koslow term. ad coll. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(51)* Scarbek de Zrzanczicze cum Jaschc. de Sbignew term. ad coll. pro CC mar. damp., pro siluis et *vczastek* Slopincze ville. — *(52)* Nicol. de Chotliczski cum Halska Nedome de paruo Xansz term. ad coll. — *(55)* Peterborg litt. Regis ponere debet ad coll. contra Albert. de Parcze. — *(56)* Jaschco de Buczina cum Nicol. de Wilkowiska term. ad coll. — *(57)* Wichna Janussii de Lencza et Katuscha relicta Woythconis ibid. cum Jaschc. Liganza palat. Lancic. term. ad coll. pro hered. in Podolani Zrzanczicze, dicta Piskorzowska. — *(59)* Paschco de Parcoczin cum Andr. subcamer. Ploczensi, herede de Krzidlna, term. ad coll. — *(60)* Kanaan iud. cum Januss. de Garlicza term. ad coll. ad idem faciend. — *(61)* Prepos. et conuent. Swerziciens. cum Dersl. prepos. et conuentu de Stananthki term. ad coll. — *(62)* Wilczko de Zakrzow cum Flor. de Knischin, Nicol. et Thomisl. fratrib. Floriani ibid. term. ad coll. — *(63)* Miczko Chotliczski cum Stanczic. de Grodek term. ad coll. — *(64)* Petrass. de Kowari cum Jacuss. ibid. term. ad coll. pro vituperio n o b i l i t a t i s. — *(65)* Rossl. de Woyslauicze cum Wischc. de Kuroswank term. ad coll. — *(66)* Jaschco palat. Lancic. cum Scarbc. de Zrzanczicze term. ad coll. — *(67)* Joh. de Podgaye cum Halska relicta Clementis de Cwilina term. ad coll. ad vidend. — *(68)* Tochna Dobconis de Miloschouicze cum Flor., Thomisl. et Nicol. fratrib. et Halska sororia ipsorum de Knischin term. ad coll. — *(69)* Paschco Bolanczski cum Paschc. et Slawc. de Mloschow term. ad coll. ad vidend. pro granicieb et silua. — *(70)* Joh. Porko de Krziskouicz confessus capell. contra Andr. de Grzegorzouicze, term. ad coll. — *(71)* Przeczsl. de Polayouicze cum Choczemiro Garnek de Polayouicze, Jaschc. de Barczkow et Stachna Boxe de Schumsko term. ad coll. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(72)* Jaschco Liganza palat. Lancic. cum Miczk. de Sedlisсza term. ad coll. — *(73)* Jaschco de Methnow cum Andr. de Sedlischouicze term. ad coll. — *(75)* Pacoss. de Nesnanouicze cum Petrass. de Wloszczowa term. ad coll. pro eo, quod veniens metquintus cum uno niso calcauit et damp. fecit in campis Pacossii XL capec. *Jarzini*. — *(76)* Nicol. de Beganow cum Wischc. de Wola term. ad coll. — *(78)* Ossman iud. de Crac. cum Stanczic. de Grodek term. ad coll. — *(79)* Hanka Michaelis de Crac. cum Cristina Jaschconis de Tsczicza term. ad coll. pro C mar. — *(80)* Joh. et Laur. de Pothok confessi capell. contra Paschc., Staschc. et Sulc. de Pothok, term. ad coll. — *(81)* Nicol. Chotliczski cum Petrass. de Fasczicze term. ad coll. pro omn. causis. — *(82)* Math. de Vlesye cum Kather. relicta Przibconis de Irzandz term. ad coll. — *(84)* Petr. Episc. Crac. cum Andr. Gregorii, Joh. Micossii de Chechli term. ad coll. — *(85)* Spithco palat. Crac. cum Bichna de Miklusсhouicz alias de Pobedniki scoltetissa et pueris ipsius term. ad coll. — *(86)* Petrass. pleb. Leloviens. cum Petrass. de Schipouicze term. ad coll. — *(88)* Abraham de Grabouich cum testib. contra Mich. Nemerzicz de Chechli ad term. per term. in C r a c. conparebit. =Wszystkich zapisek z 30 Września w księdze Cr. IIIa 94.=

*[In c o l l o q u i o]. Feria sexta sequenti (d. 1 Octobris 1400). (Cr. III.).*

**10623.** *(Cr. III p. 176).* N o t a — Margareta uxor Strzesconis de Slawanczin totam partem pecuniarum suarum, quas habet in obligacione hereditatis Gothprzidowa, videlicet XX marcas, Przeczslao de Cawanczin fratri suo germano in totum resignauit.

**10624.** N o t a — Andreas (et Katherina uxor) de Rawlouicze fideiubens pro Katherina uxore sua XX[ti] marcas numeri Polonicalis in terra Cracouiensi decurrentis Margarete relicte

Zegothe de Nawoyowa maiori se astrinxit et obligauit soluturum racione dotis a die Natiuitatis Christi per unius anni spacium, videlicet ad aliud festum Natiuitatis Christi sub dampni cuiuslibet caucione. — (l. s.; — soluta) [1].

**10625.** Nota — Nicolaus Woyniciensis, heres de Michalow, recognouit se fideiubuisse debitum, quod in littera continetur, pro Thomcone subpincerna Cracouiensi Swantochne relicte Nicolai Wantrobca et pueris suis; — et dominus Sbigneus Marschalcus similiter recognouit fideiussoriam eandem [2].

**10626.** *(Cr. III p. 177).* Nota — Swentochna uxor Andree de Mocrzesca XX grossorum marcas hodie et sedecim marcas quartensium ad festum Natiuitatis Christi Marcissio de Methnow obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi totam partem hereditatis sue ibidem in Methnow obligare tenebitur sub dampni caucione.

**10627.** Nota — Laurencius Lanthwoyth de Cromolow et pueri Blasy de Bala Paschconem de Slupow de causa, pro quibus (s) in Lelouia terminos habuerunt, liberum dimiserunt.

**10628.** Nota — Margaretha uxor Nicolai de Blogocice Johannem Liganza palatinum Lanciciensem et Moysem de Odunow pro parte hereditatis ibidem, quam idem palatinus aput ipsum Moysem emit, liberos de causa et de terminis in perpetuum dimisit.

**10629.** Nota — Derslaus iuuenis Carwacian domino Johanni Liganza palatino Lanciciensi pro fratre suo fideiussit, si causam perdet, perdere habebit et frater contra eundem dominum palatinum.

**10630.** Nota — Strzechna Belsca contra Nicolaum de Bodzeouice terminum euasit, prout ipsam citabat idem Nicolaus.

**10631.** Nota — Johannes Maldrzik, heres de Coczonow, Heduigim sororem uterinam pro omnibus bonis hereditariis paternis et maternis iure euasit ex satisfacione.

**10632.** Nota — Clemens de Moscorzow vicecancellarius Regni Polonie Marcissium de Plochocin actorem pro domo aciali murata in Cracouia sub castro Cracouiensi super fluuium Rudawa iure conmutacionis per litteram domine Heduigis Regine Polonie euasit.

**10633.** Nota — Swentochna, uxor Andree de Methnow, totam partem hereditatis sue in Mocrzesca et in Sczepanow cum omni iure, paternam, cum iure patronatus in Sczepanow Ecclesie ibidem pro CL[ta] marcis grossorum Pragensium Elizabeth contorali domini Spitconis palatini Cracouiensis et ipsius pueris legitimis vendidit et resignauit cum sexta parte molendini ibidem in Mocrzesca, promittens pro dampno etc., exceptis decem *zagonÿ* orti circa plebanum ibidem; — Andreas maritus eius similiter promisit pro dampno et impedimento. — (l. s.).

**10634.** *(Cr. III p. 178).* Margaretha relicta Pacossy et Clara relicta Janussy de Cracouia C et V marcas minus fertone debiti in Hanca relicta Wilhelmi de Occalyna iure et iuramento acquisierunt.

**10635.** Nota — Katherina uxor Johannis Sczecina ciuis de Cracouia XXIIII[or] marcas debiti in Hanca relicta Wilhelmi de Occalyna iure et iuramento acquisiuit.

**10636.** Nota — Crzistco de Thomascouice XVI marcas pecunie communis ad diem sancti Martini proximam Nicolao de Marschouice obligauit se soluturum sub dampni caucione.

**10637.** Nota — Katherina relicta Woytconis de Przechody tres marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum et XXX marcas ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum Andree de Sulicow et ipsius uxori ac pueris obligauit se soluturum sub dampni caucione. — (l. s.; — soluta).

---

[1]) Zapiskę tę wciągnął do księgi Cr. III pisarz księgi Cr. IIIa.

[2]) Zapiska ta również jak poprzednia pochodzi od pisarza księgi Cr. IIIa, z wyjątkiem ostatniego zdania, które widocznie nieco później umieścił pisarz księgi Cr. III.

**10638.** N o t a — Michna uxor Floriani de Moycouice Nemerzam de Przibislauice actorem pro XXX marcis, que sunt in hereditate Pogwisdow, iure euasit, ita tamen, quod eedem XXX marce post mortem ipsius Michne, si prolem non habebit, ad dictum Nemerzam et pueros eius debent reuerti, nulla prescripcione obstante. — (l. s.; — soluta).

*[In c o l l o q u i o]. Feria sexta (d. 1 Octobris 1400). (Cr. IIIa).*

**10639.** *(8) (Cr. IIIa p. 163).* Johannes de Chodow cum Nasthca Janussii de Rogow terminum habent feria tercia proxima per octo septimanas in C r a c o u i a pro centum quinquaginta marcis et pro thezauro.

**10640.** *(21) (Cr. IIIa p. 164).* Imram senior de Czulicze cum Vito magistro hospitali de Cracouia terminum habent ad colloquium proximum ita, quod idem Imram ad eandem causam citare debet Imramum et Johannem, fratres suos patrueles, ac matrem ipsorum contra predictum dominum Vitum.

**10641.** *(22) (Cr. IIIa p. 165).* I n t e r c e s s i o — Andreas heres de Secluca intercessit filiastros suos Dobconem, Jaschconem et Cristinum, heredes de Wirzbno, contra dominum abbatem Tinciensem pro siluis inter Secluca et villas ipsius domini abbatis per Dobeslaum procuratorem suum litteralem.

**10642.** *(23)* V i s i o — Idem Andreas intercessor cum eodem domino abbate Tinciensi terminum habent ad colloquium proximum ad videndum.

**10643.** *(26)* Raczibor de Wola Dulambina cum Scarbcone de Czeklin terminum ad colloquium proximum pro violenta intromissione in hereditatem in Czeklin ita, quod ambo conparebunt, non disponentes capellano terminum, et si quis ipsorum non conparuerit, tunc iurare debet de infirmitate.

**10644.** *(27)* Raczibor predictus cum Kerla kmethone de Czeklin, alias procuratore de ibidem, terminum habent ad colloquium proximum pro omnibus causis.

**10645.** *(33)* T e s t e s — Elizabeth, relicta Stephani subcamerarii Siradiensis, heres de Irzandz cum pueris suis et Petrus plebanus ibidem de Irzandz ducunt testes contra Katherinam relictam Przibconis de ibidem et contra pueros ipsius: Petrus plebanus medie partis ecclesie de Msticzow, Warczislaus de Gothartouicze, Swanthopelconem de Widuchowa, Zawissium de Jeszow, Miroslaum de Abramouicze, Msczugium de Imramouicze; — (R o t a: sicut sciunt et testantur, quod campum dictum *poswanthne* a centum annis nunquam alienatum fuit ab ecclesia ibidem in Irzandze; terminus ad terminos proximos post diem sancti Martini nunc proxime venturam in X a n s z, in quo peremptorie conpareat cum testibus). =V e r t e s o l u m [1]), inuenies rotam, nam ista reuocata.= — R o t a: sicut sciunt et testantur, quod campum dictum *poswanthne* in Irzandze a centum annis nunquam alienatum fuit ab ecclesia in Irzandze, sed nisi intromiserat se Przibko heres ibidem de Irzandze, statim citauerat Stephanum subcamerarium Siradiensem; terminus ad terminos proximos post diem sancti Martini proxime venturam in X a n s z, in quo peremptorie cum testibus comparebit.

**10646.** *(36) (Cr. IIIa p. 166).* Zegotba Nakanda de Morsko cum Swantochna relicta Wantrobcze de Strzelecz terminum habent ad colloquium proximum pro *leczensthwo* in maiori Strzelcze, et pro *wrambne penandze.*

**10647.** *(37)* T e s t e s — Marcus de Czarnochouicze ducit testes contra Hannusonem, Niclosonem et Thomassium fratres uterinos, heredes de Garlicza: Prandotham de Kossoczicze, Petrum de Wilczkouicze, Andream de Methnow, Nicolaum de Falcouicze, Strzeszonem de Jawczicze, Abraham de Kunicze socer producentis; — R o t a: *Jako wyemi ẏ sswadczimi, esz pokẏ myasty yesmi vẏechali, potẏ mẏasty yest Czirnochouiczske, a poto Kokotowske;* (terminus a feria secunda proxima per quatuor septimanas in hereditate); terminus in crastino omnium sanctorum ibidem in hereditate post equitacionem, iuramenti testium.

---

[1]) Rzeczywiście znajduje się poprawiona rota zaraz u góry na stronie 166.

**CCCXLIII. Uwaga.** *(1)* Nemerza Chomantowski cum Gneuoss. subcamer. Crac. herede de Dalouicze term. ad coll. pro domo murata in Crac. prope Eccl. s. Egidii. — *(2)* Joh. de Olpicze cum Spithc. de Deszno term. ad coll. ita, quod capell. terminum disponere non debent, sed ambo conparebunt. — *(3)* Margar. Nicolai de Blogoczicze cum Moyse de Lubcza term, ad coll. ad vidend. — *(4)* Raphalca relicta Werzingi de Lanszani cum Miczc. de Trabki, Joh. [de] Biskupicze et Miczc. de Dalszicz kmetonib. term. ad coll. — *(5)* Paschco de Scothniki cum Clem. Czechoviensi term. ad coll. — *(6)* Paschco de Scothniki cum Clem. de Lapanow et fratrib. suis term. ad coll. — *(7)* Prepos. Mstoviens. cum Dersl. Momoth de Kromolow term. ad coll. — *(9)* Owka virgo de Prokoczin cum Swantochna Johannis de Chodow term. ad coll. — *(10)* Swantochna Wantrobczina de Strzelcze cum Margar. Jaschconis de Kolaczicze term. ad coll. — *(11)* Halska Radomska cum Jacuss. de Mynino term. ad coll. — *(12)* Joh. de Rudno cum Sigism. ibid. term. ad coll. pro piscina, pro taberna in Rudno et violencia. — *(13)* Hannus de Gardlicza cum Halska Wisliczska et Joh. filio ipsius de Balicze term. ad coll. pro XXXIX mar. in iudea fideiussis et pro damp. seu usura. — *(14)* Andr. de Negoslauicze cum Margar. et Nicol. filio ipsius de Michalow term. ad coll. pro laneo in Lubcza. — *(15)* Petrass. de Swoschouicze cum Nicol. de Czirnechow term. ad coll. — *(16)* Lorco de Lubertow cum Oszca molendinatore de Opathcouicze term. ad coll. — *(17)* Jachna Stiborii de Kunicze cum Hanca relicta Staschconis ibid. term. ad coll. — *(18)* Kather. Franconis de Beglow cum Nicol. de Sbiluthouicze term. ad coll. — *(19)* Nicol. de Polikarczicze cum Miczc. de Sbiluthouicze term. ad coll. — *(20)* Mart. de Chechel cum Polayone de Grabouich term. ad coll. pro hered. in Grabouich ad vidend. — *(24)* Raczibor de Dulambinawola cum Dobc. de Czeclina term. ad coll. — *(25)* Jacuss. et Joh. fratres de Suchdol cum Andr. de Thopola term. ad coll. post Stanisl. — *(28)* Staszco Jeszowski cum Modlc. de Wroblouicze term. ad coll. — *(29)* Thomco de Trzeczesz cum Modlc. de Wroblouicze term. ad coll. — *(30)* Dersl. de Janouicze filius Karwaczyani cum Jaschc. Liganza term. ad coll. pro granicieb. — *(34)* Jaschco Liganza cum Nicol. de Plaza term. ad coll. pro mille mar. — *(35)* Nicol. Penazek de Iwanouicze cum Staszc. de Bobowa term. ad coll. — *(38)* Jacob. de Iwanouicze cum Hedwigi relicta Jacussii de Sancza term. ad coll. — *(39)* Idem Jacob. causam commisit Jaschconi de Polaninouicz contra predict. Heduigim per relacionem Wenceslai camerarii. — *(40)* Msczisczo Gorski cum Stanisl. de Wanchadlow term. ad coll. pro rubetis in Zawada. — *(41)* Msczisczo procurator Margarethe uxoris sue cum Jacobo de Iwanouicze term. ad coll. pro CLXX mar. lator. gross. Prag. — *(42)* Machna Floriani de Zrzanczicz cum Staszc. Peprzik ibid. term. ad vidend. ad coll. (z. p.). = Wszystkich zapisek z 1 Października w księdze Cr. IIIa 42. =

### *[In colloquio]. Sabbato sequenti (d. 2 Octobris 1400). (Cr. III.).*

**10648.** *(1) (Cr. III p. 178).* Nota — Stanislaus de Bobowa et Stanislaus de Jeszow amiciciam inter se inierunt, videlicet ita: dictus Jezowsky filiam suam Stachnam Paschconi, filio dicti Stanislai de Bobowa, tradidit in uxorem et (post) cum eadem filia C marcas in paratis pecuniis et C marcas in vestibus infra annum post copulam proximum fiendum idem Jezowsky se astrinxit soluturum racione dotis; si quis vero in dicta amicicia et in matrimonio stare noluerit inter partes predictas, tunc parti consencienti et stare volenti in contractu huiusmodi C marcas vadii pars stare nolens tenebitur ad soluendum. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**10649.** *(2) (Cr. III p. 179).* Nota — Idem Stanislaus de Bobowa, nomine Paschconis filii sui predicti, CCC marcas dotis et dotalicii in tota parte hereditatis ibidem in Bobowa, que dicto Paschconi cedere debebit, predicte Stachne ordinando et indicando assignauit, aut alibi, ubi ipsi Paschconi pars hereditatis pro sua diuisione cesserit. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**10650.** *(3)* Nota — Jaschco de Wroblouice sexaginta marcas racione capitis filii sui interfecti in Laurencio de Wroblouice ibidem iure obtinuit, quia idem Laurencius terminum cum secundo capellano continuari fecerat, non habens de iure.

**10651.** *(4)* Swentochne uxori Miszonis de Sensco medietas hereditatis tocius dicti Miszonis ibidem in Sensco in dote et dotalicio tenendum est decreta.

**10652.** *(5)* Nota — Jacussius Probolo de Modlnycza nobilitatem suam conpurgando testes et fratres suos clenodiales, videlicet: Marcissium et Sulconem de Methnow contra Staschconem ibidem de Modlnycza, litteram regalem sustentando et approbando, produxit, qui testes et fratres contra predictum Staschconem pro ipso Jacussio iurauerunt in hunc modum videlicet ita, quod idem Jacussius sit frater ipsorum clenodialis nobilis de clenodio Cornuum duorum agnorum et de proclamacione *Romaný*.

**10653.** *(6) (Cr. III p. 180).* Pena — Staschco predictus de Modlnycza penam XV dicto Jacussio et iudicio XV pro dicto vituperio.

**a.** *(11) (Cr. IIIa p. 167).* Pena — Staszco de Modlnicza penam XV Jacussio dicto Probolo de ibidem et iudicio XV pro eo, quod eundem Jacussium in milicia vituperauit.

**10654.** *(7)* Pena — Laurencius de paruo Wroblouice penam XV Jaschconi de mangno Wroblouice et iudicio, pro eo, quod eidem Jaschconi filium interfecit.

**10655.** *(8)* Nota — Misz de Sensco fideiussores pro capite relicte Borconis de Tsczenecz ad terminos proximos per terminos in Xansz statuat sub pena XV partis et iudicii ac Regali.

**10656.** *(9)* Nota — Netha de Bochna ab omni debito et dampno fideiussorie videlicet a sexingentis marcis, quas Johannes de Wynary in Stanislao de Bochna aduocato ibidem iure acquisierat, contra eundem Johannem unacum Stanislao predicto, fideiussore suo, facta est libera, et ipsum Johannem per totum iure euasit.

**10657.** *(10)* Nota — Offca uxor Johannis de Sczecoczin et Beyata uxor Andree de Trzewlin Bernardum de Walknow, iudicem Welunensem, et Werussium, Lutoldum ac sorores eorundem, filios et filias ipsius Bernardi, pro hereditate Prawcouice in terra Syradiensi iure euaserunt.

**10658.** *(11)* Nota — Johannes de Langanow cum Jaschcone de Falcow genero suo ita concordauit, quod idem Jaschco totam villam Nesdow cum omni iure et dominio in LXX marcis debet possidere, tenere, utifrui et habere tamdiu, donec sibi dicte LXX [marce] fuerint per ipsum Johannem persolute. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**10659.** *(12)* Idem Jaschco pro Elizabeth sua uxore dicto Johanni fideiussit, quod eadem uxor ad terminos proximos per terminos Cracouiam debet venire personaliter et omnibus bonis paternis et maternis hereditariis in personam ipsius Johannis renunciare. — (Dictus Jaschco memoriale ad terminos eosdem).

**10660.** *(13) (Cr. III p. 181).* Nota — Dominus Johannes Liganza pratum dictum Wanczicowska in Rokycze, in Gorzcow in Dominico et in Nicolao de Zagorzany de una sexagena eximendum perpetuo obtinuit, eorundem Dominici et Nicolai fassione.

**10661.** *(14)* Nota — Jaschco de Czussow XIIII marcas pecunie communis ad festum Natiuitatis Christi proximum Andree Nemsta soluat; si non soluerit, tunc hereditatem ibidem Stawisko et pratum, empta per ipsum Andream a Jacussio ibidem, perpetuo perdere habebit, que Derslaus de Scotniky iure proximitatis acquisiuit eximendum.

**10662.** *(15)* Nota — Prandotha de Neprzesna et Stanczik ac Andreas frater eiusdem de Grodek se hincinde ex concordia de omnibus debitis et dampnis fideiussorie Grotconis olim ibidem de Grodek quomodolibet iure acquisitis pro utraque parte perpetuo liberos dimiserunt, promittentes se ex utraque parte pro eisdem nunquam impedire sub vadio CCCCC marcarum.

**10663.** *(16)* Nota — Iudicium decreuit, quod Hanca, relicta Wilhelmi de Occalyna, et Petrus scolasticus Sandomiriensis, filius dicti Wilhelmi, omnia bona hereditaria ipsius Wilhelmi

inter se debent per medium diuidere, et omnia debita de eisdem ex utraque parte ipsius Wilhelmi persoluere habebunt, videlicet debita ipsius Wilhelmi, similiter per medium.

**10664.** *(17)* Nota — Nicolaus de Slup Petrum et (Nicolaum) Jacobum, filios Miczconis de Jacubouice, pro parte tota hereditatis in Nadzow perpetualiter iure acquisiuit, quam partem hereditatis idem Nicolaus nunc possidet. — (l. s.).

**10665.** *(18)* Pena — Boxa de Czirnechow penam binam XV iudicio et Wito hospitalis magistro de Cracouia binam XV pro eo, quod Janussium fratrem religiosum ipsius magistri in domo violenter wlnerauit.

**a.** *(31) (Cr. IIIa p. 170).* Pena — Boxa de Czirnechow penam binam XV Vito magistro hospitalis de Cracouia et iudicio totidem pro eo, quod Janussium fratrem religiosum ipsius magistri in domo violenter wlnerauit.

**10666.** *(19) (Cr. III p. 182).* Idem Boxa eidem Janussio ad III$^{es}$ marcas et ad unum fertonem racione wlnerum condempnatur; soluat ad terminos proximos per terminos sub pena magistri et iudicii.

**10667.** *(20)* Nota — Jacussius de Tsczicza XV marcas pecunie communis, pro Stephano fratre suo fideiubendo, ad diem sancti Martini proximam soluturum se obligauit, sub solucione XXX marcarum, nulla peticione obstante; idem Stephanus eidem Jacussio se similiter obligauit.

**10668.** *(21)* Nota — Prandotha et Franczco de Sanspow Annam sororem ipsorum uterinam, uxorem Jacussii de Offczary, pro bonis hereditariis maternis in Sanspow et in Lazisca nulla prescripcione debent euadere ex contractu.

**10669.** *(22)* Nota — Stanislaus de Polanynouice totas partes hereditatis suas paternas et maternas ibidem in Polanynouice cum omni iure, dominio et pertinenciis Jaschconi de ibidem fratri suo pro C marcis grossorum Pragensium vendidit et resignauit, nichil pro se ibidem reseruando, promittens in forma. — (l. s.; — soluta).

**10670.** *(23)* Nota — Idem Stanislaus eidem Jaschconi (XXX marcas grossorum in partem) partem hereditatis dictam Momotowska ibidem in XXX marcis obligatam condescendit.

**10671.** *(24)* Nota — Zaclica de Corzekwa XXIIII$^{or}$ [marcas] grossorum Pragensium ad octauam sancti Martini proximam Strzechne et Zaclice filio eius de Bala obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc ipsis tunc (s) partem hereditatis in Grambenycza cum omni [iure] et cum frumentis seminatis ac cum toto *Bydlo* obligare tenebitur; et si non obligauerit, tunc ipsis XLVIII marcas *isce* tenebitur ad soluendum sub dampni caucione.

**10672.** *(25)* Nota — Msczugius de Imramouice Nicolaum Campsky pro dampno racione hereditatis Curoswank iure euasit.

**10673.** *(26)* Pena — Swentoslaus de Modlnycza penam XV Bodzanthe de ibidem et iudicio XV pro eo, quod ipsum Bodzantam contumacem iniuste fecit pronunciari. Idem Swentoslaus de libro et de contumacia dictum Bodzantham deleat sub pena XV Bodzante et iudicii, et Helenam matrem eiusdem Bodzante deleat.

**a.** *(39) (Cr. IIIa p. 171).* Pena — Swanthoslaus de Modlnicza penam XV Bodzanthe de ibidem et Elene matri sue ac iudicio totidem penam XV pro eo, quod eosdem Badzantham et matrem ipsius minus iuste contumaces pronunciari fecit.

**10674.** *(27)* (Nota — Slawek de Mlossow pratum retro....)

**10675.** *(28)* Pena — Hanca relicta Wilhelmi de Occalina penam unam XV Clare relicte Janussy et XV Margarethe matri sue ac iudicio tantum et Regalem LXX pro eo, quod debitum acquisitum non fideiubens de iudicio discessit.

**a.** *(40)* Pena — Relicta Wilhelmi olim procuratoris Cracouiensis penam medium XV Klare filie Pacossy de Cracouia et iudicio XV ac Regalem LXX pro eo, quod de iudicio recessit non fideiubens C cum V marcis minus uno fertone.

**10676.** *(29)* P e n a — Plebanus de Oppatouecz actor contumax contra Hyneczcam de Rogow pro medietate silue Chomerz dicte, ad missionem domini Cracouiensis.

a. *(42)* P e n a — Plebanus de Opathowecz actor contumax contra Hynczkam de Rogow pro medietate silue dicte Chomecz ad missionem domini Cracouiensis.

**10677.** *(30)* P e n a — Franczco familiaris Chebde alias actor contumax contra Janussium et Gregorium de Morauicza pro accipitre, ad missionem domini Cracouiensis.

a. *(43)* P e n a — Franczko familiaris Chebde alias actor contumax contra Janussium et Gregorium de Morawicza pro accipitre ad missionem domini Cracouiensis.

**10678.** *(31)* P e n a — Swenss kmeto de Sedlisczca contumax contra dominam Margaretam Wernconis pro eo, quod ab ipsa sine tempore recessit cum censu et prouentu.

a. *(44)* P e n a — Swansch kmetho de Sedliscza contumax contra dominam Margaretham Wernconis pro eo, quod ab ipsa sine tempore recessit cum censu et prouentu.

**10679.** *(32)* P e n a — Hanca relicta Wilhelmi de Occalyna penam XV Katerine uxori Sczeczyna de Cracouia et iudicio XV ac Regalem LXX pro eo, quod debitum acquisitum non persoluit.

a. *(41)* P e n a — Eadem relicta penam medium XV uxori Sczeczine de Cracouia et iudicio XV ac LXX Regalem pro eo, quod XXIIII^or^ marcas non fideiubens de iudicio discessit.

**10680.** *(33)* P e n a — Jaschco Snopek de Mosgawa contumax contra Katerinam uxorem Sczecine de Cracouia pro duabus marcis debiti.

a. *(46)* P e n a — Jaschco Snopek de Mozgawa contumax contra Katherinam Sczeczine de Cracouia pro duabus marcis (pro rebus).

**10681.** *(34)* P e n a — Andreas de Czarnoczin contumax contra Jachnam de Chrobrza pro violento raptu puelle sue et pro percussione vectoris sui.

a. *(47)* P e n a — Andreas de Czarnoczin contumax contra Jachnam de Chrobrza pro violenta recepcione puelle sue de curru et pro percussione vectoris.

*[In colloquio]. Sabbato sequenti (d. 2 Octobris 1400). (Cr. IIIa).*

**10682.** *(6) (Cr. IIIa p. 167).* Andreas de Janouicze cum Hanca Nicolai de nigro Potok terminum habent ad colloquium proximum. =Halska Andream iure euasit, pro quibus citauerat eandem.=

**10683.** *(7)* P r o c u r a t o r — Andreas de Janouice predictus causam suam Thomconi de Trzeczesz commisit contra Hancam Nicolai de Nigropotok.

**10684.** *(8)* P r o c u r a t o r — Eciam predicta Hanca causam Nicolao marito suo contra Andream antedictum commisit.

**10685.** *(12) (Cr. IIIa p. 168).* T e s t e s — Simon de Popouicze villa inferiori ducit testes contra Clementem vicecancellarium: Woythconem de Kawki, Stanislaum Sanczkonem de de Sborczicze, Johannem de Wilczcouicze, Andream de Pyassek, Janussium de Janouicze, Petrum filium Sczodrconis de Sczodrcouicze; — R o t a: *Jako prawye wÿemi ÿ sswadczimi, esz poto pokÿ bÿlo widzenÿe, potÿ ÿest na dzedzinye popowskeÿ w Zarabÿv potÿmyasti ÿest popowske ÿ odessta lÿath z gÿch dzerszenya nye wichodzilo;* terminus ad terminos proximos per terminos in C r a c o u i a.

**10686.** *(20) (Cr. IIIa p. 169).* T e s t e s — Dominicus et Nicolaus de Zagorzani ducunt testes contra dominum Jaschconem Liganza: Nicolaum dictum Jazwecz de Krziszcouicze, Jacussium Mleczkonis de Zarnowicza, Petrassium dictum Krasska de Woywanouicz, Thomconem de Neschcouicze, Staschconem de Moycouicz, Paschconem dictum Jaswecz de Krzischcouicz; — R o t a: *Jako prawye wÿemi ÿ sswadczimi, esz dwe lancze Wanczikowska et Andrzeowska w Gorzkowye* Dominicus cum fratre suo *dzerszeli XVI lyath wmyrze w pokoyv do pana Jaschcowa zazwanÿa;* terminus ad colloquium proximum peremptorium pro omnibus terminis.

**10687.** *(28)* Laurencius kmetho [de] Syczow statuere debet Albertum Spak ministerialem ad terminos proximos per terminos in Cracouia et litteram citacionis ponere contra Jacussium de Zandow.

**10688.** *(29) (Cr. IIIa p. 170).* Testes — Nicolaus et Jaschco fratres, heredes de Kampe, ducunt testes contra Sethegium plebanum de Krczanczin: Stogneum de Czapple, Boxam de Czirnechow, Spithconem de Wola Wanczslawska, Rosslaum de Woyslauicze, Petrassium de Przibislauicze, Stiborium de Drwen; — Rota: *Jako prawÿe wyemi y sswadczimi, esz xandz Seczech pleban Krczanski przedal V kmoth w Kuroswank sse wszim prawem;* terminus ad terminos proximos per terminos in Cracouia.

**10689.** *(30)* Nota — Idem Sethegius omnem potestatem dedit Msczugio de Imramouicze videndi et audiendi testes predictos iurare, si solus interesse non posset.

**10794.** *(Cr. III p. 194).* Nota — Jacussius Probolo de Modlnicza Nicolaum de Dulowa pro X marcis fideiussorie iam tercio per recursiuam libri iure euasit.

## *Acta Cracouie feria tercia in crastino omnium Sanctorum termini continuati sunt, (d. 2 Novembris 1400), et alii positi per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10795.** *(2) (Cr. IIIa p. 189).* Swantochna relicta Philippi de Sczithniki cum Jaschcone de Czussow terminum secundum habent ad terminos proximos pro hereditate Zdzislawski, quia de eadem hereditate cedere non wlt, et ipsa est propinquior.

**10796.** *(14) (Cr. IIIa p. 190).* Jaschco de Luczianouicze cum Petrassio de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod irruens in domum ipsius kmethonis, ipsoque kmethone de domo predicto extracto verberauit et percussit, et quatuor wlnera intulit: duo liuida et duo cruentata eidem, et pro eo, quod veniens in thabernam ipsius ibidem Adam thabernatorem percussit et uxorem eius, et cum XVIII scotis census eundem de thaberna repulit et pro rebus de *chischa* receptis, necnon pro repercussione Katherine seruitricis et pro VII wlneribus eidem illatis, duo[bus] cruentatis et V liuidis, ac eciam pro irruicione violenta cum apprehensa balista in domum ipsius.

**10797.** *(17)* Visio — Olanth de Boczow cum Staszcone dicto Peprzik de Zrzanczicz terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad videndum.

**10798.** *(18)* Visio — Olanth predictus cum Martino dicto Kudlacz, Wlodcone, Sbeytha, Andrea, Laurencio et Johanne dicto Gawron de Zrzanczicz ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad videndum.

**10799.** *(19)* Nota — Warmusz ministerialis deputatus ad videndum, quem ambe partes acceptauerunt ád videndum.

**10800.** *(20)* Ca[us]— Andreas de Zalesse confessus est die terminorum Johanni dicto Chalasca de Stanantki, terminus ad terminos proximos contra Kanaan iudeum de Cracouia, terminus curie pro fideiussoria pro preposito de Stanantky.

**10801.** *(21)* Iuramentum — Jarogneus de Srzenawa iurabit ad terminos proximos contra Abraham de Dunossy pro XVI capeciis siliginis depascatis per Abraham ipsius peccoribus, wlgariter *swim bidlem.*

**10802.** *(32) (Cr. IIIa p. 191).* Smerlin iudeus cum Janussio de Garlicza terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro debito iudaico et pro fideiussoria, facta pro Warszone de Michow, et pro IX cum media marcis debiti proprii.

**10803.** *(35) (Cr. IIIa p. 192).* Nota-Colloquium — Beatha Paschconis de Bedlno cum Nynogneo de Lsczino patre suo terminum peremptorium habent ad colloquium proximum, si celebrabitur; et si non celebrabitur, tunc ad terminos proximos post diem Purificacionis sancte Marie, ita quod in colloquio predicto seu termino predictus Nynogneus Beate filie sue antedicte, quidquid domini in colloquio seu iudicio sedentes declarabunt, racione dotis ordinare et fideiubere debebit. Eciam antedictus Paschco de Bedlno Beate memorate dotalicium ordinabit iuxta declaracionem dominorum, et in hoc ambe partes consenserunt.

**10804.** *(36)* Procurator — Beata antedicta causam eandem Paschconi marito suo commisit contra patrem suum.

**10805.** *(39)* Colloquium — Clemens vicecancellarius heres de Moskorzow cum Petro de Sczodrkouicze terminum habent ad colloquium proximum pro vituperio nobilitatis.

**10806.** *(41)* Dominus Petrus Episcopus Cracouiensis cum Jacussio dicto Klamp de Racziborsko terminum peremptorium habent ad terminos secundos post diem sancti Martini ad concordandum; terminus curie pro parte prati inter Racziborsko et inter Chorangwicza.

**10807.** *(44)* Colloquium — Swantochna relicta Wantrobcze actrix de Strzelcze cum Petrassio de ibidem et kmethonibus ipsius Petrassy terminum, quem habent in termino terrestri in Proschǫuicze pro quibuscunque causis, eundem habent ad colloquium proximum similiter.

**10808.** *(50) (Cr. IIIa p. 193).* Jossman, Drobni, Kussiel et Helias iudei cum Johanne de Podgaye terminum peremptorium habent ad terminos proximos, in quo termino idem Johannes [ponere habet] litteram maioris negocii Viti iudicis Christini Sandomiriensis sub data in Wasznow pro mille marcis contra eosdem Iudeos.

**CCCXLIX. Uwaga.** *(1)* Abraham de Woycowcosczol confessus capell. contra Ozannam Jaschconis de Lubochowi, term. testium. (z. p.). — *(3)* Msczug. de Koslow cum Petro scolt. de Glogowani term. peremp. per term., et cum Wictore patre predicti scolteti. — *(4)* Joh. aduoc. de Mislimicze (confessus capell.) contra Mart. de Kossoczicze, term. =Dimissus; Petrus ministerialis recognouit.= — *(5)* Petr. Spiczmir de Crac. cum Margar. relicta Crzesslai de Michalow et de Karnow term. peremp. — *(6)* Petr. Spiczmir cum Hanca relicta Prandote de Medzwedz term. peremp. — *(7)* Msczug. de Koslow cum Nicol. de Chothlicze term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend. per term. pro CC capeciis tritici. — *(8)* Jacuss. de Wanczslauicze cum Tomc. ibid. term. peremp. — *(9)* Marciss. de Chronow cum Jaschc. de Buczina term. peremp. post Purific. — *(10)* Stachna relicta Swenthoslai de Zakrzow cum abbatissa et conuentu monasterii s. Andree in Crac. term. secund. pro violenta perarac. granicier. et hereditatum in Zakrzow. — *(11)* Pathica relicta Nicolai de Przibislauicze cum Jaschc. de Luczianouicze term. peremp. (z. p.). — *(12)* Clem. de Paschcowka confessus (capell.) contra Prand.

de Neprzeszna, term. =Dimissus per Andr. de Neprzeszna nuncium.= — *(13)* Pelca de Bidlin iurabit in coll, prout debuit hodie iurare, contra Przeczsl. de Troxa. — *(15)* Petr. Spiczmir cum Wlodc. de Koszelecz term. secund. pro VIII mar. VI gross. debiti. — *(16)* Golda filia Lewconis iudei cum Spitka Warszonis de Sczeka term. peremp. concit. — *(22)* Andr. de Maczeouicz confessus capell. contra Kanaan iud. de Crac., term. curie pro fideiussoria pro prepos. de Stananthki. — *(23)* Nicol. Kyczka de Poramba Martini cum Marciss. de Trzebinicze term. peremp. — *(24)* Grzimala ciuis de Crac. cum Joh. de Budzischouicze term. peremp. — *(25)* Drobni iud. cum Dauid Schado de Bolow term. peremp. ad idem faciend — *(26)* Pecz de Przelubsko actor confessus capell. contra Strzechnam Miculonis de Bala, term. curie. =Concordauerunt.= (z. p). — *(27)* Bodzantha de Modlnicza cum Fenca relicta Borconis de Tsczenecz term. peremp — *(28)* Bodzantha de Modlnicza cum Elena de Czulicze term. peremp. — *(29)* Fenca relicta de Stradow confessa (capell.) contra Doroth. filiam Pelczeri de Crac., term. =Dimissus per dominam relictam Pelczeri.= — *(30)* Stanisl. de Negowanicz term. peremp. concit. ad concord. alias ad idem faciend. — *(31)* Stanisl. predictus cum Nicol. de Negowanicz term. peremp. — *(33)* Dersko de Polanka cum Paschc. de Doluszicze term. peremp. — *(34)* Prand. de Neprzeszna cum Marciss. de Dambrowicza, Jaschc. et matre ipsor. term. peremp. post Purific. Marie. — *(37)* Jossman iud. cum Rossl. de Woyslauicze term. peremp. concit. post Purific. — *(38)* Jossman iud. cum Joh. de Langanow term., et cum capell., post Purific. — *(40)* Andr. de Sczodrkouicze cum Joh. de Langanow term. peremp. — *(42)* Nicol. Penaszek. de Iwanouicz cum Clem. et Andr. de Wilczkouicze term. peremp. post Nativ. Christi. — *(43)* Petrass. de Strzelcze actor cum Swantochna relicta Wantrobcze de Strzelcze pro omn. causis term. ad coll. concit. — *(45)* Nynogn. de Lsczino cum Staszc. Jelithco de Gosdna term. ad coll. pro omn. causis. — *(46)* Wencesl. de Dzecanouicze cum Ursula de Sladow term. concit. pro homine violent. recepto. — *(47)* Joh. pleb. de Podgrodze, confessor Wenceslai de Marczinouicze, confessus capell contra Przeczsl. de Bodzcouicze, term. — *(48)* Item idem Wencesl. debet iurare de infirmit. graui in eadem causa, quia cum capell. non paruit. — *(49)* Dobco de Secluca confessus capell. contra Petrass. de Strzelcze, term. — *(51)* Pelka de Maslomancza cum prepos. et conuentu Mechov. term. ad coll. et cum Philipo de Krzesslauicz. — *(52)* Jossman iud. cum Joh. de Wilczkouicze term. peremp. curie pro debito iudaico post Nicol. — *(53)* Jossman iud. cum Stanisl. de Wilczkouicze term. curie post Nicol. pro debito iudaico. — *(54)* Jossman cum Budc. de Wilczcouicze term curie post Nicol. pro debito iudaico. — *(55)* Nicol. notarius gener. cum kmetonib. de Pogwisdow term. peremp. — *(56)* Hanco cunator de Prandoczin cum Zegotha de Grzegorzouicze concordauerunt. — *(57)* Wirzchosl. de Wilczcouicze cum Budc de Wilczcouicze term. peremp. post Nicol., et cum Stanisl. ibid. eciam. — *(58)* Fenca relicta Borconis de Tsczenecz cum Myssone de Sensko term. concit. — *(59)* Kmotek kmetho de Brzessye cum Woythc. de Vyasd term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend." =Wszystkich zapisek z 2 Listopada w księdze Cr. IIIa 59.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 3 Novembris 1400). (Cr. III.).*

**10809.** *(1) (Cr. III p. 194).* Nota — Petrus filius Brode de Marcinouice tres marcas pene Derslao de ibidem ad terminos proximos soluere se astrinxit sub pena XV partis et alia iudicii. (z. p).

**10810.** *(2)* Nota — Wench de Cracouia officialis recognouit, quod ex parte Ade de Berwald Johannem, Posnan, Clementem, Dobconem et Derslaum fratres de Zamboczin ad presenciam dominorum, qui tunc in colloquio sedebant, citauit, et terminum eisdem in colloquio tunc proxime preterito tercia die coram eisdem dominis assignauit, et hoc ipsum iidem Johannes, Posnan, Clemens, Dobco et Derslaus confessi sunt similiter; terminus ad colloquium proximum datur eisdem.

10811. *(3)* Nota — Crziwossand de Bÿlanow XXXVII marcas (grossorum Pragensium) quartensium ad terciam diem ante Natiuitatem Christi proximam Nicolao de Olawyn obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc hereditatem Czarnaporamba cum omnibus piscinis super Wartha contra ipsum Nicolaum perdere habebit perpetuo, et idem Crziwossand uxorem suam ad terminos per terminos proximos Cracouiam habet adducere ad faciendum similem obligacionem; (et super eo Marcus de Bszow et Carlyn Woytco de Carlin pro ipsis Crziwossand et uxore eius fideiusserunt eidem Nicolao sub vadio C marcarum), idem Nicolaus ibidem stubam habet recipere et piscinam pro se depiscare. =Dimisit Nicolaus fideiussores.= (z p.).

10812. *(4)* Nota — Andreas de Banthcouice fideiussit pro kmetone sex scotos iudicio ad terminos proximos sub pena XV.

a. *(19) (Cr. IIIa p. 196)*. Nota — Andreas de Bandcouicze fideiussit sex scotos soluere iudicio pro quodam kmethone de Sÿczow ad terminos proximos sub pena iudicÿ.

10813. *(5) (Cr. III p. 195)*. Nota — Franczco de Lazisca recognouit, quod sibi Adam de Berwald XII grossorum marcas fideiussorie pro Chebda de Rosteyn iam persoluit.

10814. *(6)* Pena — Nicolaus Campsky penam XV iudicio et LXX Regalem pro eo, quod debitum acquisitum cum usura Drobny iudeo non fideiubeńs de iudicio discessit. =Satisfactum pro pena; dominus Michael iudex indulsit.= (z. p.).

a. *(20)* Pena — Nicolaus Kampski penam XV iudicio et LXX Regi pro eo, quod debitum iure acquisitum cum usura Drobniconi iudeo non fideiubens, de iudicio discessit.

10815. *(7)* Pena — Woytco et Stanislaus molendinatores de Chranstouice contumaces in termino primo contra Lorconem de Goloczow pro duobus wlneribus et pro capite et pro violenta spoliacione rerum.

a. *(21)* Pena — Woythko et Stanislaus kmethones de Chranstouicze contumaces in termino primo contra Lorconem de Goloczow plebanum pro duobus wlneribus, et pro capite et pro violenta spoliacione rerum.

10816. *(8)* Pena — Johannes de Thranthnouice actor contumax contra Petrassium de Sweborouice pro X marcis debiti iudaici.

a. *(22)* Pena — Johannes de Tranthnouicze actor contumax contra Petrassium de Sweborouicze pro X marcis debiti iudaici. =Pena per dominum Johannem castellanum Cracouiensem indulsa.= (z. p.).

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 3 Novembris 1400). (Cr. IIIa).*

10817. *(3) (Cr. IIIa p. 194)* Nicolaus de Olelin cum Msczugio de Kuroswank terminum secundum habent ad terminos proximos et cum Machna uxore eiusdem Msczugy ac Petrassio et Stephano filiis pro violenta excisione arborum de gayo et pro reseruacione rerum, bonorum receptorum de domo ipsius Nicolai ac eciam pro recepcione columbarum et pullorum de domo Nicolai predicti, necnon pro percussione equi.

10818. *(15) (Cr. IIIa p. 195)*. Testes — Klichna Czeziconis de Strzelcze ducit testes contra Budconem de Wanczcouicze, Jaschconem dictum Brzostek de Brzuchan, Swanthoslaum de maiori Strzelcze, Gregorium de Maschiczicz, Thomconem de Damicze, Miczconem de Zarzecze, Daniel de Marczinouicze: — Rota: *Jako prawÿe Pÿothr Strzeleczski wsanl penadze za dzedzina v Strzeszkouicz, yansz Klichna przedala ÿ obroczil ye gdze chczal;* terminus ad terminos proximos.

10819. *(16)* Iuramentum — Kmethones Derslai de Marczinouicze cum Wenceslao de Marczinouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos, in quo idem Wenceslaus iurabit semel, et in Jacubouicze bis iurabit de graui infirmitate.

10820. *(17)* Iuramentum — Derslaus de Marczinowicze cum Swenthoslao de Maschicze, procuratore Wenceslai Brode, terminum peremptorium habent ad terminos proximos, et idem

Swenthoslaus bis iurabit in Jacubouicze de infirmitate, et causam committere [habet] coram ministeriali Lamperto.

**10821.** *(18)* Iuramentum — Wenceslaus Broda bis iurabit in Jacubouicze, ubi iacet egrotando, ut asseritur per nuncium eiusdem Brode, contra Derslaum de Marczinouicze, quod veraciter infirmabatur, terminus ad terminos proximos.

**10822.** *(23) (Cr. IIIa p. 196))*. Petrus de Gbel nominare debet testes contra Stanconem de Zandow ad terminos proximos.

**10823.** *(24)* Iuramentum — Jacussius de Zandow iurabit ad terminos proximos contra Laurencium kmethonem de Sycze, quod eidem kmethoni non fecit dampnum trium marcarum in uia.

**10824.** *(25)* Pena — Halska Danielis de Cracouia penam binam XV Floriano de Knischin et iudicio totidem, quia eundem Florianum pronunciauit [contumacem], contumaciam eiusdem accusando indebite, et bis in libris inscribere procurauit.

**10825.** *(26)* Pena — Eadem Elizabeth ad penam eidem Floriano XV et iudicio XV ac Regalem LXX condempnatur, quia de iudicio, non fideiubens penas, discessit.

**10826.** *(27)* Nota — Nicolaus de Olelin filiam suam Elenam virginem Spithconi de Banowicze tradidit ad seruandum, ita tamen, quod eandem potest econuerso ad se recipere, quando placebit, et predictus Spithco eandem filiam Nicolai marito seu nuptui tradere non debet sine scitu predicti Nicolai, et si predictus Spithco prefatam Elenam nuptui seu alicui alteri sine scitu Nicolai traderet, tunc centum marcas eidem Nicolao soluere debebit, excepto tamen hoc, quod si, quod absit, aliquis eandem Elenam uiolenter reciperet et asportaret, tunc idem Spithco prenarrato Nicolao nihil tenebitur exsoluere.

**CCCL. Uwaga.** *(1)* Bodzantha de Modlnicza cum Staszc. et Swanthosl. ibid. term. peremp. — *(2)* Probolo de Modlnicza cum Nicol. ibid. term. peremp. — *(4)* Rosslawa relicta Bartholomei de Dulowa cum Petrass. de Dobracow term. ad coll — *(5)* Jaschco Liganza palat. Lanc. cum Sdziszc. molendinat. de Dobszicze term. secund. per term. pro lapide molari violenter recepto, *zagwaltem*. — *(6)* Andr. de Dulowa cum Dersl., et kmethonib. ipsius de Trzebnia term. peremp. — *(7)* Jacuss. de Zircouicze cum Wencesl. Broda de Marczinouicze term. peremp. — *(8)* Miczko et Jaschco fratres heredes de Kampe causam, quam habent cum Msczug. de Kuroswank, Nicolao de Olelin commiserunt. — *(9)* Jaschco Kampski cum testib. contra Setheg. pleb. de Krczanczin in term. peremp. per term. conparebit. — *(10)* Nicol. Kampski Jaschconi fratri suo contra Setheg. predict. causam commisit. — *(11)* Nynotha de Karnow cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. — *(12)* Jaschco de Wirzbno cum Andr. de Karnow term. peremp. =Concordauerunt.= (z. p). — *(13)* Nicol. de Olelin cum Msczug de Kuroswank term. peremp. — *(14)* Zmichna Dobeslai de Swoschouicz cum Joh. ibid. term. peremp. et cum Elena uxore Johannis. =Wszystkich zapisek z 3 Listopada w księdze Cr. IIIa 27.=

*Acta in Cracouia feria tercia infra octauas sancti Martini termini continuati fuerunt (d. 16 Novembris 1400), alii positi sunt ad duas septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10827.** *(Cr. III p. 195)*. Nota — Marcissius de Trzebenice tres marcas ad diem sancti Martini proximam et XXX marcas quartensium ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum Nicolao Kyczca de Plusnycza obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi tres kmethones bonos alibi soluentes tres marcas census annui indicare et dare habebit sub pena partis et iudicy ac Regali. — (l. s.; — soluit IIII^r [grossos]).

**10828.** Nota — Michalik de Crzistoporzice XV marcas quartensium infra IIII^or annos proximos videlicet per quatuor marcas minus fertone in quolibet festo Natiuitatis Christi Paschconi de Modlnycza obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi tociens, quociens non

soluerit, per mediam marcam redditus dare habebit, et si infra quatuor annos predictos dictas XV marcas integre non soluerit, tunc sibi duas marcas redditus habebit soluere tamdiu, donec easdem XV marcas persoluerit. — Idem Paschco dictas XV marcas predicto Michalconi et filie suo in certo loco ponendo habebit indicare. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**10829.** *(Cr. III p. 196).* Nota — Nicolaus de Socolniky sex marcas quartensium quarta die proxima post diem sancti Nicolai proximam Petro Spicimir de Cracouia obligauit se soluturum sub pena XV iudicii et Regali.

**10830.** Nota — Marcissius de Trzebenice Nicolaum kmetonem et filium eius Stanislaum de Goloczow pro sex marcis et fertone iuramento euasit debiti fideiussorie cuiusdam.

**10831.** Nota — Cristinus de Wirzbno sex grossorum Pragensium et sex quartensium marcas ad festum Natiuitatis Christi proximum, et XXIII marcas per medium grossorum latorum et quartensium ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum obligauit se soluturum Dobconi ibidem de Wirzbno fratri suo sub dampni caucione, videlicet pro medietate hereditatis dicta Miczcowsca in Wirzbno.

**10832.** Nota — Petrassius de Zagorzice occasione dictarum pecuniarum est liber fideiussoria. Item Dobco predictus recongnouit, quod dictas pecunias pro dicta medietate hereditatis ab ipso Cristino recepit, et hereditatem eandem in perpetuum vendidit.

**10833.** Nota — Jaschco de Wirzbno X marcas fideiussorie Ade Berwald teneri recongnouit. (z. p.).

**10834.** Pena — Idem Jaschco eidem Ade penam sex scotorum incurrit. =Solutum est.= (z. p.).

**10835.** Nota — Mathias filius Johannis molendinatoris de Damyanice cum domino Clemente de Curow talem contractum fecit et habuit, videlicet ita: si idem Mathias molendinum ibidem ad diem sancti Johannis Baptiste vendere poterit, tunc eidem domino Clementi tres marcas soluere habebit; si autem vendere non poterit, tunc eidem domino Clementi terciam partem prouentus tocius de dicto molendino dare habebit tamdiu, quousque idem dominus dictas tres marcas recolligat.

*Acta Cracouie feria tercia infra octauas sancti Martini, termini continuati fuerunt (d. 16 Novembris 1400) et alii assignati per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10836.** *(12) (Cr. IIIa p. 198).* Jaroslaus de Lagewniky kmetho cum Elizabeth relicta Smilonis de Belczicz et cum Pechna eiusdem Elizabeth *wnǫka* terminum habent ad terminos proximos, in quo eedem Elizabeth et Pechna Swantoslaum plebanum de Zelesnik confessorem ipsarum, cui confesse sunt die terminorum statuere debent contra Jaroslaum antedictum. =Capellanus dimissus per Jaschonem nuncium; — capellanus dimissus Pechne.= (z. p.)

**10837.** *(18)* Testes — Abraham de Woycowcoszol cum duabus testibus: Marcone et Sandziszone de Vÿesdzecz ad terminos proximos conparebit contra Ozannam de Lubochowÿ. (z. p).

**10838.** *(29) (Cr. IIIa p. 199)* Littera — Johannes aduocatus de Myslimicze litteram maioris negocy XL marcarum domini Gnewossy subcamerarii Cracouiensis [ponat] contra Martinum de Kossoczicze, terminus ad terminos proximos.

**10839.** *(42) (Cr. IIIa p. 200).* Kasskel iudeus cum Jacussio, Johanne et Nicolao fratribus, heredibus de Medzwedz, terminum secundum habent ad terminos proximos pro debito iudaico patris ipsorum, quod litteris docere potest

**10840.** *(48) (Cr. IIIa p. 201).* Testes — Petrassius de Zagorzicze ducit testes contra Dobconem de Wirzbno: Petrassius de Luczianouicz, Paschconem de Szidow; — Rota: *Jako prawye wyedzǫ* et testantur, quod Petrassius non fideiubuit centum marcas vady pro Jaschcone de Wirzbno Dobconi; et solus Petrassius debet iurare similiter; terminus ad terminos proximos.

**10841.** *(57) (Cr. IIIa p. 202).* Nota — Lampertus ministerialis recognouit, quod Vitus frater suus alter ministerialis, per ipsum missus, concitauit dominam Elizabeth conthoralem Wincencii de Granow ad instanciam domini Dobeslai subiudicis Cracouiensis pro hereditate Dzeczwicouicze.

**10842.** *(58)* Nota — Nicolaus nuncius predicte Elizabeth terminum maioris negocii disposuit [per litteram] iudicii Poznaniensis contra predictum dominum Dobeslaum subiudicem, ideo causam perdidit.

**CCCLI. Uwaga.** *(1)* Margaretha relicta Krzesslai de Michalow confessa capell. contra Petrum Spiczmir ciuem Crac., term. (z. p.). — *(2)* Nicolaus de Olelin cum Gerassio de Kawki seu de Brzostek term peremp. post Nativ. Christi. — *(3)* Petr. Spiczimir de Crac. cum Jaschc. de Buczina term. curie pro XIV scot. — *(4)* Petr. Spiczmir cum Sand de Myculouicz term peremp — *(5)* Smerlin iud. cum Leonardo de Gawlow term. secund. pro fideiussor. pro Nicol. Curta, quam litt. docere potest. — *(6)* Sulco et Wanchnik cum Dziuiss. de Woyslauicze term. peremp. post Nicol. — *(7)* Georg. de Koczonow cum Dziuiss. de Woyslauicze term. peremp. post Nicol — *(8)* Petr. Spiczmir cum Wlodc. de Koszelecz term. peremp. — *(9)* Golda filia Lewconis iudei de Crac. cum Spithca relicta Warschonis de Sczeky term. peremp. concit. — *(10)* Doroth. filia Pelczeri de Crac. cum Fenca relicta.. de Stradoma term. ad coll. pro hered. Stradoma. — *(11)* Andr. scult. de Zanderman cum Prand. de Wyelikanocz term. secund. post Nicol. pro XL mar. princip. fideiussor. in iudea et usura iudaica — *(13)* Jacuss. de Owczari cum Math. de Poramba et Kachna uxore ipsius term. peremp. post Nicol. — *(14)* Jacuss. de Wanczslauicze cum Thomc. ibid. term. peremp. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(15)* Smerlin iud. cum Petro de Ogrodzenecz term. peremp. (et concit.) post Nativ. Christi. — *(16)* Olanth de Boczow cum Staszc., Joh., Elizabet, Laur , Mart., Wlodc. et Andr. de Zrzanczicze term. peremp. ad coll. — *(17)* Bodzantha de Modlnicza cum.. relicta Jaschconis de Czulicze term. peremp. — *(19)* Hedwig. relicta Jacussy dapiferi de Sancza cum Jacuss. de Wilczcouicz term. peremp. — *(20)* Klichna Czcziconis de Strzelcze cum testib. contra Budc. de Wanczkouicze conparebit in term. testium secundo. — *(21)* Abraham de Grabouich cum Marciss. ibid. term. ad coll. — *(22)* Abraham iud. de Crac. cum Petro de Ogrodzenecz term. peremp. post Purific. — *(23)* Jacuss. de Wylczcouicze cum Przibc. de Grodzina term. peremp. post Nativ. Christi. — *(24)* Kanaan iud. cum Andr. de Zalesye term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend. ita, quod si non concordauerint, tunc personaliter idem Andr. ad term. conparebit. — *(25)* Andr. de Żalessye intercessit Andr. de Maczeÿcouicze pro fideiussor. contra Kanaan iud. — *(26)* Elizabeth Pelczeri de Crac. cum Marg. relicta Rosznonis de Rosznow term. pro omn. dilacionib. ad coll. — *(27)* Swanthochna relicta Philippi de Sczithniki term. peremp. — *(28)* Abraham de Grabouich cum Jaschc. et Math. ibid. term. peremp ad concord. alias ad idem faciend. — *(30)* Smerlin iud cum Andr. de Karnow term. secund. pro fideiussor., quam litt. docere potest, et usura — *(31)* Smerlin predict. cum Hannuszone Werzingi de Garlicza term. secund pro IX cum medie mar. princip. debiti et fideiussor. facta pro Warsch. de Mychow, quam litt. docere potest, et usura. — *(32)* Miczko de Modlnicza cum Ottone de Kunczicze term ad concord. alias ad idem faciend. — *(33)* Jarzon de Przibislauicze confessus capell. contra Swanthosl. de Modlnicza, term. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(34)* Adam de Methnow cum IV^or^ kmetonib. de Benczicze term. peremp. — *(35)* Laur. pleb. de Goloczow cum Stancz. molendinat. de Chranstouicze term. secund. pro II wlnerib., pro violencia, spolio et capite thabernatoris ipsius Laurency. — *(36)* Prepos. Mechov. cum Nicol. de Wolya term. peremp. post Purific. — *(37)* Pecz de Przelubsko actor iurabit pro infirmitate, sicut veracit. infirmabat., et capell. confessor. suum statuere debet contra Strzechnam Miculonis de Bala. — *(38)* Zmichna uxor Dobconis de Swoschouicz cum Margar. Johannis ibid. et Petrass. ibid. term. ad concord. alias ad idem faciend. — *(39)* Drobni iud. cum Dauid Schado de Marczinouicze term. ad idem faciend. — *(40)* Ossman iud. cum Zuszka relicta Jaschconis de Owczari

term. peremp. — *(41)* Ossman cum Wirzchosl. de Wilczcouicz term. peremp. — *(43)* Kasskel iud. cum Halska relicta Jaschconis de Czerzow term. secund. pro debito iudaico, quod litt. docere potest. — *(44)* Andr. Dulowski cum Derszk. de Janouicz et kmetonib. ipsius de Trzebina term. peremp post Purific. — *(45)* Nicol. Wlodar. Episcopi Crac. cum Dominico de Zagorze term. secund. pro decima in Zagorzani valoris VIII mar. — *(46)* Ossman cum Bodzantha de Modlnicza et matre ipsius term. peremp. post Nativ. Christi. — *(47)* Ossman iud. cum Swanch. de Parcze term. peremp. post Nativ. domini, term. curie pro fideiussor. pro Jaschc. de Kluczow. (z. p.). — *(49)* Drobni iud. cum Flor. de Knyszin term. peremp. post Nativ. Christi, term. curie pro debito Nicolai fratris sui. — *(50)* Kasskel iud. cum Margar. relicta Ilyconis de Neszcouicz et pueris suis term. secund. pro debito iudaico, prout in litteris. — *(51)* Ossman iud. cum Dziuiss. de Marzanczin term. peremp. post Nativ. Christi. — *(52)* Paschco de Doluschicz confessus capell. contra Dersc. de Sokolouicz, term. — *(53)* Jaschco Kampski cum Jacuss. de Wanczslauicze term. peremp. — *(54)* (Abbatissa et conuent. monasterii s. Andree de Crac. cum..) — *(55)* Stachna de Zakrzow cum abbatissa et conuentu monasterii s. Andree de Crac. term. ad vidend — *(56)* Dobco de Wirzbno cum Sandc. de Gorky term. secund. pro C mar. vadii. — *(59)* Prand. de Neprzeszna cum Petrass. aduocato Bochnensi term. peremp. (z. p.). — *(60)* Ossman iud. cum Andr. de Rzeschotari term. peremp. post Nativ. Christi. — *(61)* Pelka de Sczithniki cum Joh. de Podgaye term. peremp. — *(62)* Stanislawa de Radwanouicze cum Mart. ibid. term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend. =Wszystkich zapisek z 16 Listopada w księdze Cr. IIIa 61.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 17 Novembris 1400). (Cr. III.).*

**10843.** *(1) (Cr. III p. 197).* Nota — Abraham de Dunossy XII mensuras siliginis ad terminos proximos Jarogneo de Srzenawa soluat sub pena XV partis et iudicii ac Regali. (z. p.).

**10844.** *(2)* Nota — Dominus Dobeslaus subiudex villam Dzedzwicouice obligatam in Elizabeth uxore Vincency de Granow in termino concitato iure obtinuit, quia nuncius eiusdem Elizabeth terminum concitatum contra ipsum subiudicem continuabat; Lambertus officialis concitauit.

**10845.** *(3)* Nota — Stogneus de Czaple Jurconem de Coczonow actorem pro parte hereditatis Zeczechowsca ibidem in Czaple iure euasit, quia idem Jurco litteram Spitconis iudicis castri Cracouiensis reponebat, et littera eadem data est contra inhibicionem dominorum, ubi ipse Spitco in hereditatibus nichil habuit disponere, sic itaque littera eadem per dominos est destructa ipsius Spitconis.

**10846.** *(4)* Nota — Wirzchoslaus de Sedlisca totam villam suam, Cotouice dictam, in terra Cracouiensi sitam cum omni iure, dominio et pertinenciis, nichil [penitus excipiendo], pro CC et XV marcis grossorum Pragensium et pro scoltecia in Nawogywola sub Thanczin, hereditatem pro hereditate conmutando, vendidit et resignauit in forma, promittens in forma, domino Johanni de Thanczin castellano Cracouiensi.

**10847.** *(5)* Nota — Idem dominus Johannem eandem villam Cottouice cum omni iure pro tota parte hereditatis in Gnatouice, quam habuerunt, domino preposito et conuentui monasterii de Stananthky commutando resignauit, et ipsi similiter resignarunt eidem dictam partem hereditatis in Gnatouice. — (l. s.; — soluta).

**10848.** *(6) (Cr. III p. 198).* Pena — Hanus de Gardlicza penam XV Petro de Wilczcouice (et XV iudicio) pro vituperio dicti Petri. =Satisfactum pro pena iudicio.=

a. *(10) (Cr. IIIa p. 203).* Pena — Hanus de Garlicza penam XV Petro de Wilczcouicze et iudicio XV pro vituperio dicti Petri.

**10849.** *(7)* Nota — Derslaus de Polanca XX marcas fideiussorie pro Paschcone de Doluschice alias in V marcis facte, domino Clementi de Curow teneri recongnouit, quas soluat et expediat ad terminos proximos post Natiuitatem Christi, sub pingnoracione iuridica.

**10850.** *(8)* Nota — Wirzchoslaus de Sedlisca Stanpotham de Sathcza pro IIII[or] marcis iure euasit.

**10851.** *(9)* Nota — Jaschco de Wirzbno unam sexagenam debiti Strzale de Cracouia soluat ad terminos per terminos proximos sub pena iudicii.

**10852.** *(10)* Nota — Marcus de Czarnochouice granicies inter Czarnochouice et inter Cocothouice, ubi visio fiebat, in Hanussone, Nicolao et Thomassio, heredibus de Gardlicza, iure per testes perpetualiter obtinuit.

**10853.** *(11)* Nota — Jacussius de Zandouice Laurencium kmethonem de Syczow pro tribus wlneribus apertis iure euasit.

**10854.** *(12)* Pena — Idem Laurencius kmetho de Syczowa penam eisdem Jacussio et iudicio XV pro eo, quod eundem Jacussium indebite contumacem fecit pronunciari.

a. *(29) (Cr. IIIa p. 205).* Pena — Laurencius kmetho de Syczowa penam XV Jacussio de Zandowicze et iudicio XV pro eo, quod eundem Jacussium indebite contumacem fecit pronunciare.

**10855.** *(13)* Nota — Nicolaus notarius terre Cracouiensis generalis totam partem hereditatis, quam tenuit in Belanÿ, cum omni iure, dominio et pertinenciis in XX marcis grossorum latorum Pragensium Jacussio de Vyasd viceprocuratori obligauit tenendum in forma, promittens in forma; et idem Jacussius ipsam hereditatis partem nulli alteri, nisi ipsi Nicolao, uel relicte Johannis de Neswoyouice, aut pueris ipsius dimittere tempore exempcionis habebit.

**10856.** *(14) (Cr. III p. 199).* Nota — Boxa de Schumsco venator Cracouiensis veniens fideiussit pro Meczslao Roszek de Welebnow, quod idem Roszek Petrum de Chleuisca plebanum, fratrem suum, domino Nemerze de Chrzelow ad presenciam capitanei Siradiensis uel ad colloquium proximum ante Paschca ibidem habet adducere ad resignandum et ordinandum partem hereditatis totam in Cobile; si vero non adduxerit, uel idem plebanus ipsam partem hereditatis non resignauerit, tunc dominus Boxa predictus fideiussor eidem domino Nemerze LX marcas grossorum Pragensium ad festum Paschce proximum tenebitur ad soluendum sub dampni caucione, super *pomowa.*

**10857.** *(15)* Nota — Derslaus de Marcinouice cum Wenceslao Broda granicies ibidem iuxta signa officialis feria quinta cras ad VIII dies sub pena partis et iudicii exsippare habet, alias si Wenceslaus iuxta signa exsippare non dederit, tunc verbum, quod Wenceslaus dixit in iudicio: exsippa, ubis vis, — dictum Derslaum adiuuabit.

**10858.** *(16)* Nota — Andreas de Banthcouice binam sex scotorum [penam] Jaschconi de Pancouice incurrit.

**10859.** *(17)* Nota — Hanuss de Gardlicza tres marcas ad terminos proximos Petro de Wilczcouice uel Jaschconi de Polanynouice soluat sub pena XV partis et XV iudicii. (z. p.).

**10860.** *(18)* Pena — Jaschco Rey de Schumsco contumax in termino peremptorio contra Smerlin iudeum Cracouiensem pro debito, quod litteris poterit indicari, videlicet pro XXXII marcis et pro usura per grossum a marca.

a. *(34) (Cr. IIIa p. 206).* Pena — Jaschco Rey de Sumsko contumax in termino peremptorio contra Smerlin iudeum pro fideiussoria facta pro Crzeszlao de Lopuszno, quod litteris docere potest.

**10861.** *(19)* Pena — Laurencius de Syczow actor contumax contra Jacussium de Zandow pro tribus marcis in termino iuramenti.

a. *(42) (Cr. IIIa p. 207).* Pena — Laurencius de Syczow actor contumax contra Jacussium de Zandow pro tribus marcis in termino iuramenti.

**10862.** *(20) (Cr. III p. 200).* Pena — Laurencius aduocatus, Stanislaus frater suus, et tercius complex eorum de Cromolow contu-

a. *(36)* Pena — Laurencius aduocatus de Kromolow et Miczko frater ipsius cum alio coadiutore ipsorum contumaces in termino primo

maces in termino primo contra Nicolaum de Sluppow pro violenta interfeccione kmetonis et innumerabilibus wlneribus eidem kmetoni illatis.

contra Nicolaum de Slupow pro eo, quod venientes manu armati violenter domum fregerunt kmetonis ipsius in Bala et eundem kmetonem occiderunt, caput per se, manus per se, et pedes per se, ita, quod ministerialis non valuit wlnera considerare.

**10863.** *(21)* Pena — Nicolaus molendinator de Doluschice contumax in termino concitato contra Clementem de Curow pro X marcis.

**a.** *(37)* Pena -- Nicolaus molendinator de Doluschice contumax in termino concitato contra Clementem de Kurow pro X marcis.

**10864.** *(22)* Pena — Stiborius de Chechel et uxor eius contumaces contra Stanislaum de Negowancza in termino concitato pro VIII marcis dampni.

**a.** *(38)* Pena — Stiborius de Chechli et uxor ipsius et Nicolaus de Negowanicza contumaces in termino concitato contra Stanislaum de Negowanicz pro VIII marcis dampni. =(Iudicium [indulsit]).= (z. p.).

**10865.** *(23)* Pena — Nicolaus de Negowancza contumax in termino concitato contra Stanislaum ibidem pro sex marcis dampni.

**a.** *(39)* Pena — Nicolaus de Negowanicz contumax in termino concitato contra Stanislaum de ibidem pro (VI marcis) tribus marcis principalis debiti et totidem dampni. =Ad mandatum domini castellani.= (z. p.).

**10866.** *(24)* Nota — Nicolaus de Modlnicza Jacussium Probolo de ibidem pro XXX marcis fideiussorie iuramento euasit.

**10867.** *(25)* Nota — Nicolaus de Modlnicza medietatem aree *nywy czelinkÿ*, duos campos retro *nagorzinkÿ* circa fluuium, duas *nywy* et medietatem *pokrantkÿ zapustÿ* ibidem in Modlnicza Bodzanthe de ibidem in XII marcis pecunie communis obligauit tenendum in forma, promittens in forma. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

## *[Cracouie]. Ferta quarta sequenti (d. 17 Novembris 1400). (Cr. IIIa).*

**10868.** *(3) (Cr. IIIa p. 203).* Nicolaus Wlodarius domini Petri Episcopi Cracouiensis cum Nicolao de Zagorzani terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro decima Episcopali in Zagorzani violenter recepta, valenti III marcas quolibet anno, et decima predicta recepta est de anno presenti et preterito.

**10869.** *(4)* Littera — Nicolaus de Koszmicze litteram maioris negocii Subcamerarii Cracouiensis de Weliczka XL marcarum ponat ad terminos proximos contra Jacussium Probolo de Modlnicza.

**10870.** *(7)* Testes — Petrus de Gbel ducit testes contra Stanconem de Zandow: Nicolaum de Randzini patruum (producentis) suum, Stephanum de Borzikowa, Staszconem de Luborcza, Pacoszonem de Sobekursko, Widzgam de Przilank, Mathiam Kolano de Vlyessye; — Rota: sicut sciunt et testantur, quod Petrus Gbelski fuit in possessione pacifica hereditatis in Zandow, et a XVIII annis nunquam fuit alienata ab eodem; terminus ad terminos proximos.

**10871.** *(8)* Intercessio — Msczugius de Imramouicz statuere debet Margaretham uxorem suam contra Jaschconem et Miczconem fratres de Kampe pro prato tantum ad terminos proximos.

**10872.** *(21) (Cr. IIIa p. 204).* Remissio — Smerlino iudeo cum Nicolao de Kawanczicz terminus assignatur coram Rege tercia die post ingressum ipsius Regis Cracouiam.

**10873.** *(23) (Cr. IIIa p. 205).* Colloquium — Clemens de Paschcouicze intercessor sui molendinatoris cum Prandotha de Neprzeszna terminum habent ad colloquium proximum, si celebrabitur; si vero non celebrabitur, tunc ad terminos proximos post Purificacionem sancte Marie pro mensura libera, wlgariter *mÿara*.

**10874.** *(24)* Przeczslaus de Bodzcouicz cum Wenceslao de Marczinouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem Purificacionis sancte Marie, ita, quod idem Wenceslaus debet conparere, nec capellano, nec littera, nec infirmitate, nec quauis alia dilacione terminum disponere potest.

**10875.** *(28)* L i t t e r a — Johannes de Podgaye litteram maioris negocii iudicii de O p a t h o w magna pro hereditate contra Ossmanum iudeum de Cracouia ponat et solus personaliter conparebit, et contra Drobni, Heliam et Kusielem eciam, utrum idem Johannes causam suam perdere debet, quia nuncius ignorauit n o m i n a r e h e r e d i t a t e m, pro qua habuit terminos attemptare in Oppatow die terminorum.

**10876.** *(30)* Machna Marcissy de Wanczcouicz cum Budcone de ibidem terminum curie habent ad terminos proximos post diem sancti Nicolai pro parte hereditatis ibidem [in] Wanczcouicze, wlgariter *dzelnicza.*

**10877.** *(32) (Cr. IIIa p. 206).* N o t a — Dominus Dobeslaus subiudex terre Cracouiensis ex s p e c i a l i i n f o r m a c i o n e domini Johannis castellani Cracouiensis scribere mandauit, quod cum honorabilis vir Andreas Archidiaconus Kurzelouiensis ad presenciam predicti domini Johannis castellani Cracouiensis accedens tamquam l o c u m t e n e n t e m R e g i s in quibusdam a r t i c u l i s r e g a l i b u s querulauit contra Gnewomirum de Zelislauicze et Bodzantham de Lachow coadiutores predicti Gnewomiri, quod iidem venientes armata manu et hostili in domum ciuis ipsius Archidiaconi in Curzelow tempore nocturno, ibique fractis hostiis hospitem predicti domus, ciuem antedictum, violenter de domo ipsius receperunt et ad aliam domum asportauerunt et ibidem in alia domo eundem ciuem martirisauerunt et manum dextram mutilauerunt, qui dominus Johannes castellanus Cracouiensis litteram Regis mandati contra eosdem dare fecit, certam diem coram se assignando eisdem, prefatusque Archidiaconus recepta littera eosdem ad presenciam domini Johannis euocauit, iidemque in termino certo eisdem prefixo per nuncium simplici infirmitate terminum disposuerunt, propter quod causam perdiderunt. Et datus est terminus ad pronunciandum per camerarios iudicis et subiudicis ad terminos proximos in C r a c o u i a ex speciali remissione domini Johannis castellani Cracouiensis memorati.

**CCCLII. Uwaga** *(1)* Joh. Budzischowski confessus capell. contra Grzimalam de Crac., term. — *(2)* Andr. de Sczodrkouicze cum Joh. de Langanow term. peremp. post Nativ. Christi ad concord. alias ad idem faciend. — *(5)* Prepos. et conuent. Mechov. cum Imramo seniori de Czulicze term. peremp. ad idem faciend. post Purif. — *(6)* Imram senior de Czulicze cum Jaschc. Pusdro de Raczslauicze term. peremp. post Purific. — *(9)* Nicol. de Olelin cum Margar. Msczugii de Imramouicz term. peremp. — *(11)* Osman iud. cum Nicol. de Zagorze term. peremp. pro debito iudaico fideiussor. post Nativ. Christi. — *(12)* Ossman iud. cum Zegotha vexillif. term. peremp. post Purif. — *(13)* Bodzantha de Modlnicza cum Fenca relicta Borconis de Tsczenecz term. peremp. — *(14)* Wencesl. de Dzecanouicze cum Ursula relicta Nicolai de Sladow term. peremp. concit. — *(15)* Cristin. de Wirzbno cum Jaschc. de Kampe term. peremp. per term. pro C mar. fideiussorie. — *(16)* Dobco de Wirzbno cum Sandc. de Gorki term. peremp. per term. pro C mar. fideiussor. — *(17)* Petrass. de Zagorzicz cum testib. contra Dobc. de Wirzbno conparebit. — *(18)* Crist. de Charwin cum Dobc. de Wirzbno term. peremp. per term. pro sexagena, XII scrophis. — *(19)* Nicol. de Olelin cum Wencesl. de Marczinouicze term. peremp. ad term. secund. post Nativ. Christi. — *(20)* Smerlin iud. cum Nynotha de Karnow term. peremp. per term. — *(22)* Nynotha de Karnow cum Joh. de Wirzbno term. peremp. per term. — *(25)* Jaschco de Wirzbno cum Andr. de Karnow term. curie per term. pro XVII$^1/_2$ mar. fideiussor. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(26)* Jaschco predictus cum Andr. antedicto term. peremp. per term. — *(27)* Staszco de Sekluca cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. curie pro XXXIII mar. — *(31)* Dersl. de Marczinouicze cum Wencesl. Broda de alio Marczinouicze term. peremp. ad interrogand. pro penis. — *(33)* Dersl. de Marczinouicze et kmetones sui ibid. cum Wencesl. Broda de Marczinouicze term. peremp. pro

omn. causis. — *(35)* Woyczech molendinat. de Zarzecze contumax in term. concit. secundo contra Laur. pleb. de Goloczowy pro capite, wlneribus et spolio. — *(40)* Kmothek molendinator de Brzessye cum Woythc. de Oczanslauicze term. peremp. ad idem faciend. — *(41)* Bodzantha de Modlnicza cum Stanisl. et Swanthosl. de Modlnicza term. peremp. ad idem faciend. pro omn. causis. — *(43)* Jacuss. Probolo cum Nicol. de Modlnicza term. peremp. pro debito iudaico. — *(44)* Jaschco de Wirzbno Ade de Berwald X mar. se soluturum obligauit ad term. sub pena iudicii. — *(45)* Andr. de Bandcouicze Jaschconi de Pankow obligauit se soluturum II mar. cum fert. et terciam mar. infra VII dies a die terminorum proxime venturorum sub pena iudicii. =Wszystkich zapisek z 17 Listopada w księdze Cr. IIIa 45.=

*Acta in Cracouia feria tercia ipso die sancti Andree termini continuati fuerunt (d. 30 Novembris 1400), alii positi sunt ad duas septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10878.** *(Cr. III p. 200).* Nota — Crziwossand de Bilanow debitum iudaicum, quod litteris poterit indicari, domino Sandiwogio palatino Kalissiensi, videlicet sigillum suum, expediat ad festum Purificacionis sancte Marie proximum sub pena partis, iudicii XV et Regali.

**10879.** Nota — Paschco de Doluschice (Y) IIII[or] marcas debiti principalis ad terminos proximos post Natiuitatem Christi proximam Derslao de Polanca soluat sub pena XV partis et iudicii ac Regali. Idem Derslaus eundem Paschconem a dampno occasione dictarum quatuor marcarum liberum dimisit, videlicet racione fideiussorie facte in V marcis domino Clementi de Curow.

**10880.** *(Cr. III p. 201).* Nota — Clichne de Strzelce XII marcas dotis sue in parte hereditatis Petri in Wanczcouice Buthco de ibidem haberi recongnouit, et quando quis propinquior easdem XII marcas persoluet, tunc eandem partem hereditatis ipsa Clichna restituet, uel ipsi Buthconi.

**10881.** Nota — Thomek de Zelislauice ad V marcas pro manu Andree archidiacono Curzelouiensi pro homine ipsius et XV penam eidem, (ac iudicio XV et ad Regalem LXX condempnatur). =Satisfactum pro pena iudicio.=

**10882.** Pena — Gnewomirus, Slawomir de Zelyslauice, Bodzantha de Lachow et Philippus ibidem de Szelislauice, complices dicti Thomconis, quilibet penam XV archidiacono predicto Curzelouiensi (et iudicio XV) pro premissis seccacione manus et violencia condempnantur. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**10883.** Nota — Hanuss de Gardlicza pro Thomcone fratre suo Petro Spicimir de Cracouia fideiussit, quod idem Thomco eidem Petrus de feno et de lignis iam seccatis pro XXX marcis debet assignare tempore de presenti.

**10884.** Nota — Andreas de Zalesse viginti sex marcas pecunie communis Canaan iudeo Cracouiensi et usuram per grossum a marca qualibet iuxta litteram teneri recognouit; soluat et expediat ad terminos proximos sub pena iudicii XV et Regali.

**10885.** Nota — Nicolaus de Crzemenow X marcas fideiussorie Nepronis Nicolai facte pro termino Jacussio de Strzescouice teneri recongnouit, soluat ad terminos proximos sub pena partis, iudicii et Regali.

**10886.** *(Cr. III p. 202).* Nota — Hosman iudeus Cracouiensis XV marcas pecunie communis et usuram per grossum a marca septimanatim iuxta litteram debiti Wilhelmi de Podgaÿe in Johanne herede ibidem de Podgaye iure obtinuit, quia nuncius eiusdem Johannis terminum non ita, ut in libris scriptum erat, et per terciam litteram disponebat.

**10887.** Nota — Idem Hosmanus iudeus decem latorum grossorum et VIII quartensium marcas debiti dicti Wilhelmi in dicto Johanne de Podgaÿe et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim iuxta litteram eiusdem Wilhelmi iure obtinuit, quia similiter nuncius ipsius Johannis terminum per terciam litteram non ita, ut in libris scriptum erat, disponebat.

**10888.** Nota — Cussiel filius Hosmani iudeus Cracouiensis duodecim marcas grossorum Pragensium debiti Wilhelmi de Podgaÿe et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim

cretam iuxta litteram suam in Johanne fratre ipsius Wilhelmi ibidem de Podgaẏe iure obtinuit, quia nuncius ipsius Johannis terminum per terciam litteram non ita, ut in libris scriptum erat, disponebat.

**10889.** Nota — Eliass filius Hosmani iudeus Cracouiensis XVI marcas grossorum Pragensium et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim cretam iuxta litteram debiti Wilhelmi de Podgaye in Johanne fratre ipsius Wilhelmi ibidem de Podgaye iure obtinuit, quia nuncius ipsius Johannis terminum per litteram terciam non ita, ut in libro scriptum erat, disponebat.

**10890.** Nota — Drobnico iudeus Cracouiensis IIII^or marcas et unum fertonem grossorum Pragensium et usuram per grossum a marca qualibet septimanatim cretam debiti Wilhelmi de Podgaẏe in Johanne fratre ipsius Wilhelmi ibidem de Podgaẏe iure obtinuit, quia nuncius ipsius Johannis terminum per litteram terciam, non ita, ut in libris scriptum erat, disponebat.

*Acta Cracouie feria tercia ipso die sancti Andree apostoli, termini continuati fuerunt (d. 30 Novembris 1400), et alii positi per duas septimanas. (Cr. IIIa).*

**10891.** *(5) (Cr. IIIa p. 208).* Jascheo de Pankow cum Miczkone de Lysekanye terminum secundum habent ad terminos proximos pro fideiussoria facta pro Marco et eius uxore ibidem de Lyssekanye videlicet, quod iidem Marcus et eiusdem uxor hereditatem obligatam in X marcis ibidem in Lyssekane inscribere debebant Jaschoni, et pro dampno.

**10892.** *(8)* Abraham de Grabouich cum duobus testibus suis contra Osannam (relictam) Jaschconis de Lubochowy conparebit ad terminos proximos post diem Natiuitatis Christi, si non concordabunt. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10893.** *(14) (Cr. IIIa p. 209).* Littera — Johannes Watay de Radzimicze [ponat] litteram maioris negocii iudicii Schidlouiensis, et cum capellano ad terminos proximos contra Grzimalam de Cracouia conparebit. (z. p.).

**10894.** *(16)* Jascheo de Buczina cum Jaschcone de Sobolow terminum secundum habent ad terminos proximos pro duabus marcis principalis debiti et totidem dampni et pro duobus equoribus receptis de campo, et pro eisdem equis recepit securim et cultellum magnum. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10895.** *(20)* Datur terminus Kenne relicte Gregorii de Morauicza et Johanni filio ipsius a die hesterna ad XIIII dies ad dominum Johannem castellanum Cracouiensem pro *wstecz*, pro parte hereditatis ibidem in Morawicza, pro qua ad eundem dominum Johannem *wstecz* receperunt.

**10896.** *(23) (Cr. IIIa p. 210).* Jacobus abbas (et conuentus) de Czirzicz cum Stanislao de Krzesslauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem Natiuitatis Christi pro iniuriis, prout in citacione continentur, ad concordandum alias ad idem faciendum.

**10897.** *(28)* Intercessio — Nicolaus de Zagorzani statuere debet Johannem Porko de Krziskouicze ad terminos proximos, intercessorem suum, pro decima anni presentis in Zagorzani, et si non statuerit, tunc tres marcas amitteret racione predicte decime et solueret easdem domino Petro Episcopo Cracouiensi, et pro alia decima anni proxime preteriti iurabit eciam ad terminos proximos contra eundem dominum Petrum Episcopum, quod non recepit eandem decimam violenter valoris III marcarum.

**10898.** *(29) (Cr. IIIa p. 211).* Iuramentum — Dominicus de Zagorzani iurabit ad terminos proximos pro decima in Zagorzani anni presentis, que valuit III marcas contra dominum Petrum Episcopum Cracouiensem.

**10899.** *(31)* Priuilegium — Andreas de Michalczow per camerarios interrogatus, quod responderet Clementi, dicto Lanǫ, de Belsko primo, secundo, et tercio, qui Andreas nolens respondere dixit: non teneor in iudicio terrestri respondere, nisi in colloquio, exhibens se litteram seu priuilegium eiusdem iuris offerre; et terminus eidem assignatur ad terminos proxi-

mos, in quo priuilegium eundem representabit contra eundem Clementem pro eo, quod idem Andreas eidem Clementi cum kmetone suo in hereditate iusticiam noluit ministrare pro tribus wlneribus: cruentatis duobus et tercio liuido.

**10900.** *(35)* Jaschco Chamecz de Vbranouicz cum Imramo seniori de Czulicze terminum secundum habent ad terminos proximos pro violenta intromissione in partem hereditatis in Stroghoborzicze, exinde dampni centum marcas pro recepcione (aput kmethonem) V equoribus (s) et quatuor bobus.

**10901.** *(36) (Cr. IIIa p. 212)* Kanaan iudeus cum Nicolao de Zagorze terminum peremptorium habent ad terminos proximos post diem Purificacionis sancte Marie, in quo idem Nicolaus personaliter conparebit omni dilacione procul mota.

**10902.** *(37)* Nota — Idem Nicolaus obligauit se soluturum sex mensuras tritici eidem Kanaan ad diem Purificacionis sancte Marie, et si predictas mensuras non dabit, tunc eidem Kanaan tres marcas racione predicti tritici soluere debebit.

**10903.** *(39)* Nota — Martinus de Radwanouicz ex concordia facta inter eundem Martinum et Stanislawam de ibidem unam marcam ad terminos proximos soluere debet eidem Stanislawe, pro quibusdam wlneribus liuidis eidem Stanislawe illatis, et amodo predictus Martinus et Stanislawa nullas lites debent habere sub vadio decem marcarum.

**CCCLIII. Uwaga.** *(1)* Golda filia Lewconis iudei de Crac. cum Spithca relicta Warszonis de Sczeky term. peremp. concit. pro debito Warszonis. — *(2)* Nicol. de Bolechouicze cum Jarzone de Przibislauicze term. secund. pro V mar. princip. et damp. — *(3)* Swanthosl. de Adamouicze cum Petro Schaffranecz term. peremp. secund. pro XXX mensuris *osewku*. — *(4)* Ossman iud. cum Flor. de Kniszin term. peremp. post Nativ. Christi. — *(6)* Wlodco de Koszczelecz confessus capell. contra Petr. Spiczmir de Crac., term. — *(7)* Sando de Mykulouicze confessus capell. contra Petr. Spiczmir de Crac, term. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(9)* Petr. Spiczmir de Crac. cum Jarogn. de Srzenawa term. secund. pro II mar. debiti. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(10)* Andr. de Grzegorzouicze cum Zegotha vexillif. term. peremp. — *(11)* Kasskel iud. de Crac. cum Margar. Ilikonis de Neszkouicze term. peremp. — *(12)* Kasskel iud. cum Joh. de Medzwedz et fratrib. eiusd. term. peremp. — *(13)* Joh. de Chodow cum Nasthca relicta Janussii de Szethugow term. ad coll. — *(15)* Jaschco de Polaninouicz cum Adamc. de Kalina term. peremp. — *(17)* Kenna Gregorii de Morauicza cum Smil. de Wrzoskÿna term. peremp. post s. Adalberti ad concord. alias idem faciend. — *(18)* Bodzantha de Modlnicza cum Elena Jaschconis de Czulicze term. peremp. post Nativ. Christi ad concord. alias idem faciend. — *(19)* Petr. de Kamen confessus capell contra Joh. de Morauicza, term. concit. pro XXXIIII$^{or}$ [mar.] et totid. damp. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(21)* Smerlin iud. cum Andr. de Karnow et Leonardo de Gawlow term. peremp. post Nativ. Christi. — *(22)* Joh. de Morauicza cum Zegotha vexillifero term. secund. pro VI mar. fideiussor. — *(23)* Kasskel iud. de Crac. cum Halska Jaschconis de Czerzow term. peremp, et cum pueris ipsius. — *(24)* Jaschco de Methnow cum Kather. relicta Przibconis de Irzandz term. secund. pro V mar. princip. debiti et damp., pro XI arietis, VIII caponib. VIII ancis, IV currib. feni. — *(25)* Pelka Lowczicz de Sczithniki cum Joh. de Podgaye term. peremp. — *(27)* Woythco de Oczanslauicze cum Stanczic. de Grodek term. peremp. post Nativ. Christi pro V mar — *(30)* Jaschco de Kampe cum Jacuss. de Wanczslauicze term. peremp. post Nativ. Christi. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(32)* Joh. de Mislimicze iurabit, sicut infirmabat. a die terminor. preteritor. usque ad term. hodiern., contra Mart. de Kossoczicze. — *(33)* Petr. Episc. Crac. cum Jacuss. Klamp de Raciborsko term. peremp. post Purific. — *(34)* Stachna relicta de Zakrzow cum d. Mart. procurat. Sanctimonialium s. Andree de Crac. term. post Purific. ad vidend. — *(38)* Greta Moycowska obligauit se soluturum II sexag. Mixoni institori de Crac. post Letare sub pena Mixoni XV, iudicio XV ac Regi LXX. =Wszystkich zapisek z 30 Listopada w księdze Cr. IIIa 39.=

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 1 Decembris 1400). (Cr. III.).*

**10904.** *(Cr. III p. 203).* Nota — Crziwossand de Bilanow et Margaretha uxor sua legitima XXX et VII marcas quartensium ad terciam diem ante Nativitatem Christi proximam Nicolao de Olawyn obligarunt se manu coniuncta soluturos; si non soluerint, tunc hereditatem Czarna Poramba cum omni iure et cum piscinis super Wartha contra ipsum Nicolaum in perpetuum perdere habebunt, et ipsum super aliquo et pro aliquo occasione premissorum non habebunt citare, predicta autem Margaretha omni iuri dotis et dotalicy, si que habuit in dictis Czarna Poramba et piscinis, in totum renunciauit. =Solutum est.= (z. p.).

**10905.** Nota — Philippus de Zelislauice et Bodzantha de Lachow, unus pro alio fideiubendo, sex marcas penarum ad tres proximas septimanas Andree Archidiacono Curzelouiensi obligarunt se soluturos sub pena XV partis et iudicii ac Regalibus LXX.

**10906.** Nota — Pechna de Belcice et mater eius Elizabeth cum Jaroslao de Lagewnyky kmethone taliter concordarunt, videlicet ita: eedem Pechna cum matre duos ortos, duo prata et unam *nywa* circa molendinum in Sbignewice in perpetuum remanserunt adiungentes. — (l. s.; — soluit VI [grossos]).

**10907.** Nota — Clichna uxor Czcziconis de Strzelce omne ius, quod habuit super suo dotalicio et dote in hereditate et pertinenciis eius, videlicet in Mansse, in Wanczcouice, domine Morzce et pueris eius de Campanow pro XXX grossorum [marcis] in perpetuum resignauit, omni iuri renuncians, et eadem Clichna XX marcas apud dictam Morzcam recipere Czcziconi marito suo commisit.

**10908.** *(Cr. III p. 204).* Pena — Vrsula de Sladow penam Wanchniconi de Dzecanouice et iudicio XV pro eo, quod eidem Wanchniconi hominem non restituit, ut iudicium decreuerat.

**10909.** Nota — Drogossius de Kalyna duas marcas ad terminos proximos Cracouienses, et unam marcam ad secundos terminos *Xanske* pro dicta Ursula eidem Wenceslao de Dzecanouice soluat sub pingnore sex boum.

**10910.** Nota — Bernardus de Cowalow recongnouit, quod a Msczugio de Curoswank XXXV marcas grossorum latorum super tres kmetones ibidem in Curoswank recepit.

**10911.** Pena — Milek molendinator de Brzesze penam XV Alberto de Vyasd heredi et iudicio XV pro vituperio. — Jacussius viceprocurator Cracouiensis statuat Milconem ad terminos proximos.

**10912.** Nota — Woytco filius Johannis de Oczanslauice priuilegium domini Kazimiri contra Milkonem molendinatorem de Brzesze super iure nobilitatis et milicie suis produxit, in quo priuilegio continebatur, quomodo idem Woytco a iudicio et iurisdicione omnium pallatinorum et castellanorum est exceptus et per litteram citacionis per quempiam debet citari.

**10913.** Nota — Andreas de Banthcouice tres marcas ad terminos proximos post Purificacionem sancte Marie Canaan iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimana tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit.

**10914.** Nota — Msczugius de Imramouice tres laneos dictos *lance*, unam *zapusta* et duas partes taberne cum omni iure, pro quibus fuit visio in Curoswank, et cum rubetis Jaschconi et Nicolao de Campe in totum dimisit perpetuo. — Idem Jaschco eidem Msczugio unam marcam tenetur.

**10915.** *(Cr. III p. 205).* Nota — Nicolaus et Jaschco de Campa quinque kmethones cum toto iure in Curoswank in Msczugio de Imramouice et in Setegio plebano de Crczanczin, intercessore ipsius Msczugy, iure per testes acquisierunt in perpetuum.

**10916.** Nota — Bodzantha de Modlnicza Jacussium Probolo de ibidem pro L^ta^ marcis dampni iure euasit.

**10917.** Nota — Wenceslaus de Marcinouice Wanchniconem camerarium vituperauit, et causa est ista: Mathias de Jurzicouice procurator Derslai de Marcinouice se cum ipso Wenceslao ad librum pro penis trahebat; et Wenceslaus idem noluit se ad librum recipere, sed ad dominum Subiudicem se referebat et super hoc verbo, quia ipse Wenceslaus noluit se ad librum multociens requisitus recipere; Wanchnik memoriale recepit a predicto Derslao; Wanchniconem eundem ipse Wenceslaus statim citauit et idem Wanchnik terminum coram domino Cracouiensi in Cracouia in vigilia terminorum proximorum suscepit.

**10918.** Nota — Nicolaus, Elizabeth soror et Katerina uxor totam partem hereditatis ipsorum cum omni iure in paruo Ochonyn ibidem, excepta silua *Jodlowa*, Johanni Schado pro V marcis ad quatuor annos arrendarunt tenendum, fideiubentes pro Andrea fratre ipsorum et pro aliis impedimentis de premissis sub dampni caucione. — Idem Johannes Schado eisdem IIII^or^ marcas ad diem sancti Nicolai proximam et unam marcam ad octauam sancti Nicolai soluat sub dampno.

**10919.** *(Cr. III p. 206).* Nota — Nicolaus de Potrcouice X marcas fideiussorie in Nicolao dicto Nepr ibidem iure acquisiuit eiusdem fassione, et easdem X marcas domino Jacussio camerario recipiendum commisit.

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 1 Decembris 1400). (Cr. IIIa).*

**10920.** *(2) (Cr. IIIa p. 212).* Staschco kmetho de Wẙnecz cum (Nicolao) Miroslao de Neszcouicz et Thomcone famulis ipsius ac Clemente procuratore Msciszconis terminum secundum habent ad terminos proximos post diem Natiuitatis Christi pro tribus porcis furtiue receptis et pro verberacione uxoris. =Concordauerunt.= (z. p).

**10921.** *(3)* Colloquium — Msczugius de Koslow cum Nicolao de Chotlicze terminum habent ad colloquium proximum pro omnibus causis, quas hic et in Xansz habent.

**10922.** *(6) (Cr. IIIa p. 213).* Ca^us^— Stanko molendinator de Chranstouicz (confessus est Jacobo Scolastico Swerziciensi) die terminorum contra Laurencium plebanum. =Iurauit.=

**10923.** *(20) (Cr. IIIa p. 214).* Nota — Adam de Berwald consensit in solucionem Jaschconis de Wirzbno ad terminos proximos, quod idem Jaszco soluere debet X marcas cum I fertone ad eosdem terminos, prout debuit hodie soluere. (z. p.).

**10924.** *(21)* Iurare — Swanthoslaus de Maschicze, procurator Wenceslai de Marczinouicze, iurabit ad terminos proximos, quod a die primorum terminorum infirmatur et iacet usque ad terminos presentes.

**10925.** *(24)* Nota — Wilczko de Zakrzow recognouit se teneri racione fideiussorie pro Nicolao herede de Michalow, castellano Woyniciensi, centum viginti marcas latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis in terra Cracouiensi communiter decurrentis, XLVIII grossos pro qualibet marca computando, Staschconi dicto Zidowka heredi de Raczslauicze; quasquidem centum viginti marcas obligauit se soluturum ad diem sancti Nicolai Confessoris gloriosi anno proxime venturo, videlicet domini M^o^CCCC^o^ primo, alias si non exsolueret ad diem predictam, extunc eidem Staszconi in partem hereditatis in Zarnouicze eiusdem domini Nicolai Woyniciensis intromissionem dare debet cum omni iure et dominio et seminacione, exceptis pecoribus et pecudibus; quod si utrumque adimplere non curaret, extunc quodcunque dampnum prefatus Staszco Zidowka incurreret racione predicte non solucionis, hoc erit ipsius Wilczkonis, ad que omnia predictus Wilczko se sponte submisit, presentibus: Jacussio de Bothurzin procuratore Cracouiensi generali, Msczugio de Wanczkouicze, Dobcone et Jaschcone de Wirzbno, Zawissio de Zagayow, Dobcone filio Nicolai de Olelin; — eciam si idem Staszco in huiusmodi parte hereditatis per aliquem impediretur.

**CCCLIV. Uwaga.** *(1)* Greg. kmeto de Strogoborzicze cum Imramo seniori de Czulicze term. secund pro 2 equis, 2 bobus, et vacca cum vitulo. — *(4)* Msczug. de Koslow cum Petro scolteto de Glogowani term. peremp. post Purific. — *(5)* Msczug. de Koslow cum Victore kmet. de Glogowani term. peremp. post Purific. — *(7)* Swantochna relicta Philippi de Sczithniki cum Jaschc. de Czussow term. ad coll. pro hered. Sdzislawki. — *(8)* Jaschco Mleczko de Zarnowicza cum Budc. de Wilczkouicz term. ad coll. pro hered. in Wilczkouicz. — *(9)* Episc. Crac. cum Clem. de Donathcouicze term. peremp. pro decima in Donathcouicze. — *(10)* Adam de Methnow cum kmetonib. de Benczicze term. peremp. — *(11)* Ossman iud. cum Zuszka Jaszconis de Owczari term. peremp. — *(12)* Drobni iud. cum Dauid et Joh. Schado term. ad idem faciend. — *(13)* Bodzantha de Modlnicza cum Fenca relicta Borconis et pueris ipsius de Thsczenecz term. peremp. post Nativ. Christi. — *(14)* Paschco de Bsow cum Jaschc. de Gardlicza term. secund. pro 2 bobus kmetoni Paszconis receptis — *(15)* Abraham de Grabouich cum Mart de Chechli term. secund. post Nativ. Christi pro LX mar. (z. p.). — *(16)* Joh. et Nicol. de Kampe cum Msczug. de Imramouicze pro omn. causis concordauerunt. — *(17)* Jacuss. Probolo cum Bodzantha de Modlnicza term. ad vidend. — *(18)* Spithco de Thomaschouicze cum Jacuss. Probolo term. ad videndum. — *(19)* Petr. de Gbel cum testib. contra Stanc. de Zandow conparebit ad term. post Nativ. Christi. — *(22)* Dersl. de Marczinouicze cum Wencesl. Broda de alio Marczinouicze term. peremp. pro omn. causis. — *(23)* Swanthosl de Poramba cum Paschc. de Mloschowy term. peremp. =Concordauerunt.= (z. p.). =Wszystkich zapisek z 1 Grudnia w księdze Cr. IIIa 24.=

*Acta in Cracouia feria tercia in crastino sancte Lucie, termini continuati fuerunt (d. 14 Decembris 1400), alii positi sunt ad tres septimanas proximas. (Cr. III.).*

**10926.** *(Cr. III p. 206).* Nota — Mogo iudeus Cracouiensis X marcas debiti Golde uxoris sue a Spitka relicta Warssy de Michow recepisse se recongnouit sub condicione tali: si debitum in ipsam Spitcam mariti sui Warssy cadet soluendum, tunc idem dictas X marcas super ipso debito Warssy debet defalcare; alias vero si super Raphaelem fratrem dicti Warssy ipsum debitum cadet et cum tunc idem Raphael ipsi iudeo ipsum persoluerit, tunc idem iudeus X marcas predicte Spitce restituere habebit. (z. p.)

**10927.** Nota — Nicolaus familiaris Msczugy de Trzewlin (sex) IIII^or marcas principalis [debiti] et totidem dampni in Wrochone de Woyslauice in termino concitato iure obtinuit, quia idem Wroch terminum concitatum non iuridice disposuit pro dictis IIII^or marcis principalis [debiti] et pro dampno.

**10928.** Nota — Leonardus de Gaulow veniens XV marcas debiti principalis et usuram fideiussorie pro Jacubcone Cobilensky Cussiloni filio Hosmani teneri recongnouit, quas soluat et expediat eidem ad festum Purificacionis sancte Marie proximum; si non persoluerit, tunc sibi iterum usuram per grossum unum a marca qualibet septimanatim ab eisdem XL marcis tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit.

**10929.** Idem Leonardus eidem Cussiloni IV½ marcas debiti sui ad festum Purificacionis sancte Marie obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi VIII° marcas tenebitur ad soluendum et vlterius ab eisdem VIII° marcis usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit.

**10930.** *(Cr. III p. 207).* Nota — Andris scoltetus de Zanderman XL marcas debiti principalis fideiussorie pro Prandota de Welcanocz et usuram iuxta litteras iudicialiter Canaan iudeo tenere recongnouit, soluat ad terminos proximos post festum Purificacionis proximum sub pena iudicii et Regali.

**10931.** Nota — Wirzchoslaus de Wilczcouice, debitor principalis, et Jacussius, Johannes ibidem et Hanus de Gardlicza, fideiussores sui, omnes manu coniuncta IX marcas grossorum

Pragensium ad diem sancti Nicolai proximam Hosmano iudeo Cracouiensi, obligauit se soluturum, si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebuntur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerint. — (l. s.).

**10932.** Nota — Johannes filius Jacobi vexilliferi de Medzwedz debitum et usuram iudaica patris sui iuxta litteram Caskelloni iudeo Cracouiensi teneri recongnouit, expediat ad terminos proximos post Cineres sub pena iudicii et Regali.

**10933.** Nota — Johannes de Crowodrza XVI marcas pecunie communis ad festum Pasce proximum Abrahe filio Lewconis iudeo Cracouiensi obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi usuram per grossum a marca qualibet septimanatim tenebitur ad soluendum tamdiu, donec principale persoluerit.

*Acta Cracouie feria tercia in crastino sancte Lucie Virginis, termini continuati fuerunt (d. 14 Decembris 1400), et alii positi per tres septimanas. (Cr. IIIa).*

**10934.** *(3) (Cr. IIIa p. 215).* Jacobus de Czudzinouicz cum Petro de Dambno terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod eundem Jacobum citari procurauerat ad iudicium procuratoris, et fecit sibi dampnum in duabus penis, videlicet binum sex scotorum.

**10935.** *(8)* Laurencius, Nicolaus, Wenceslaus Miczek dictus Stroszek, Wischco Barthoszonis, Petrus, Symon, Miczko Kaczkonis, Petrus Franconis et Janussius necnon Jacobus heredes de Czudzinouicz cum Petro herede de Dampno terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod eosdem citari procurauit ad iudicium procuratoris Cracouiensis sciens ipsos habere ius terrestre, et hii omnes cum Swanthoslao de Czudzinouicz filio Koselconis pro eodem [habent] terminum ad terminos proximos.

**10936.** *(9)* Nicolaus dictus Stroszcouicz cum Pethrcone de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod eundem citauit ad iudicium procuratoris Cracouiensis, sciens ipsum habere ius suum.

**10937.** *(10) (Cr. IIIa p. 216).* Zegotha Nakanda de Grzegorzouicze cum Nicolao de Slupp et Petro kmetone de ibidem alias de Obrazouicze terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod idem kmeto sine tempore recessit, et ipse Nicolaus eundem in sua villa locauit acceptando. =Concordauerunt.= (z. p.).

**10938.** *(13)* Scarbco de Zrzanczicz cum Sbischcone de Wronouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro VI marcis fideiussorie census pro Chebda manu coniuncta cum Otthone de Tworkow, et cum eodem Otta ac pro XII mensuris awene et pro pullis, ac pro VI marcis dampni, necnon pro eo, quod idem Chebda non dedit intromissionem, wlgariter *wwanzanÿa* in kmetones de Gnoynikÿ.

**10939.** *(17)* Janussius et Symon de Czudzinouicze cum Petrassio de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, quod eosdem traxit ad iudicium procuratoris Cracouiensis, ubi ipsi non debent, ut asseritur, respondere.

**10940.** *(19)* Colloquium — Andreas de Widzdzicze cum omnibus kmethonibus videlicet XXI et cum thabernatore Newsthampo de Mikluschouicze terminum habent ad colloquium proximum pro prearacione granicierum et XXIIIIor liris prearatis, et depascacione LX capecium.

**10941.** *(20) (Cr. IIIa p. 217).* Nota — Jaschco de Gardlicza duos boues dare debet ad fideiussoriam Paschconi et Kiliano, kmethoni ipsius, de ibidem sub penis iudicii et LXX Regis.

**10942.** *(21)* Pena — Idem Jaschco penam XV Paschconi de Garlicza et iudicio XV, pro eo, quod boues ad fideiussoriam dare noluit. — Paschco predictus de Garlicza cum Jaschcone de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**10943.** *(31)* Lorco plebanus de Goloczow statuere debet Spaconem ministerialem ad terminos proximos ad recognoscendum in causa contra prepositum et conuentum Swirziciensem et molendinatorem de Chranstouicz.

**10944.** *(50) (Cr. IIIa p. 219).* Andreas de Grzegorzouicze cum Zegotha vexillifero et uxore ipsius terminum peremptorium habent ad terminos proximos. =Concordauerunt, prout actor retulit.= (z. p.).

**10945.** *(58) (Cr. IIIa p. 220).* Jaschco predictus de Koszmicz cum Miczkone Falislai de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos, pro eo, quod diuisionem facere voluit in hereditate Koszmicz et mensurare rubetas et pro eo, quod citauit fideiussores ipsius, pro quo non fideiubuit.

**CCCLV. Uwaga.** *(1)* Paschco de Karnow cum Joh. aduoc. de Mislimicze term. secund. pro IV$^1/_2$ mar. et damp. in iudea. (z. p.). — *(2)* Jaschco de Buczina cum Jaschc. de Sobolow term. peremp. — *(4)* Nicol. de Kampe cum Jacuss. de Thsczicza term. secund. pro IV mar. gross., 2 mar. quartens., ac $^1/_2$ mar. *platv,* necnon X mar. damp. — *(5)* Smerlin iud. cum Philipo de Brzesyny term. peremp. — *(6)* Georg. de Koczonow cum Dziuiss. de Woyslauicze term. peremp. post Purific. ad concord. alias ad idem faciend. — *(7)* Golda filia Lewconis iudei de Crac. cum Spithka relicta Warschonis de Sczeky term. peremp. concit. post Purific. — *(11)* Januss. de Morauicza cum Zegotha vexillif. term. peremp. — *(12)* (Smerlin iud. cum Jaschc. Rey de...) =Reuocatus.= — *(14)* Nicol. de Slupow cum Laur. aduoc. de Kromolow et coadiutorib. suis term. peremp. ad idem faciend — *(15)* Jacuss. de Owczari cum Math. de Poramba scolt. et uxore ipsius term. peremp. — *(16)* Jaschco de Methnow cum Kather. relicta Przibconis de Irzandze term. peremp. — *(18)* Petr. Spiczmir ciuis Crac. cum Joh. aduoc. de de Mislimicze term. secund. pro XII mar. minus VI scot. — *(22)* Petrass. Spiczmir ciuis de Crac. cum Wlodc. de Kosczelecz term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend. pro VIII mar. cum VI gr. — *(23)* Petr. Spiczmir cum Jarogn. de Srzenawa term. peremp. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(24)* Bernard. de Kowalow cum Micoss. de Janouicz term. secund. pro XIIII$^{or}$ scot. fideiuss. et damp. — *(25)* Petr. kmeto de Wola cum Franc. kmet. de Zagorzicz term. secund. pro XIIII$^{or}$ wlnerib. cruent. et III liuid. — *(26)* Crist. de Wirzbno cum Wilczk. de Zakrzow term. secund. (z. p.). — *(27)* Prand. de Neprzeszna cum Sbiszc. de Stadniky term. secund. pro prato in Gonow. — *(28)* Dersko de Srzenawa cum Strzechna relicta Miculonis de Bala term. secund. pro hered. in Srzenawa in LXVI mar. obligata et 2 prat. uno falcato, alio intromisso. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(29)* Swanthosl. de Adamouicze cum Zmichna Floriani de Srzenawa term. secund. pro hered. in Srzenawa. — *(30)* Pelka de Sczithniki cum Joh. de Podgaye term. peremp. — *(32)* Crist. de Wirzbno cum Wilczc. de Zakrzow term. secund. ad term. secund. pro C mar. vadii fideiuss. manu coniuncta pro Dobc. fratre Cristini. — *(33)* Ossman iud. cum Petrass. de Kamen term. peremp. post Purific. — *(34)* Ossman iud. cum Jaschc. et Miczk. de Falkow term. peremp. — *(35)* Sbischco de Maczeyczouicz cum Wlodc. de Kosczelecz term. secund. pro VI mar. racione equi empti et damp. — *(36)* Kasskel iud. de Crac. cum Dobrochna relicta Gregorii de Balicze term. post Purific. peremp. et cum pueris ipsius domine pro debito iudaico, quod litt. docere potest. — *(37)* Ossman iud. cum Clem. de Paschkow et Januss. de Machocziez term. peremp. — *(38)* Drobni iud. cum Dauid et Joh. Szado term. ad idem faciend. — *(39)* Margar. relicta Iliconis de Neszcouicze (confessa capell.) contra Kasskel iud. term. =Dimissus per Drobni.= — *(40)* Halska relicta Jaschconis Peklha confessa capell. contra Kasskel iud., term. — *(41)* Wirzchosl. de Wilczkouicz cum Stanisl. et Budc. ibid. term. peremp. — *(42)* Ossman iud. cum Wirzchosl. de Wilczkouicz term. peremp. post Purific. — *(43)* Ossman iud. cum Joh. Wilczkouicz term. peremp. post Purific. — *(44)* Ossman iud. cum Stanisl. de Wilczkouicz term. peremp. post Purific. — *(45)* Ossman predict. cum Budc. de Wilczcouicze term. peremp. post Purific. — *(46)* Ossman iud. cum Fenca relicta Borconis de Thsczenecz et pueris ipsius term. secund. pro debito iudaico,

quod litt. docere potest, et fideiussor., prout litt. docebit. — *(47)* Kenna de Morauicza cum Januss. filio suo ibid. term. peremp. post Purific. — *(48)* Ossman iud. cum Andr. de Zalese term. peremp. — *(49)* Drobni iud. cum Andr. de Zalessye term. peremp. — *(51)* Dominic. de Zagorżani iurabit, prout hodie debuit, contra Episc. Crac. — *(52)* Nicol. de Zagorzani iurabit, prout debuit hodie iurare, contra Episc. Crac. — *(53)* Kanaan iud. cum Andr. de Zalessye term. peremp. ad idem faciend. — *(54)* Petrass. de Sedlecz cum Pacoss. de Zastampow term. secund. pro C cum XIIII^or mar. et C mar. damp. — *(55)* Wischco de Sedlecz cum Pacoss. de Zastampow term. secund. pro CC mar. — *(56)* Nicol. kmetho de Bolechouicz cum Petrass. Jarzon de Przibislauicze term. peremp. — *(57)* Jaschco de Koszmicz cum Jacuss. ibid. term. secund. pro X mar. fideiussor. — *(59)* Kasskel iud. cum Hanka de Zmigrod term. peremp. post Purific. — *(60)* Kasskel predict. cum Spithka relicta Warszonis de Sczeky term. peremp. =Wszystkich zapisek z 14 Grudnia w księdze Cr. IIIa 60.=

## *[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 15 Decembris 1400). (Cr. III.).*

**10946.** *(1) (Cr. III p. 207).* Nota — Dominus Nicolaus de Michalow castellanus Woyniciensis XL marcas grossorum Pragensium, nulla pecunia euadendo, ad diem sancti Nicolai proximam Nicolao de Lucice obligauit se soluturum sub dampni caucione. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**10947.** *(2)* Nota — Lorco de Lubertow fideiubens pro uxore sua et Hanca relicta Stanislai de Cunyce taliter concordarunt ita, quod idem Lorco dicte Hance XXX marcas minus duabus marcis grossorum ad eximendum obligaciones in Cunyce debet assignare, et si dicte obligaciones non ostendentur, tunc ipsa eisdem XXX marcis infra annum debet utifrui et tenere easdem circa se, et non debet easdem amittere. Item tres marcas, pannum et sal, que habet zupparius assignare, ipsa Hanca pro se habet recipere et obtinere; sic itaque omnes fideiussores ipsorum sunt a fideiussoria liberi et omnes cause sunt inter ipsas partes per totum extincte.

**10948.** *(3) (Cr. III p. 208).* Nota — Margaretha uxor Dziuissy de Woyslauice XXX dotis et XXX dotalicy marcas in Stachna relicta Nicolai Glamb de Charznicza iure obtinuit, in quibus hereditatem in Woyslauice nunc possidet. — (l. s.; — soluit V [grossos]).

**10949.** *(4)* Nota — Jaschco de Lucianouice L^ta marcas dotis et L^ta dotalicii in medietate omnium bonorum suorum hereditariorum ibidem in Lucianouice Jachne uxori sue, filie Clementis Brun de Grayow assignauit in forma. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**10950.** *(5)* Nota — Nicolaus de Potrcouice homines Jacussii camerarii omnes de libris deleat hodie sub dampni caucione.

**10951.** *(6)* Nota — Martinus de Cossocice V½ marcas principalis debiti et dampnum in Johanne aduocato de Mislimice iure obtinuit, quia est infirmus in lecto inventus idem Johannes.

**10952.** *(7)* Nota — Jacussius camerarius, eximens homines suos contra Nicolaum Nepr de Potrcouice, per priuilegium domine Elizabeth Regine Vngarie docuit, quod villa Potrcouice in iure teutunico est collocata.

**10953.** *(8) (Cr. III p. 209).* Nota — Petrassius de Vlyna Wenceslaum Broda de Marcinouice pro uno *stog* tritici et pro alio *stog* siliginis iuramento et iure euasit.

**10954.** *(9)* Nota — Jaschco Chamecz de Dobranouice duas et viginti marcas grossorum fideiussorie pro Imramo de Glanow Hosmano iudeo et usuram per grossum a marca qualibet XXX annis cretam teneri recongnouit, expediat ad terminos proximos post Purificacionem sancte Marie sub pena iudicii et Regali.

**10955.** *(10)* Nota — Petrus Glasz de Lucianouice totam partem hereditatis suam in Lucianouice ibidem cum omni iure in XXXVI marcis et uno fertone Jachne uxori Jaszconis de ibidem obligauit tenendum in forma, promittens in forma; et inter dictas pecunias sunt XI marce latorum grossorum.

**10956.** *(11)* Nota — Smerlinus iudeus Cracouiensis recongnouit, quod sibi totum debitum Nicolaus de Olawyn fideiussorie pro Wirzchoslao de Sedlisca iam persoluit et nichil eidem tenetur.

**10957.** *(12)* Nota — Nicolaus de Raczslauice pro pena *nestane* contra Cristinam de Lagewnÿky iudicio satisfecit.

**a.** *(28) (Cr. IIIa p. 223).* Nota — Miczko de Raczslauicze satisfecit pro pena contumacie, quam incurrit contra relictam Lithwini, deleat.

**10958.** *(13)* Nota — Johannes de Budzissouice tres kmetones, unam tabernam et tres ortulanias in Vadow cum omni iure, quos Pacosz de Schymunouice tenuit, in L$^{ta}$ et V marcis pecunie communis domino Dobconi subiudici Cracouiensi obligauit tenendum in forma, promittens tamdiu pro omni impedimento atque dampno, quousque dictus Pacosz se eidem domino subiudici similiter inscribet.

**10959.** *(14)* Idem Johannes eidem domino Subiudici XL marcas pecunie communis ad secundum festum Natiuitatis Christi proxime affuturum obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc sibi in eisdem duos kmethones, quos idem dominus Subiudex elegerit, in Radzimice obligare tenebitur sub dampni caucione. — (l. s.).

**10960.** *(15) (Cr. III p. 210).* Nota — Jacussius Probolo Stanislaum de Modlnicza pro vituperio iure euasit.

**10961.** *(16)* Nota — Bodzantha de Modlnicza XX$^{ti}$ marcas pecunie communis, olim per patrem suum legatas, fratribus monasterii sancte Trinitatis de Cracouia teneri recongnouit.

**10962.** *(17)* Nota — Pacossius de Zastanpow VII kmetones suos in Dambany, qui electi fuerint, Wirzchoslao de Sedlisca in C marcis grossorum Pragensium obligauit tenendum in forma, promittens pro uxore, pro filia sua et pro aliis impedientibus, et ipsos kmetones infra duos annos proximos ab eodem Wirzchoslao [habet] eximere cum grossis latis, nulla alia pecunia ipsum Wirzchoslaum euadendo, sub dampni caucione. — (l. s.).

**10963.** *(18)* Nota — Crziwossand de Bilanow Nicolaum de Olawyn pro nulla re occasione ville Czarnaporamba, et pertinenciis, et quidquid idem Nicolaus ibidem perceperit et uteretur, numquam promisit citare et neque perpetuo impedire pro domo ibidem, quam Nicolaus idem recepit, et pro frumentis.

**10964.** *(19)* Nota — Stephanus et Petrus filius eius de Gnatouice totas partes hereditatis ipsorum ibidem in Gnatouice cum omni iure domino Johanni castellano Cracouiensi pro LX marcis grossorum Pragensium vendiderunt et resignarunt in forma.

**10965.** *(20)* Nota — Lamberth de Bobÿn totam villam suam Philippouice et unum pratum in hereditate Stanislauice cum omni iure et cum seccacione libera lignorum in Stanislauice in C marcis grossorum Pragensium Spitconi, Petrassio et Sechne matri ipsorum de Pstroschice obligauit tenendum in forma, promittens pro XVI marcis redditus et pro omni impedimento atque dampno, ita, quod dictam villam et pratum ad diem sancti Thome proximam habet eximere; si non exemerit, tunc eadem perpetuo perdere habebit, et predicti Spitco et Petrassius ibidem pisces in lacu, dicto Solcza, prandendum habent libere. — Idem Lamberth uxorem suam ad premissa consenciendum ad terminos proximos post Natiuitatem Christi in Proschouice habet adducere.

**10966.** *(21) (Cr. III p. 211).* Nota — Nynotha de Carnow debitum et usuram iuxta litteram fideiussorie pro Jaszcone de Wirzbno Smerlyno iudeo Cracouiensi expediat et persoluat sub pena iudicii et Regali; et ulterius eundem Nynotam dictus Jaschco similiter ad terminos proximos expediturum se obligauit sub pena partis, iudicii et Regali.

**10967.** *(22)* Nota — Jaschco plebanus sancti Jacobi de Kazimiria, Dobco, Clemens et Posnan fideiubentes pro Derslao fratre ipsorum, heredes de Zamboczin, totas (villam) partes hereditatum ipsorum in Clobucouicze in terra Syradiensi pro pecuniis in ipsis aquisitis Katherine sorori ipsorum et Johanni filio eius de Berwald in perpetuum condescendentes resignarunt, promittentes pro dampno et impedimento; et ibidem debent in dicta terra resignare sub

dampno. — Adam de Berwald eisdem fideiussit uxorem ad terminos proximos statuere ad faciendum renunciacionem super bonis maternis hereditariis, et Bodzantha de Modlnicza similiter fideiussit.

**10968.** *(23)* Nota — Adam de Kalyna Jaschconem de Polanynouice pro villa Cowalow per litteram iudicialem iure euasit.

**a.** *(31) (Cr. IIIa p. 223).* Nota — Adam de Kalina Jaschconem de Polaninouicze pro hereditate Kowalow iure euasit.

**10969.** *(24)* Nota — Johannes de Podgaye IX marcas, XII mensuras auene, unum pisi, alium milei coros et duos arietes ad festum Pasce proximum Drobnÿ iudeo soluturum se obligauit, si non soluerit, tunc sibi XI marcas tenebitur ad soluendum et ulterius usuram per grossum a marca qualibet de eisdem XI marcis septimanatim soluere se astrinxit.

**10970.** *(25)* Pena — Laurencius de Wroblouice contumax in termino concitato contra Johannem plebanum sancti Jacobi de Kazimiria pro III½ [marcis] et pro dampno.

**a.** *(35) (Cr. IIIa p. 224).* Pena — Laurencius de Wroblouicze contumax in termino concitato contra Johannem Rectorem medie partis Ecclesie sancti Jacobi de Kazimiria pro decima in Wroblouicze et pro III½ marcis et pro tribus marcis debiti, prout se inscripserat soluturum.

**10971.** *(26) (Cr. III p. 212).* Pena — Prandota de Welcanocz contumax in termino secundo contra Andris de Zanderman pro XL marcis debiti iudaici et pro dampno.

**a.** *(34)* Pena — Prandotha de Welicanocz contumax in termino secundo contra Andream de Zanderman pro XL marcis fideiussorie in iudea et pro dampno.

**10972.** *(27)* Pena — Woyczech molendinator de (Zarasz) Zarzecze contumax in termino quarto concitato contra Lorconem plebanum de Goloczow pro capite interfecto.

**a.** *(36)* Pena — Woythko molendinator de Zarzecze contumax in termino peremptorio contra Lorconem plebanum de Goloczowy pro capite thabernatoris predicti Lorconis.

**10973.** *(28)* (Pena) — Wenceslaus Broda de Marcinouice contumax in termino peremptorio contra Jacussium de Zircouice pro tribus marcis fideiussorie; Boguta clamauit. =Satisfactum pro pena iudicio.=

**10974.** *(29)* Pena — Nicolaus de Lyssecane contumax in termino secundo contra Jaschconem de Pancouice pro fideiussoria pro Marco facta et uxore eius ibidem de Lissecane, quod idem Marcus et uxor eius sibi hereditatem ibidem in X marcis grossorum inscribere debebant et pro dampno.

**a.** *(37)* Pena — Miczko de Lÿssekanye contumax in termino secundo contra Jaschconem de Pankouicze pro quadam fideiussoria facta pro Marco et eius uxore de Lyssekanye videlicet, quod ipsi Marcus et uxor eius hereditatem, ibidem in Lissekanye obligatam, in X marcis inscribere debebant ipsi Jaschconi et pro dampno.

**10975.** *(30)* Pena — Zaclica de Srzenawa contumax in termino primo contra Petrassium de Lucianouice pro X marcis dampni.

**a.** *(38)* Pena — Zaclica de Srzenawa contumax in termino primo contra Petrassium de Luczianouicze pro X marcis et pro dampno.

**10976.** *(31)* Nota — Johannes de Podgaye XXII marcas grossorum Pragensium ac VIII mensuras auene, scoponem, corum pisi et corum milei ad diem sancti Stanislai proximam Cussiloni filio Hosmani de Cracouia obligauit se soluturum; si non soluerit, tunc per grossum a marca qualibet de eisdem pecuniis septimanatim soluere tenebitur.

**10976.** *(32)* Nota — Johannes de Podgaye debitum iudaicum et usuram Hosmano iudeo et Elie filio suo ad terminos proximos expediat et persoluat; si non expedierit, tunc ipsis CL[ta] marcas incurret ad soluendum, et ulterius usuram per medium grossum septimanatim tenebitur de eisdem ad soluendum. =Satisfactum est.= (z. p.).

**10977.** *(33)* Nota — Wilczco de Zacrzow, fideiussor pro domino Nicolao de Michalow castellano Woyniciensi, CXX marcas grossorum latorum Pragensium ad diem sancti Nicolai

proximam Stanislao dicto Zydowca, heredi de Raczslauice, fideiubendo obligauit se soluturum plenarie, quas si ad diem prefixam non soluerit, tunc ipsi Stanislao intromissionem partis hereditatis in Carnouice dicti domini Nicolai castellani Woyniciensis cum omni iure, dominio et pertinenciis ac cum frumentis seminatis dare habebit, exceptis pecoribus et pecudibus ibidem; si vero utrumque non fecerit, tunc omne dampnum, quod dictus Stanislaus in premissis perceperit, in ipso Wilczcone redundabit, ad que omnia idem Wilczco se sponte submisit. — Hec nota scripta est de libro domini Nicolai notarii terre sub data feria quarta in crastino sancti Andree.

*[Cracouie]. Feria quarta sequenti (d. 15 Decembris 1400). (Cr. IIIa).*

**10978.** *(1) (Cr. IIIa p. 220).* Nota — Domini Dobeslaus subiudex generalis terre Cracouiensis et Petrassius Xanszki, arbitratores cause infrascripte, inter Derslaum de Marczinouicze et Wenceslaum de alio Marczinouicze fecerunt et statuerunt vadium inter partes predictas centum marcarum grossorum, et ipsi submiserunt se sub vadium predictum, et tali condicione statuerunt et pronunciauerunt, quod predictus Wenceslaus debet equitare cum predicto Derslao limitando et deducendo granicies inter villas predictas Marczinouicze nuncupatas, prout inceperunt fossatas granicies facere, wlgariter *kopcze,* post diem Natiuitatis Christi per quatuor septimanas, videlicet sabbato, die ultima, expiracione quarte septimane; et utrique ipsorum penas, quascunque incurrerunt, inter se diuiserunt; et idem Wenceslaus intercedere debet eundem Derslaum pro predictis graniciebus contra Nicolaum de Olelin et Jaschconem Besski, et ammodo omnes cause, quascunque habuerunt inter se, finem debent habere, sub vadio predicto C marcarum.

**10979.** *(4) (Cr. IIIa p. 221).* Wirzchoslaus de Sedliscza cum Jaschcone dicto Chamecz de Rudno terminum habent ad terminos proximos post diem Purificacionis sancte Marie, terminus curie pro eo, quod obuiauit ipsum hostiliter wlgariter *zassyadl drogǫ* metnonus cum bonis, sicut solus, et cum tribus familiaribus, et percussit eundem Wirzchoslaum; percussit ad faciem et ad brachium et eundem trusit violenter *moczǫ ssylǫ.*

**10980.** *(12)* Testes — Laurencius de Sdzislauicze ducit testes contra Pacossium de ibidem: Woythconem de Krziszcouicz, Staszconem dictum Wrocz de Lankawa, Jacussium de Czianouicz, Wirzchoslaum de Tranthnouicz, Jurzichonem de Wola, Michalkonem de Geboltow, Laurencium de Donathcouicze, Jacussium de Zemlicze, Petrassium de Stradow, Dominicum de Miroschow, Budconem de Sczepanow, Andream de Sczodrkouicze; — Rota: *Jako wÿedzǫ y sswadczǫ, esz nÿe sswawrzinczowǫ wolǫ anÿ ss yego (wolǫ) kasnǫ poszszono gvmno Pakoschowy tako dobre, yako* XL marcas; terminus ad terminos proximos.


**10981.** *(17) (Cr. IIIa p. 222).* Testes — Spithca relicta Warszonis de Sczeky ducit testes contra Jacussium Probolo de Modlnicza: Bodzantham de Modlnicza, Slawconem de Mloschowa, Andream de Dupp, Miczkonem de Zarzecze, Johannem de Czudzinouicz, Petrassium filium Glaszonis de Luczianouicz; — Rota: *Jako wÿedza y swadcza, esz pani Spitka z othcza dzerszi dzedzinǫ w zastawÿe w Modlniczi, w ÿansz dedzino Iacusz wwyasal sye bez prawa przez penandzi;* terminus ad terminos proximos.

**10982.** *(33) (Cr. IIIa p. 224).* Drobni iudeus de Cracouia cum Pelka de Sczithniki terminum habent ad terminos proximos post diem Purificacionis sancte Marie, terminus curie pro debito iudaico, quod litteris docere potest; Bogutha ministerialis recognouit citasse eundem Pelkam in curia.

**10983.** *(39)* Nota — Dominus Nicolaus generalis notarius terre Cracouiensis ortum suum iacentem ex opposito sancti Jacobi in Kazimiria ciuitate in angulo muri Ciuitatis predicte pro XX marcis latorum grossorum Pragensium Polonicalis numeri XLVIII grossos pro qualibet marca computando cum omni iure vendidit et resignauit Wernconi heredi de Gabani, promittens idem dominus Nicolaus eundem Wernconem ab omni impedimento intercedere. — Idem vero


Wernco obligauit se soluturum decem marcas racione predicti ortus empti ad festum Pascatum, alias si predictas X marcas ad festum predictum non exsoluerit, tunc pretactus dominus Nicolaus ad ipsius dampnum in iudea easdem X marcàs recipere iuxta placitum suum potest, et residuas X marcas ad festum sancti Johannis Baptiste exsoluere debet, et hoc tali condicione et submissione, quod si predictus Wernco X marcas ad diem Pascatum domino Nicolao daret et exsolueret et secundas X marcas ad festum sancti Johannis Baptiste non exsoluerit, tunc primas X marcas ad festum Pascatum datas perdere debebit.

**CCCLVI. Uwaga.** *(2)* (Petrass. Saffranecz heres de Luczicze cum...) — *(3)* Swanthosl. de Adamouicz cum Petrass. Saffranecz de Luczicze term. peremp. post Purific. — *(5)* Episc. Crac. cum Clem. de Donathcouicz term. peremp. — *(6)* Petrass. de Vlina cum Nasthka et Doroth. filia ipsius ibid. term. peremp. ad concord. alias ad idem faciend. — *(7)* Nasthka relicta Staszconis de Vlina cum Jaschc. de Vlina term. peremp. — *(8)* Jaschco Chamecz cum Imramo seniore de Czulicze term. peremp. post Purific. — *(9)* Greg. kmetho de Strogoborzicze cum Imramo seniore de Czulicze term. peremp. post Purific. - (*10*) Swanthosl. de Poramba cum Paschc de Mloschouicz term. peremp. =Concordauerunt.= (z. p.). — *(11)* Smerlin iud. cum Leonardo de Gawlow et Andr. de Karnow term. peremp. post Purific. — *(13)* Petrass. de Zagorzicze iurabit, prout iurare debuit, contra Dobesl. de Wirzbno, term. post Purific. — *(14)* Dobco de Wirzbno cum Sandk. de Gorki term. peremp. post Purific. — *(15)* Smerlin iud. cum Hannus. Verzingi de Garlicza term. peremp. — *(16)* Imram de Nakel cum Jaschc. de Lawschow term. secund. ad coll. pro hered. in Lessnow. — *(18)* Adam de Methnow cum kmethonib. de Benczicz term. peremp. — *(19)* Jacuss. Probolo cum Bodzantha de Modlnicza term. peremp. — *(20)* Jacuss. de Owczari confessus capell. contra Kussielem iud., term. — *(21)* Ossman iud. cum Zuszka relicta Jaszconis de Owczari term. peremp. post Purif. — *(22)* Crist. de Wirzbno cum Jaschc. de Kampi term. peremp. post Purific. -- *(23)* Crist. predict. cum Wilczc. de Zakrzow term. peremp. post Purific. — *(24)* Crist. antedict. cum Dobc. fratre suo term. post Purific. — *(25)* Stanisl. de Modlnicza cum Jacuss. Probolo ibid. term. ad vidend. — *(26)* Machna Marcissy de Methnow cum Budc. et uxore ipsius de Wanczkouicze term. ad vidend. — *(27)* Bodzantha de Modlnicza cum Laur. aduoc. de Wolwram term. secund. pro XIIII^or^ mar. princip. debiti et totid. damp. - *(29)* Staszko de Sekluka scolt. cum Jaschc. de Wirzbno term. peremp. pro XXXIII mar. — *(30)* Jaschco de Wirzbno cum Andr. de Carnow term. peremp. pro XII mar. — *(32)* Swanszko et Wlodko de Kalina cum Adamc. ibid. term. ad vidend.; Lambert. ministerialis deputatur ad vidend. =Wszystkich zapisek z 15 Grudnia w księdze Cr. IIIa 39.=



# KSIĘGA SĄDOWA
# POWIATU CZCHOWSKIEGO

od r. 1399 — do r. 1400.



# LIBER IUDICIALIS
# DISTRICTUS CZCHOVIENSIS

**ab an. 1399 — ad an. 1400.**

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*[Acta in Czchow feria tercia ante festum sancte Elizabeth (d. 18 Novembris 1399). Termini continuantur feria tercia proxima post festum Concepcionis sancte Marie].*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

**10984.** *(1) (Czch. I p. 1).* Werncowa cum domino (Jaskone) Gregorio terminum in duabus ebdomadis. — Item domina Wernkowa cum uxore domini Gregorii terminum in duabus ebdomadis.

*Acta in Czchow feria tercia in crastino Concepcionis sancte Marie (d. 9 Decembris 1399). Termini continuantur feria tercia proxima ante Circumcisionem domini.*

**10985.** *(2)* Woytek de Fascesszowa cum Andrea de llucszlauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum. (z p.).

**10986.** *(3)* Nicolaus de Welepole cum Jacussio de Sadek terminum secundum habent ad terminos proximos pro littera, in qua LX marce continentur.

**10987.** *(4)* Nota – Gregorius de Grocholicze euasit iure dominam Wernconis de Roznow pro X scrophis, pro II½ mensuris farine.

**10988.** *(5)* Andriczka de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**10989.** *(6)* Iuramentum — Beata Gregory de Grocholicze duo iuramenta faciet contra dominam Wernconis de Roznow: unum pro X scrophis, et secundum pro II½ mensuris farine, quod non recepit in tenuta ipsius domine Wernconis; terminus ad terminos proximos. =Dimissa.= (z. p.).

**10990.** *(7)* Andriczka de Luczslauicze cum Gnewossio de Konczіska terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**10991.** *(8)* Margaretha virgo de Janouicze cum Kiliano de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro VI wlneribus: duobus liuidis et quatuor apertis; tribus in facie apertis et uno liuido.

**10992.** *(9)* Miczso kmetho de Zagolоsсzа cum Francone kmetone de Trambky terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum pro quinque maxillacionibus.

*Acta in Czchow feria tercia proxima ante Circumcisionem domini (d. 30 Decembris 1399). Termini continuantur in crastino octaue Epiphanie domini feria quarta.*

**10993.** *(10)* Nicolaus de Welopole cum Jacusssio de Sadek terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**10994.** *(11)* Andriczka de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem et Gnewossio de Konczisko terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum. (z. p.).

**10995.** *(12) (Czch. I p. 2).* Woytek de Fascesszowa cum Andrziczka de (ibidem) Luczslauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos, et cum kmethone W.

**10996.** *(13)* Ad interrogandum — Swanszco de Chronow cum Slawomiro de Belsko terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad interrogandum pro wlneribus nocturno tempore in hereditate illatis et spolio violenter facto. (z. p.).

**10997.** *(14)* Ca[us] – Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Jaschonem de Wroblouicze actorem, terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**10998.** *(15)* Ad interrogandum — Margaretha filia (Bogussii) Falibok de Janouicze cum Kiliano de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad interrogandum, quis ipsorum super wlneribus debet docere et qualiter, utrum ipse Kilianus, qui dicit dedisse wlnera ex inicio dicte Margarethe, an non.

**10999.** *(16)* Ca[us] — Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Gregorium de ibidem actorem; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11000.** *(17)* Nota — Andriczka de Luczslauicze obligauit se Nicolao camerario I marcam ad terminos proximos [soluturum], alias duas marcas tenebitur eidem, quas soluere se obligauit ad terminos secundos; quod si non soluerit, extunc omne dampnum, si quod habuerit, in ipsum Andriczkam redundabit. = Compleuit. = (z. p.).

**11001.** *(18)* Nota — (Micszo kmeto de Zagoloscza) actor et Franczko kmeto de Trambky reus in termino peremptorio non conparuerunt, pronunciantur contumaces, pro quinque maxillacionibus. = Iudicium presidens indulsit. =

*Acta iu Czchow in crastino octave Epiphanie domini feria quarta (d. 14 Januarii 1400). Termini continuantur feria tercia proxima post Conuersionem sancti Pauli apostoli.*

**11002.** *(19)* Anna Nicolai uxor de Porambka cum Jaschone fratre suo de Janouicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro parte hereditatis ibidem in Janouicze (z. p.).

**11003.** *(20)* Andreas Zyla de Luczslauicze cum Stanislao Czrzop dicto de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro violencia seu wlneracione ipsius famuli et pro rethe, dampni trium marcarum.

**11004.** *(21)* Ad interrogandum — Swansz de Chronow cum Slawomiro de Belsco terminum peremptorium habent ad terminos proximos post colloquium proximum ad interrogandum pro iurisdicione. (z. p.)

**11005.** *(22)* Wernco de Roznow cum Paschone de Doluszicz terminum secundum habent ad terminos proximos pro tribus marcis et nouem scotis.

**11006.** *(23) (Czch. I p. 3).* Clemens de Druszcow cum Kiliano de Janouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro.. X marcis vadii fideiussorie ad concordandum.

**11007.** *(24)* Margaretha filia Falibogi cum Kiliano de Janouicze terminum peremptorium ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11008.** *(25)* Woytek de Phascesszowa constituet Nicolaum kmethonem suum de Fascesszowa contra Andriczkam de Luczslauicze super quinque wlneribus sanguineis violenter nocturno tempore illatis. (z. p.).

**11009.** *(26)* [T e s t e s] — Andriczka de Luczslauicze ducit testes contra Woytkonem de Phascesszowa: Staszco Czrzop de Luczslauicze, Gregorius de Wnyesszow, Przeczslaus de Cyanouicze, Kilianus de Wilphin, Jacussius de Woyslauicze, Slawomir de Belsco; — R o t a: *Jako wemi, ezh czso Andriczka Woytkowi panncz ran dal, to vczinil za yego poczantkem, bo mu trzÿ ranÿ naprzvod zadal*; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11010.** *(27)* N o t a — Petrassius de Wroczimirowa redemit et liberauit (laneum agri) partem hereditatis ipsum paternaliter concernentem cum ipsius pertinenciis ibidem in Wroczimirowa apud Wenceslaum dictum Dubeÿeuÿa(s) de Witouicze, quem laneum et ipsius pertinencias ipse Wenceslaus apud Wichnam, filiam Petri de Jacubcouicze, emerat cum effectu [pro] duodecim marcis: VI marcis in grossis et VI in quartensibus, de quibus iam idem Petrassius eidem Wenceslao soluit VI marcas in quartensibus et sex in grossis soluere debebit sibi [in festo] sancte Lucie nunc proxime venturo in domo plebani in C z c h o w; quod si non solueret, extunc VI marcas, quas iam soluit, totaliter amittet. — Item cum et quando idem Petrassius soluet dicto Wenceslao VI marcas grossorum residuas, extunc Wenceslaus predictus litteram super eadem vendicione in personam ipsius Wenceslai confectam restituere tenebitur et debebit; quod si idem Wenceslaus litteram dictam non restituerit Petrassio antedicto, extunc dictam partem hereditatis in Wroczimirowa absque omni solucione sex marcarum resignare debebit et condescendere de eadem. — (l. s.; — pro Wenceslao solutum est.)

**11011.** *(28)* Andriczka de Luczslauicze cum Gregorio et Gnewossio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel idem faciendum. (z. p.).

**11012.** *(29)* Gregorius de Wroblouicze cum Laurencio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11013.** *(30) (Czch. I p. 4).* Jaschco de Wroczimirowicze cum Laurencio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Circumcisionem ad concordandum uel ad idem faciendum pro omnibus causis.

**11014.** *(31)* A d c o l l o q u i u m — Nicolaus de Zabelcze cum Jacussio dicto Clamp de Sadek terminum peremptorium habent ad colloquium proximum.

*Acta in Czchow feria tercia proxima post diem Conuersionis sancti Pauli apostoli (d. 27 Januarii 1400). Termini continuantur in tribus septimanis in crastino octaue Purificacionis.*

**11015.** *(32)* C a[us] — Kilianus de Janouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Margaretham virginem, filiam Falibogi; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11016.** *(33)* C a[us] — Kilianus de Janouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Clementem de Druszcow, terminus ad terminos proximos.

**11017.** *(34)* Hanca uxor Nicolai de Porambka cum Jaschone de Janouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11018.** *(35)* P e n a — Johannes kmetho de Doluschicz penam iudicio VI scotorum, quia terminum pro parte Paschconis de Dolusszicz contra Wernconem terminum (s) disponebat. (z. p.).

**11019.** *(36)* C a[us] — Pascho de Dolusszicz confessus est Jacussio de Olchowa plebano in vigilia terminorum contra Wernconem de Roznow, terminus ad terminos proximos.

**11020.** *(37)* I u r a m e n t u m — Andreas Zila de Luczslauicze iuramentum debet facere contra Staszconem Czrzop dictum de ibidem pro uno rethe wlgariter dicto *Wanczÿerz*, dampni

exinde tres marce; terminus ad terminos proximos. — Item iidem et pro aliis causis terminum habent ad concordandum uel ad idem faciendum ad terminos proximos. (z. p.).

**11021.** *(38)* Pena — Andriczka de Luczslauicze penas Woytkoni de Fascesszowa XV et iudicio XV pro eo, quod kmethonem ipsius spoliauit, prout Woytko suo iuramento affirmauit. =Dominus Jacussius capitaneus Becensis, Michael iudex, Dobco subiudex indulserunt.= (z. p.).

**11022.** *(39)* Pena — Andriczka de Luczslauicze obligauit se eidem Woythconi tres marcas racione pene XV ad terminos proximos infra tres septimanas soluturum iuxta terre consuetudinem. (z. p.).

**11023.** *(40)* Pena-Tenetur — Woytko de Phaszcesszowa penas Andriczce de Luczslauicze VI scotorum et iudicio VI scotorum pro indebita querulacione. (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia post Circumdederunt me (d. 17 Februarii 1400). Termini continuantur feria tercia post Inuocauit.*

**11024.** *(41) (Czch. I p. 5).* Nota — Veniens Jachna uxor Jaroslai de Lossoszino confessa est eidem Jaroslao marito suo terciam partem dotis sue rerum omnium mobilium, videlicet pecuniarum et hereditatum, ipsam iure matrimonii concernentem resignasse. — (l. s.).

**11025.** *(42)* Andreas de Michalczowa cum Andrea de Czrzewlin terminum secundum habent ad terminos proximos pro equo valoris VIII marcarum.

**11026.** *(43)* Nota — Jaroslaus de Lossossina et vxor ipsius legitima Jachna confessi sunt Clementi dicto Lanÿa de Belsco XX marcas grossorum capitalis et quatuor communis pecunie monete Cracouiensis census eorundem super festum sancti Thome apostoli nunc proxime venturum, quod si non facerent, dictas XX marcas grossorum et quatuor marcas census quartalium non soluendo, extunc XL marcas grossorum Pragensium eidem tenebuntur cum effectu, quas soluere promittunt ad festum Christi Natiuitatis, tunc proxime sequenti, quod si non soluerint, tunc omne dampnum, quodquod habuerit predictus Clemens, totum in ipsos Jaroslaum et uxorem eius Jachnam redundabit. — Presentibus Werncone de Roznow, Nicolao de Lancawa, Clemente de Druszcow, Andrea de Luczslauicze, Thomcone de Trzeczyessz et Andrea de Michalczowa. — (soluit V grossos; — l. s.).

**11027.** *(44)* Nota — Stanislaus de Kanthy Swantochne uxori sue legitime XII marcas grossorum Pragensium racione dotis et dotalicii in parte sue hereditatis ibidem in Kanty assignauit. — (l. s.; — soluit II grossos).

**11028.** *(45)* Margaretha uxor Wernconis de Roznow cum Maceÿ Surewo dicto, de Sedliska molendinatore, terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro sex marcis dampni facti in molendino.

**11029.** *(46)* Hanca Nicolai de Porambka cum Jaschcone de Janouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**11030.** *(47)* Andreas de Luczslauicze Zila cum Staszcone Czrzop de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11031.** *(48)* Nicolaus de Jassÿona confessus est a [quod ?] Petrassio de ibidem condescendit de parte hereditatis in Sandzissouicze cum omnibus utilitatibus, recipiens XXX marcas grossorum Pragensium ab eodem Petrassio, vadia que arbitris erant narrata, omnibus causis, controuersiis et inscripcionibus amodo inter ipsos vertentibus extinctis. (z. p.).

**11032.** *(49) (Czch. I p. 6).* Nota — Venientes Nicolaus et Petrassius, filii Clementis, heredes de Jassyona commutacionem et diuisionem (in, de et super omnibus hereditatibus), et parcium hereditatum, quas habent in Sandzisszouicze et in Jassyona, sunt confessi, videlicet, quod ipse Nicolaus medietatem partis hereditatis in Sandzisszouicze, XXX marcis ab eodem Petrassio receptis, condescendit. Item thabernam in Jassiona ipse Nicolaus obtinebit, in qua homines ipsius Petrassÿ debebunt potare, molendinum autem ibidem in Jassyona ipse Petrassius

possidebit, in quo homines ipsius Nicolai debebunt m lare, in qua villa Nicolaus (thabernam) molendinum et Petrassius (molendinum) thabernam, nec ipsi, nec successores ipsorum legitimi non edificabunt. — (Petrassius soluit quatuor grossos; — l. s.).

**11033.** *(50)* Andriczka de Luczslauicze cum Woytkone de Fascesszowa terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Letare ad concordandum uel ad idem faciendum. (z. p.).

**11034.** *(51)* Andriczka predictus soluat tres [scotos] ad terminos proximos post Letare Woytkoni et Woytko sex scotos Andriczcze iuxta primam inscripcionem. (z. p.).

**11035.** *(52)* Petrassius Clementis de Jassyona confessus est partem hereditatis sue in Sandzisszouicze cum omnibus utilitatibus, pertinenciis, quas liberauerat cum XXX marcis a Nicolao de Jassyona, patruo suo Thomconi de Trzeczessz pro.... (z. p.).

**11036.** *(53)* Nota — Venientes Thomco de Trzeczyessz et Petrassius Clementis de Jassyona commutacionem suarum hereditatum cum ipsarum pertinenciis, videlicet ipse Petrassius parte hereditatis sue in Sandzissouiccze et Thomco uno laneo in Robcow in districtu Sandecensi perpetuam recognouerunt fecisse, et cum hoc idem Thomco superaddidit eidem Petrassio LXX marcas grossorum; presentibus Kiliano de Willfin. — (l. s.; — soluit quatuor grossos).

**11037.** *(54)* Pena — Kilianus de Janouicze contumax cum capellano contra Clementem de Druszcow pro contentis in libro.

**11038.** *(55)* Pena — Pascho de Dolusszicze contumax cum capellano contra Wernconem de Roznow pro tribus marcis et IX scotis. = Camerarii iudicio presidentes indulserunt. = (z. p).

**11039.** *(56)* Pena — Kilianus de Janouicze contumax in termino peremptorio contra Margaretham filiam Falibogi de ibidem pro quatuor wlneribus apertis et duobus liuidis. (z. p.).

**11040.** *(57)* Pena — Kilianus de Janouicze actor contumax in termino curie contra Nicolaum camerarium, pro quo ipsum citauerat. (z. p.).

**11041.** *(58) (Czch. I p. 7).* Ad colloquium — In causa Thomconis de Trzeczyessz et Stanislai Baran de Wroblouicze pro vituperio milicie Thomco dixit: tu es non nobilis, sed ignobilis; Stanislaus dixit: sum quod sum, sed non strepa; et postea negauit, quod dixisset. Thomco recepit ad camerarios ad corulum, qui confessus est, quod dixit Stanislaus: sum quod sum, sed non strepa; terminus ad interrogandum ad colloquium proximum.

**11042.** *(59)* Nota — Wernco de Roznow Woytkoni de Jaroslauicze promittit et obligatur, cum et quando continget partem (uxoris ipsius) hereditatis in Scitkni, in districtu Wisliciensi site, ad uxorem ipsius Clichnam cedere, eandem partem propriis pecuniis liberare et exbrigare, racione ipsius Woytkonis seruiciorum, seu pueris ipsorum Woytkonis et Clichne, nulla condicione euadendo.

### *Acta in Czchow feria tercia post Inuocauit (d. 9 Marcii 1400). Termini continuantur feria tercia post Oculi mei semper* [1]).

**11043.** *(60)* Item Andreas Crzewlinsky habet terminum cum domino Andrea Michalczowski, quod non comparuit iudicio, quia mayus [negocium] habebat Cracouie, et infra duas septimanas habebit terminum.

**11044.** *(61)* Jaroslaus de Lossossina subscribo me dedisse domino Wernconi mediam decimam marcam Polonicalis numeri terrerene currentis; si tamen non darem ad festum sancti Nicolai proxime affuturum, tandem prefatus Wernko potest recipere istas IX½ marcas ad iudeos uel ad cristianos, et hoc ad dampnum Jaroslai heredis de Lossossina.

---

[1]) Zapiski z 9 i 23 Marca wciągnięte do księgi zostały odmienną ręką, snadź bardzo niewprawnego pisarza, jak to okazuje się nietylko ze kształtu liter, ale jeszcze o wiele wyraźniej z niedołężnej i zagmatwanej zapisek tych aktykacyi.

**11045.** *(62)* Andreas de Luczslauicze cum Stanislao ibidem de Luczclauicze terminum infra duas septimanas, cum sacerdote habet perhybere testimonium.

**11046.** *(63)* Hanka de Porębka cum marito suo Nicolao contulit rem suam domino Clementi de Druszkow, et habent terminum cum Johanne infra duas septimanas de Janouicze. (z. p).

**11047.** *(64)* Petrassius de Tworkow cum domino Hota de ibidem de Tworkow terminum infra duas septimanas habent. (z. p.).

**11048.** *(65)* Venientes coram nobis nostro in iudicio Cracouiensis diocesis generali dominus Hota heres de Tworkow iste conpromittit pro suo *prawiczno*, nomine Przeclao, duos laneos in Przedancza, in quibus habebit II marcas census cum omni iure, proposuit in octo marcis Pragensium grossorum Polonicalis numeri, computando pro qualibet marca quadraginta octo grossos, et si isti duo lanei non exemerentur ad festum sancti Nicolai, tandem ad tercium laneum se intromittere debet, eciam quem eligeret, in quo posset habere censum unius marce cum omni iure. Jasko heres de Philipouicze in eisdem pecuniis [pro]...... de Tworkowa fideiussit. — (l. s.; — soluit III grossos; due littere).

**11049.** *(66) (Czch. 1 p. 8).* Dum prephatus Przeclaus conpromisit suo *[prawiczno]* domino Hote, heredi de Tworkow, ut eundem dampnum eidem Przeclao tenebitur persoluere, et una et eadem forma fieri debet; Przeczslaus autem promittit ipsum Otham de premissis exbrigare sub dampno, quod haberet.

*Actum in Czchow iudicium feria tercia proxima post Oculi sub anno domini M°CCC° Quadringentesimo (s) (d. 23 Martii 1400).*

**11050.** *(67)* (Albertus) Andreas Crzewlinsky ad concordandum receperunt inducias cum alio Andrea de Wiczdzicz, infra duas septimanas terminum habent *na wecze* Cracouie.

**11051.** *(68)* Stanislaus Crop confessus est plebano suo et idem plebanus confessus est suo vicario, habent terminum. (z. p).

**11052.** *(69)* Domina Werncowa citauit molendinatorem Mathiam, diiudicatum est (cum domino de Bobowa), terminum habent in duas septimanas.

**11053.** *(70)* Jaszko de Janouicze ad respondendum Cracouie cum sorore sua sic dicta Hanka et habent terminum Cracouie. (z. p.).

**11054.** *(71)* Item Andreas de Trębky tenetur domino Wernconi mediam quartam marcam et insuper promisit sibi metere undecim capecia et ante festum sancti Nicolai promisit sibi soluere infra duas septimanas, et si prephatas pecunias non soluerit, extunc ad suum dampnum recipiet. (z. p.).

**11055.** *(72)* (Dobeslaus subiudex) Kylianus tenetur domino Dobeslao subiudici mediam marcam, et si non soluerit ad festum sancti Stanislai proxime affuturum, tunc soluere debet 3es marcas.

**11056.** *(73)* Petrus de Druszkow cum domino Hota ad concordandum infra duas septimanas habent terminum. (z. p.).

**11057.** *(74)* Item domina Falibogi ad concordandum cum Kyliano inducias receperunt post conductum Pasche.

**11058.** *(75)* Gregorius de Opatkouicze citauit pro filio suo, quia est interfectus, et dedit suum vigorem Andree, et idem Andreas debet agere cum Gaulo herede de Benkouiczc.

**11059.** *(76)* Jascko heres de Wroblouicze conquestus est et citauit Laurencium heredem ibidem de Wroblouicze; dixit: volo videre preconem, qui vidit wlnera filii tui et mortuum filium; et sic negauit per suum prolocutorem.

**11060.** *(77)* Stanislaus Crzop de Luczlauicze fratrem suum citauit Gregorium ibidem de Luczslauicz pro XXX marcis fideiussorie et habent secundum terminum.

**11061.** *(78)* (Noverint universi, quod Spitko exemit) Veniens Elizabet sane mentis (s) necnon corpore ad iudicium et tradidit marito suo Spitkoni pecuniam suam, recognouit in iudicio, quod Spitko suis pecuniis, latis grossis, XXXX et duabus marcis et (id) exemit mediam villam sic dictam Wÿtow, presentibus testibus: Andreas Crzewlinsky, dominus Chebda, dominus Mroczko de Scroszina, Thomas de Trzeczessez, Jasko de Sandziszouicze, Andreas de Michalczowa.

**11062.** *(79) (Czch. I p. 9).* Pena — Veniens Andreas coram nobis conquestus super (Gauel heredem) generum Johannem Gauel; et ibidem preueni cum precone gladium, capucium, mytram, securem, et taxa istorum fit una marca, et quatuor aperta wlnera et iudicio *pincznadzeszcza* et Andree eciam *pincznadzeszcza* tenetur.

**11063.** *(80)* Pena — Andreas Michaleczky tenetur fertonem et infra duas septimanas si non soluerit, tenebitur penam. (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia post Dominicam Iudica me Deus (d. 6 Aprilis 1400). Termini continuantur feria tercia proxima post dominicam Quasimodogeniti.*

**11064.** *(81)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11065.** *(82)* Ca$^{us}$ — Mathias molendinator de Sedlisca alias de Brusznik confessus est Johanni vicario de Sedlisca die terminorum contra dominam Wernconis de Roznow, terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11066.** *(83)* Pena — Jacobus Szpak et familia ipsius de Chronow contumax contra Stanislaum Szawa dictum de ibidem (terminum) in termino primo pro wlneribus quinque apertis, pueris ipsius Stanislai illatis. (z. p.).

**11067.** *(84)* Pena — Johanes gener Gauli de Bencouicze contumax in termino concitato contra Gregorium de Opathcouicze pro capite filii sui Jaschonis, Maszopust confessus est concitacionem.

**11068.** *(85)* Nota — Veniens Helizabeth, relicta Andree dicti Czeczul de Witouicze condam heredis, partem hereditatis ibidem in Witouicze ipsius Andree, in qua parte hereditatis Andreas predicte Elizabet uxori sue racione dotis XXX marcas assignauit, Morzkoni, de Witouicze in octo marcis obligauit. Quamquidem hereditatis partem idem Morzko debet tenere tamdiu, donec (per propinquum) per successorem ipsius Andree legitimum fuerit liberata; Morzko tenetur memoriale.

*Acta feria 3ª post Quasimodogeniti [in Czchow] (d. 27 Aprilis 1400). Termini continuantur per 3$^{es}$ septimanas.*

**11069.** *(86)* Staszek et Gregorius heredes et actores de Luczslauicze habent terminum ad terminum terminorum proximorum. (z. p).

**11070.** *(87)* Domina Vernconissa cum molendinatore terminum habent peremptorium ad terminum [terminorum] proximorum.

**11071.** *(88) (Czch. I p. 10).* Kilianus heres de Janouicze cum domina Phalibogowa de ibidem terminum habent peremptorium ad terminum terminorum proximorum.

**11072.** *(89)* Gregorius heres in Grocholicze cum domina Wernconissa terminum habent peremptorium ad terminum terminorum proximorum, quem citauit pro kmethone interfecto, quem idem Gregorius interfecit, et idem XXXII wlnera intulit.

**11073.** *(90)* Wernconissa de Roznow cum domina Beata terminum habent peremptorium ad terminum terminorum proximorum, quod predicta Beata suos [familiares] emisit ad viam, et eius kmetonem exspoliarunt violenter et eidem palium receperunt et tria wlnera intulerunt.

*Acta in Czchow feria terciu post octauas sancti Stanislai in Mayo (d. 18 Maii 1400). Termini continuantur per IIas septimanas.*

**11074.** *(91)* Ad colloquium-Nota — Jascho de Bencouicze cum Laurencio de Wroblouicze terminum peremptorium habent ad colloquium proximum pro capite in Cracouia.

**11075.** *(92)* Nota — Andreas de Janouicze hereditati Medzwÿedza Jaschconi de Domaslauicze condescendit cum eodem iure, prout sibi per Petrassium de Falissouicze in centum marcis grossorum fuit obligata, a festo Christi Natiuitatis proxime nunc venturo tenendum ad aliud festum Christi Natiuitatis possidendum in centum marcis, eciam in eisdem C marcis obligandum tamdiu, quousque per proximiores ipsius Petrassy fuerit liberata et exsoluta, promittens idem Andreas pro omni dampno et impedimento. — (l. s.; — soluit III [grossos]).

**11076.** *(93)* Andriczka de Luczslauicze cum Jacussio de Fascesszowa terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro XX marcis vadii, terminus curie. (z p.).

**11077.** *(94)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11078.** *(95)* Margaretha Wernconis de Roznow cum Stanislao terminum secundum habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11079.** *(96)* Andreas, Raphael et Femka pueri Roznonis cum Stanislao de Bobowa terminum secundum habent ad terminos proximos pro CC marcis capitalibus et CCCC marcis dampni.

**11080.** *(97) (Czch. I p. 11).* Constitucio — Mathias molendinator de Sedliska constituet Stanislaum de Bobowa contra dominam Margaretham de Roznow super eo, quod non deberet alias, nisi coram eo in hereditate, respondere; terminus ad terminos proximos

**11081.** *(98)* Caus — Clemens actor de Druszcow confessus est Martino plebano de Gnoynik in vigilia terminorum contra Kilianum de Janouicze, qui Clemens iacet in Pÿassek ante Cracouiam, terminus ad terminos proximos

**11082.** *(99)* Pena — Phalibogowa de Janouicze penas Kiliano de ibidem XV (et iudicio XV) pro eo, quod census apud kmethonem et thabernatorem ipsius Kiliani interdixerat absque iure. =Dominus Jacussius capitaneus Becensis indulsit.= (z. p.)

**11083.** *(100)* Visio — Kilianus de Janouicze cum Phalibogowa de ibidem terminum habent ad videndum pro duobus palis wlgariter *przitkÿ*, dampni exinde XII marce, terminus curie ad terminos proximos.

**11084.** *(101)* Kilianus de Janouicze cum Phalibogowa de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod dixit ipsum (inprobum) non esse bonum; terminus curie.

**11085.** *(102)* Nota — Andreas Gorcziczka dictus de Luczslauicze fideiussit Kiliano de Janouicze pro Smichna sub in pingnoracione sex boum, alias dampnum, si quod idem Kilianus habuerit, in ipsum Andream redundabit. =Compleuit, ut se obligauerat.= (z. p.).

**11086.** *(103)* Nota — Smichna Phalibogowa ipsum Andream de eadem fideiussoria obligauit se exbrigare infra dictum tempus trium septimanarum, alias eidem Andree obligabit partem sue hereditatis in Zamosczani in tribus marcis, et eandem assignabit cum effectu.

**11087.** *(104)* Pena — Kilianus de Janouicze penas (Andriczcze de Luczslauicze XV) et iudicio XV pro eo, quod dixit sibi: quiscunque hoc dicit, non dicit verum. =Soluit eidem Andriczce.= (z. p.).

**11088.** *(105)* Nota — Kilianus de Janouicze conparebit ad diffiniendum causam, quam habet cum Margaretha virgine (Boguphaelis) Phaliboguelis de ibidem, de et super wlneribus, quas eadem Margaretha in eodem Kiliano iure aquisiuit, alias si non conparebit, tunc ipsa

Margaretha intromittendi se in omnia bona hereditaria, ubi que habuerit, habebit facultatem; terminus ad terminos proximos.

*Acta in Becz feria tercia infra octauas Ascensionis domini (d. 1 Junii 1400), termini continuantur feria tercia proxima post Trinitatis.*

**11089.** *(106) (Czch. I p. 12).* Ca[us] — Stanislaus vicarius de Gnoynik confessor Clementis de Druszcow. confessus est Martino plebano de Gnoynik, die terminorum contra Kilianum de Janouicze, terminus ad terminos proximos.

**11090.** *(107)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p ).

**11091.** *(108)* Andreas, Raphael et Femca, pueri Roznonis, cum Stanislao de Bobowa terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**11092.** *(109)* Margaretha uxor Wernconis de Roznow cum Mathia molendinatore de Sedlisca terminum secundum habent ad terminos proximos; Mathias idem constituet dominum suum, Stanislaum de Bobowa

**11093.** *(110)* Testes — Testes Andriczcze de Luczslauicze contra Jacussium de Fasczesszowa: Stanislaus de Janouicze qui interfuit et arbiter, Jacussius de Belsco, Nicolaus de ibidem, Warcislaus de Olsszowa, Stephanus de Wnyesszowa, Petrassius Wlostonis de Buchczicze; — [Rota]: *Jacosm bil pritem ÿ iednal, gdze Jacuss ranczil zaclad XX grziwen Andrzeowi o copǫ;* alii in testimonium; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11094.** *(111)* Andreas de Luczslauicze cum Hedwige Marcissy de Chronow terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad interrogandum.

**11095.** *(112)* Remissio — Gregorius de Surowa cum Nicolao de Zabelcze camerario terminum peremptorium habent coram dominis in Cracouia quarta die post ingressum domini Regis in Cracouia.

**11096.** *(113)* Item Beata uxor eiusdem Gregory cum eodem Nicolao, similis terminus coram dominis in Cracouia quarta die post ingressum domini Regis in Cracouia.

**11097.** *(114)* Nota — Andreas de Druszcow Margarethe uxori sue XXX marcas dotis et XXX marcas dotalicii in partibus hereditatum suarum, quas habet in Druszcow, et in Lucanowicze et eciam vbicunque nunc habet uel habebit in posterum, ordinauit et assignauit.

**11098.** *(115) (Czch. I p. 13).* Heli[zabeth uxor Paschconi]s de Dolusszicze penas LXX [Regalem, Wern]coni XV et iudicio XV pro eo, quod non dedit pignora et contumax pro eo. =[Camerarii iudicio] presidentes indulserunt.= (z. p.).

**11099.** *(116)* Pena — Pascho de Dolusszicz contumax in termino *pewesczoni* et inpignoracionis contra Wernconem de Roznow pro tribus marcis et IX scotis. =Camerarii iudicio presidentes indulserunt.= (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia post Trinitatis (d. 15 Junii 1400). Termini continuantur feria tercia post diem sancti Johannis Baptiste.*

**11100.** *(117)* Margaretha Wernconis de Roznow cum Mathia molendinatore de Sedlisca terminum peremptorium habent ad terminos proximos post Michaelis cum eo iure, quod idem Mathias dominum suum constituet.

**11101.** *(118)* Ad colloquium — Pueri Roznonis de Roznow cum Stanislao de Bobowa terminum peremptorium habent ad colloquium proximum.

**11102.** *(119)* Testes — Andriczka de Luczslauicze cum testibus contra Jacussium de Fascesszowa conparebit; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11103.** *(120)* Pena — Heduigis Marcissÿ de Chronow penas Andree de Luczslauicze XV et iudicio XV ac LXX regalem, quia repercussit pignora. (z. p.).

**11104.** *(121)* P e n a — Item Nicolao nepoti Andree duo wlnera: unum apertum et aliud liuidum, marcam cum fertone pro eisdem wlneribus.

**11105.** *(122)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Gregorio de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum. (z. p.).

**11106.** *(123)* P e n a — Heduigis Marcissy de Chronow penas Andree de Luczslauicze XV, (iudicio XV ac LXX Regalem) pro eo, quod de iudicio recessit non fideiubens eidem Andree XV et duo wlnera Nicolai nepotis ipsius: unum apertum et aliud liuidum. (z. p.).

**11107.** *(124)* P e n a — (Clemens de Druszcow) et Kilianus de Janouicz ambo contumaces. =Camerarii in iudicio sedentes indulserunt.= (z. p.).

*Acta in C z c h o w [feria tercia ipso die] beatorum Petri et Pauli apostolorum (d. 29 Junii 1400). Termini continuantur feria secunda in vigilia sancte Margarethe virginis gloriose.*

**11108.** *(125) (Czch. I p. 14).* Jascho de Phillipowicze cum Stanislao Czrzop de Luczslauicze terminum habent peremptorium ad terminos proximos pro tribus wlneribus violenter kmethoni suo incussis. (z. p.).

**11109.** *(126)* Andriczka de Luczslauicze cum Jaschone de Phillipouicz terminum habent peremptorium ad terminos proximos pro eo, quod Jascho alias soluciones nouas adinuenit seu constituit super eius kmethones, que a XXX annis non fuerunt, in nauigio. (z. p.).

**11110.** *(127)* Andriczka de Luczslauicze cum Clemente de Drusszcow terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod alium docuit in iudicio, dicens: tange ad caput.

**11111.** *(128)* Andriczka de Luczslauicze cum Falibogowa de Janouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro tribus marcis, pro quibus se eidem obligauit et soluere assignauit.

**11112.** *(129)* N o t a — Diuisio inter Nicolaum et Petrassium, heredes de Jassyona, est taliter facta, non tangendo diuisiones priores et antiquas, quod Petrassius debebit construere thabernam circa salicem inferius thaberne Nicolai, thaberna Nicolai inviolata permanente. Item kmethones ipsius Nicolai debent esse liberi in molendino Petrassii et possunt molare, ubi possunt et volunt; item in eisdem t h a b e r n i s i u d i c i a: unum in duabus septimanis in thaberna Nicolai et secundum in aliis duabus septimanis in thaberna Petrassy debebunt pertractari, penas autem in eisdem iudiciis quisque incurrerit, si kmetho Nicolai, eidem Nicolao soluat, et si kmetho Petrassii, eidem Petrassio soluat. Si autem aliquis aduena aut hospes penam incurrerit, penam eandem diuidere tenebuntur; viceaduocatum vero, qui dicitur *lanthwoÿt* Nicolaus per unum annum constituat, et Petrassius per alium annum; iuratorum quoque pars de parte hereditatis Jassyona Nicolai et pars de parte Petrassy tenebitur residere; omnesque controuersie inter ipsos vertentes pro quibuscunque causis rebus magnis et paruis, excepta causa hereditatis Sandzisszouicze, totaliter debent extingwi et extinguntur; domina itaque Helena uxor Nicolai debet conparere coram iudicio terrestri et consentire ad diuisionem predictam, et pars utraque iudicio satisfacere tenetur. — (l. s.; — soluit.. grossos; soluet unum grossum pro littera).

*Acta in C z c h o w feria secunda in vigilia sancte Margarethe virginis (d. 12 Julii 1400). Termini continuantur feria tercia post festum sancti Jacobi apostoli gloriosi.*

**11113.** *(130) (Czch. I p. 15).* P e n a — Elena de Drusszcow penas Andriczce XV et iudicio XV pro eo, quod idem Clemens informans alium dixit: percutte in caput. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**11114.** *(131)* C a^us — Kilianus de Janouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Clementem de Drusszcow, terminus ad terminos proximos.

**11115.** *(132)* C a ^us^ — Kilianus de Janouicze confessus est (Clementi de Druszcow) vicario de Opathcouicze die terminorum contra relictam Falibogonis de Janouicze; terminus ad terminos per terminos.

**11116.** *(133)* P e n a — Smichna relicta Falibogy de Janouicze penas Andricze XV et iudicio XV pro eo, quod id, quod fideiussit, non adimpleuit. =Camerarii iudicio presidentes pepercerunt.= (z. p.).

**11117.** *(134)* N o t a — Jascho de Phillipouicze euasit iure Andriczkam pro nawigio.

**11118.** *(135)* P e n a — Smichna relicta Falibogy penas Andriczcze XV et iudicio XV ac LXX regalem pro eo, quod sibi penam XV iudicio presidenti non fideiussit, nec ordinauit. =Camerarii iudicio presidentes pepercerunt.= (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia post diem sancti Jacobi apostoli (d. 27 Julii 1400). Termini continuantur in vigilia sancti Laurencii feria secunda.*

**11119.** *(136)* P e n a — Petrus kmetho de Lazi penam VI scotorum pro eo, quod terminum pro Gaulo kmethone de Lazi dicto Crampecz contra Andream burgrabium de Melsteyn cum gladio disposuit. (z. p.).

**11120.** *(137)* C a ^us^ — Paulus kmetho de Lazi dictus Crampecz confessus est Petro plebano de Brzesznicza die terminorum contra Andream Burgrabium de Melstin; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11121.** *(138)* P e n a — Pascho filius Galli de Bencouicze penas Andriczcze de Luczslauicze XV (et iudicio XV) pro eo, quod ipsum Gallum patrem suum sibillando informauit et noluit recipere per corulum. =Tenetur subcamerario fertonem, pars dominorum iudicis et subiudicis est indulsa.= (z. p).

**11122.** *(139)* (Idem Pascho VI scotos eidem Andriczcze et iudicio VI pro recepcione. . . .)

**11123.** *(140) (Czch. I p. 16).* Niclos de Czchow penam Gallo de Bencouice VI scotos (et iudicio VI scotos) pro eo, quod ipsum sine littera citauit. =Iudicium presidens indulsit.= (z. p.).

**11124.** *(141)* N o t a — Nicolaus de Czchow iure aquisiuit mediam marcam capitalis pecunie racione equi aput ipsum Nicolaum empti et mediam marcam dampni ex eo, quod nolluit respondere.

**11125.** *(142)* A d i n t e r r o g a n d u m — Gallus de Bencouicze cum Andriczcza de Luczslauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro XXX quercubus glandiferis ad interrogandum super eo, quod nollens respondere per priuilegium regis, solus citauit. (z. p.).

**11126.** *(143)* A d i n t e r r o g a n d u m — Item idem Gallus cum eodem Andriczcza pro XX marcis dampni racione eo, quod sciens ius suum citauit ad iudicium terrestre; terminus ad terminos proximos ad interrogandum. (z. p.).

**11127.** *(144)* T e s t e s — Andriczka de Luczslauicze ducit testes contra Clementem de Druszcow super eo, quod sibi de pera quatuor marcas latorum grossorum recepit et duos grossos: Woyssza de Janouicze, Gregorius de Wnyesszowa, Pascho de Byrowca, Jacussius de Belsco, Jacussius de Czelustczina, Miczko Sobothca de Crayouicz; — [R o t a]; *Jako wemi ÿsswathczimi, ez Climont wzal Andriczcze cztirzi grziwni ÿ dwa grossza (w ssziroke) grosszy sszyrokich s ÿego toboli;* terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11128.** *(145)* Pascho de Bencouicze cum Laurencio de Wroblouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod veniens cum famulo bono, sicut solus est, nocturno tempore violenter ad domum ipsius fecit dampnum LX marcarum; item pro eo, quod occidit ipsius iumentum; item pro eo, quod wlnerauit equum ipsius et ex eo est nullius valoris; item pro eo, quod cum familia sua porcum ipsius furtiue recepit et usurpauit. (z. p.).

**11129.** *(146)* Nicolaus de Janouicze cum Laurencio de Wroblouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro recepcione sex porcorum, in hereditate aliena conseruauit per duas (noctas et diem) dies et unam noctem et nolluit super binos fideiussores dimittere, sed ad tercium; item quod famulum ipsius capiens in hereditate aliena suspenderat; item quod bouem ipsius wlnerauit, item quod wlnerauit pastorem ipsius, dampni in toto (XV) XXVIII marce racione premissorum. (z. p).

**11130.** *(147) (Czch. I p. 17).* Pena — Nicolaus de Rostoca penam VI scotorum Andree plebano de sancto Swirado et iudicio VI scotorum pro recepcione ad corulum racione citacionis et termini. =Iudex indulsit.=

**11131.** *(158)* Nota — Smichna relicta Falibogonis de Janowicze totalem partem sue hereditatis in Zamosczenicze Andriczcze de Luczslawicze cum omnibus pertinenciis et iuribus, prout sola tenuit, in IX marcis grossorum communis pecunie obligauit cum effectu.

**11132.** *(149)* Andreas de Janouicze cum Pascone de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro ceruso violenter secto. (z. p.).

**11133.** *(150)* Nota — Andriczka de Luczslauicze obligauit se Nicolao de Welepole camerario id penarum, quod stat in libro iudiciali (in castro) terrestri Cracouiensi, soluturum iuxta terre consuetudinem et cursum.

**11134.** *(151)* Nota — Smichna Phalibogowa soluet pro Woytkone kmethone dicto Szamba de Janouicze VI grossos memorialium.

**11135.** *(152)* Pena — Heduigis Marcissy de Chronow contumax contra Andream de Luczslauicze in termino concitato pro eo, quod ipsum Marcissium aput ipsam arrestauit pro XXII marcis, pro quibus citabatur, ad instanciam ipsius Andree Franco concitabat. (z. p.).

**11136.** *(153)* Pena — Andriczka de Luczslauicze contumax in termino curie contra Jaschonem camerarium domini subiudicis pro eo, quod, ipso presidente iudicio, ipsum citauit ad presenciam domini Regis, et ipse terminum acceptauit coram camerario domini iudicis eadem die. (z. p.).

**11137.** *(154)* Pena — Item eidem Jaschoni racione huiusmodi penam XV et iudicio XV. (z. p.).

**11138.** *(155)* Pena — Andriczka de Luczslauicze contumax in termino curie contra Allexandrum notarium pro eo, quod, ipso presidente iudicio, ipsum citauit ad presenciam domini Regis, et ipse terminum acceptauit coram camerario domini iudicis eadem die. (z. p.).

**11139.** *(156)* Pena — Item eidem Allexandro racione huiusmodi penam XV et iudicio XV. (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia in vigilia sancti Laurency martyris (d. 10 Augusti 1400). Termini continuantur feria secunda in vigilia sancti Bartholomei apostoli.*

**11140.** *(157) (Czch. I p. 18).* Intercessio — Clemens de Druszcow constituet Stanislaum Rectorem ecclesie de Woyacowa intercessorem contra Swanthoslaum vicarium de Jadowniky pro tunica violenter recepta, terminus ad terminos proximos.

**11141.** *(158)* Andreas de Janouicze cum Paschone de ibidem terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum. (z. p.).

**11142.** *(159)* Ca^us^ — Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Paschonem de Wroblouicze, terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11143.** *(160)* Intercessio — Anna relicta Zegothe de Welglowy constituet Marcissium de Binczin intercessorem suum contra Broncam Andree de Lencza pro sex marcis grossorum datis ad seruandum eidem Anne per Abraham fratrem Bronce; terminus ad terminos proximos.

**11144.** *(161)* Ca[us] — Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Nicolaum de Janouicze, terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11145.** *(162)* Andreas Burgrabius de Melsteyn cum Paulo kmethone de Lazi dicto Crampecz terminum peremptorium habent ad terminos secundos. (z. p.).

**11146.** *(163)* Pena — Heduigis Marcissy de Chronow contumax in termino secundo concitato contra Andream de Luczslauicze pro prius scriptis in libro; Franco concitauit secundario arrestando. (z. p.).

**11147.** *(164)* Pena — Laurencius scultetus de.. actor contumax in termino peremptorio contra Modlconem, Staszconem, Margaretham, Pechnam pro XII marcis et quatuor peccoribus; item et contra Mathiam filiastrum suum pro eisdem.

*Acta in Czchow in vigilia sancti Bartholomei apostoli (d 23 Augusti 1400). Termini continuantur ipso die Exaltacionis sancte Crucis.*

**11148.** *(165)* Michael Rector ecclesie de sancto Swirado cum Petro de Dambno terminum peremptorium habent ad terminos proximos, terminus curie pro eo, quod octo homines sui XIIII hostia, de mandato suo, sculteto in Bestnik violenter confregit et expercussit. (z. p.).

**11149.** *(166) (Czch I p. 19).* Ad interrogandum — Hanca uxor Andriczcze de Luczslauicze cum Petro de Dambno terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro C marcis dampni violenter facti in hereditate, in qua dotalicium ipsius est assignatum ad interrogandum, quia idem Petrus voluit ad dominos. (z. p.).

**11150.** *(167)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Petro de Dambno terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro eo, quod hominem minis repulit ipsius de hereditate sua, dampni exinde X marcarum. (z. p.).

**11151.** *(168)* Ca[us] — Dorothea relicta Woysziconis de Slona confessa est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Margaretham Werneonis de Roznow; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11152.** *(169)* Michael Rector ecclesie de sancto Swirado cum Andrea Zila de Luczslauicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro XXX wlneribus apertis homini suo violenter illatis. (z. p.).

**11153.** *(170)* Margaretha filia Phalibogi de Janouicze cum Margaretha uxore Kiliani de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro eo, [quod] eidem Margarethe filie intromissionem non dedit in eo, quod aquisiuit et quod eundem Kilianum apud ipsam arrestauit.

**11154.** *(171)* Hanca uxor Andriczcze de Luczslauicze cum Petro de Dambno terminum peremptorium habent ad terminos proximos, terminus curie pro eo, quod terminum incipiens disponere ex parte Boczcze, nolluit disponere ad finem, dampni exinde X marce. (z. p.).

**11155.** *(172)* Pascho de Wroblouicze cum Laurencio de ibidem terminum peremptorium habent ad concordandum uel ad idem faciendum ad terminos proximos.

**11156.** *(173)* Nicolaus de Janouicze cum Laurencio de Wroblouicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11157.** *(174)* Wernco de Roznow cum Helena Paschonis de Dolusszicze terminum peremptorium habent ad terminos proximos pro pena XV et dampno debiti, penam XV sub alia pena XV soluat ad terminos proximos.

**11158.** *(175)* Pena — Boczcza contumax in termino primo contra Annam Andree de Luczslauicze pro C marcis dampni facti in Luczslauicze violenter.

**11159.** *(176)* Swansz de Bencouicze VII grossos pro memorialibus et pro delecione testium VI grossos. Item pro alio memoriali VI grossos, prout se obligauerat in Becz soluere, in

Czchow, non exsoluit; ideo penam bouis, ad quam se obligauit, si non exsoluisset, incurret. (z. p.).

*Nota iudicium in Czchow feria III^a post Natiuitatis Marie (d. 14 Septembris 1400). Termini continuantur infra quindecimam in vigilia sancti Michaelis.*

**11160.** *(177) (Czch. I p. 20).* Ego Nicolaus Zabalaczschky iudex iudicii supremi tibi mandamus Marzisch in Mocreschka, sicut tenes obligacionem ac hereditatem Andree Medzwaschky, ut sub pena regali et iudicii regalis conpareas coram nobis in Alba Ecclesia ad respondendum Andree dicto Koza kmethoni, idem propter bouem etc., et filius tuus Adam, quod conpareat una tecum pro II^bus wlneribus sagwilenta (s) et propter XII wlnera non sagwilenta ad respondendum Andree dicto Koza, terminus primus ad terminos futuros, et secundus.

**11161.** *(178)* Item actor dominus Episcopus Cracouiensis cum Petrassio in magno Strelecz terminum habent peremptorium primum et secundum terminum habebunt ad terminos futuros. (z. p.).

**11162.** *(179)* Item actor dominus Episcopus Cracouiensis cum molendinatore dicto Masch de magno Strelecz pro mensa arestata et duabus congertis habent terminum peremptorium, primus [post] festum sancti Michaelis. (z. p.).

**11163.** *(180)* Item dominus Michael actor cum Andrea dicta Zila terminum habent peremptorium ad terminos proximos ad idem faciendum. (z. p.).

**11164.** *(181)* Item Phalibogowa ex parte filie sue Margarethe cum domina Kiliani de Janouicze terminum habent peremptorium ad terminos proximos.

**11165.** *(182)* Item Vernconissa actor cum domina Voyschicova terminum habent peremptorium ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11166.** *(183)* Nota quod Andreas dictus Andriczka veniens ad nostram presenciam vendidit partem suam hereditatis in Luczslauicze domino Michaeli fratri suo non coactus nec conpulsus pro CC marcis in perpetuum obtinendum cum omnibus iuribus et fructibus huius rei; in testimonium: dominus Petrassius heres de Dampno et alii quam plures fidedigni. — (littera soluta).

**11167.** *(184)* Item dominus Michael cum Andriczka tenetur VIII^o scotos racione memorie infra quindecimam, si non dederint, extunc Alexandro XV et iudicio XV. (z. p.).

**11168.** *(185)* Andreas burgrabius de Melsten actor cum Paulo dictus (s) Krǫpel habent terminum peremptorium ad terminos proximos pro metis.

**11169.** *(186)* Item dominus Michael plebanus sancti Swiradi citauit dominum Petrum de Dambno, terminum habent peremptorium pro CCC arboribus communibus ex mandato suo exsectis et pro CC surcis dictis *brosdi.* (z. p.).

**11170.** *(187) (Czch. I p. 21).* Paschko Galli cum Laurencio de Vroblouicze terminum habent peremptorium ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11171.** *(188)* Nicolaus de Janouicze cum Laurencio de Vroblouice peremptorium terminum habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11172.** *(189)* Pena — Item Kilianus de Janouicze contumax in termino primo contra dominam Phalibogy et filiabus eius, pro pena iudicio IIII^or fertones et sibi IIII^or fertones tenetur. (z. p.).

**11173.** *(190)* Iuramentum — Item Staschco dictus Czrzopo cum domino Petro [de] Dambno terminum habent peremptorium ad terminos proximos post festum sancti Michaelis ad prestandum iuramentum. — (Idem a cruce tenetur).

**11174.** *(191)* Pena — Marzecz de Mocreschka contumax in termino primo contra Andream burgrabium Czchouiensem pro boue, quem, domino suo dixit: concupisce, ter. (z. p.).

**11175.** *(192)* Pena — Smichna Phalibogowa de Janouicze pro pena, quod de iudicio recessit, Alexandro XV, iudicio XV. (z. p.).

**11176.** *(193)* Pena — Kilianus de Janouicze penam regalem incurrit contra Smichnam Phalibogy, [quod] fideiussorem non posuit et de iudicio recessit; pro eodem iudicio XV, pretacte domine XV. (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia die sancti Wenceslai Martyris (d. 28 Septembris 1400). Termini continuantur feria tercia ante diem sancte Heduigis.*

**11177.** *(194)* Heduigis Marcissy de Chronow cum Johanne Czolek dicto de ibidem terminum secundum habent ad terminos proximos pro sex wlneribus: uno aperto et quinque liuidis. (z. p).

**11178.** *(195)* Visio — Gertrudis Swanszconis de Chronow cum Johanne de ibidem terminum habent ad videndum ad terminos proximos. (z. p.).

**11179.** *(196)* Margaretha Wernconis de Roznow cum relicta Woyssziconis de Slona terminum peremptorium habent ad terminos proximos ad concordandum uel ad idem faciendum.

**11180.** *(197)* Stanislaus scultetus de Borowna cum Sbiszcone et Phillippo de Chronow pro IX wlneribus liuidis [terminum habent]. (z. p.).

**11181.** *(198)* Ca$^{us}$ — Uxor Kiliani, Margaretha nomine, de Janouicze confessa est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Margaretham filiam Phalibogy de Janouicze, terminus ad terminos proximos.

**11182.** *(199) (Czch. I p. 22).* Andreas Burgrabius de Melstein cum Marcissio et Adam filio ipsius de Mocrzeszka terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11183.** *(200)* Andreas burgrabius de Melstein cum Marczone kmetone de Mocrzeszka terminum secundum habent ad terminos proximos, terminus concitatus pro boue de domo furtiue recepto. (z. p.).

**11184.** *(201)* Dominus Episcopus Cracouiensis cum Petrassio de Strzelcze terminum peremptorium habent ad terminos proximos. (z. p.).

**11185.** *(202)* Nota — Gregorius scultetus de Gurowa satisfacere promisit domine Margarethe Wernconis de Roznow pro capite, pro quo ipsum citauerat in festo omnium Sanctorum; et Beata uxor ipsius Gregorii eciam faciet satis pro aliis causis in eodem termino, alias eadem omnia absque omni iudicio soluere tenebuntur.

**11186.** *(203)* Littera — Michael Rector ecclesie de Sancto Swirado litteram domini Officialis habet ponere Cracouiensis contra Petrum de Dambno, quod coram eodem domino Officiali terminum hodie habuit pro ducentis marcis; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11187.** *(204)* Ca$^{us}$ — Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Paschonem Gauli de Bencouicze; terminus ad terminos proximos. (z. p.).

**11188.** *(205)* Ca$^{us}$ — Laurencius de Wroblouicze confessus est Clementi vicario de Opathcouicze die terminorum contra Michaelem Strzelecz dictum, kmethonem de Gosdzecz; terminus ad terminos proximos pro tribus wlneribus apertis et XX liuidis. (z. p.).

**11189.** *(206)* Stanislaus Czrzop de Luczslauicze cum Jaschone Dunay terminum peremptorium habent ad terminos proximos.

**11190.** *(207)* Laurencius de Wroblouicze cum Andrea burgrabio de Melstein terminum peremptorium habent ad terminos proximos, prout in libro Becensi, pro eo, quod incipiens ius facere in hereditate non fecit ad finem, ex eo dampni X marce.

**11191.** *(208) (Czch. I p. 23).* Michael Rector ecclesie de sancto Swirado penam iudicio XV, ad quam se obligauit in precedentibus terminis pro memorialibus soluendis, quod non fecit. (z. p.).

*Acta in Czchow feria tercia ante diem sancte Hedwigis (d. 12 Octobris 1400). Termini continuantur feria tercia proxima ante sanctorum Symonis et Iude apostolorum.*

